


71 [illegible]

[illegible]

und ziel manend

velenn mann

inden werden

will chemnig

ab mirs kenn

Za prawda ale che

gdzie trzeba pie

brey co umiem

Sie kannen sehen

gummung

Suert [illegible] Spaw

Drewe umiem

Oltarz Bonawentury Ostro=
wickiego

8760
32
17520
262800
280320

Dziadek się
Wkowała Mieszy

1817
1773
44

Narzędanie
Urzędowego

Nro 2

REVERENDI PATRIS
EMMANUELIS
ALVARI
E
SOCIETATE JESU
DE
INSTITUTIONE GRAMMATICA
LIBRI TRES,

EDITIO NOVA CORRECTIOR

Et cùm ad fontes ipsos studiosè exacta, tùm è recentissimis Italicis, Germanicis, aliisquè optimis Editionibus ac aliunde etiam illustrata.

PRODIIT NOVITER.

Cum Privilegio Sacr: Reg: Maj:

CALISSII
Typis Collegii Societatis JESU.
Anno Domini 1773.

Fratr.
Novicy
Selatinis

INTRODUCTIO IN LIBROS DE INSTITUTIONE GRAMMATICA.

§ I.

Totius Grammaticæ Divisio pro tribus Discipulorum Classibus sive Scholis.

QUO faciliùs deinceps intelligatur, quæ cuique Scholæ, seu Ordini pars Grammaticæ attribuenda sit, initiô monendus visus est Magister, tres in partes pro tribus Discipulorum Scholis, vel Classibus universas hasce Institutiones esse distributas; ita tamen, ut *Infima Classis* binos Tyronum Ordines complectatur, quorum unus *Inferior*, alter *Superior* appellatur; reliquæ vero Classes, tum *Secunda* sive *Media*, tum *Prima*, sive *Suprema* singulis tantùm Ordinibûs constent.

Tertiæ, sive Infimæ Classis Ordo Inferior.

ERgo primus hic de Institutione Grammatica liber duas dividitur in partes, quarum prior ad inferiorem tertiæ, sive *Infimæ*

Classis ordinem spectat, & primùm quidem Declinationes Nominum Substantivorum, Adjectivorum, Anomalorum, & Pronominum; deinde Verborum Conjugationes; tertiò Rudimenta, octo Partium Orationes, quartò generalia aliquot super decem Constructionis præcepta; quinto Genera Nominum difficiliora continet.

Tertiæ sive Infimæ Classis Ordo Superior.

AD superiorem verò ejusdem Scholæ Ordinem pertinent postrema duo primi Libri capita, hoc est. 1 De Nominis Declinatione 2 De Verborum Præteritis, ac Supinis. Eidem Ordini additur duntaxat *Introductio Syntaxeôs*, sive Constructionis è secundo Libro, qui est: *De octo Partium Orationis Constructione.* Quæ quidem Introductio in hac Romana methodo ex initio secundi Libri desumitur, & octo illa Capita continet. 1. *De natura & divisione Constructionis.* 2. *De Concordantiis.* 3. *De constructione Verbi activi.* 4. *Passivi.* 5. *Neutrius* 6. *Communis.* 7. *Deponentis.* 8. *Impersonalis.*

Secunda, sive media Classis Grammaticæ.

AD hanc propriè pertinent primùm quidem primorum octo secundi Libri Capitum Appendices, quæ primi Generis appellantur, deinde verò duodecim ejusdem libri Capita, Verbis Impersonalibus in Romana methodo proxima, hoc est. 1. *De communi*

omni-

omnium Verborum Constructione. 2. De Constructione Verbi Infinitivi. 3. De Constructione Gerundiorum. 4. Supinorum. 5. Participiorum. 6. Nominis. 7. Pronominis. 8. Numeri Distributivi. 9. Præpositionum. 10. Adverbiorum. 11. Interjectionum. 12. Conjunctionum. Solas proinde II. Generis Appendices continent hæc duodecim Capita, easquè Supremæ (de qua mox) Classi proprias.

Suprema Classis Grammaticæ.

AD hanc deniquè Classem præcipua spectant; primùm quidem secundi Libri Appendices eæ, quæ II. Generis appellantur; deinde verò postrema quatuor ejusdem Libri Capita, hoc est 1. *De Constructione Figurata.* 2. *De barbarismo.* 3. *De Obscuræ* 4. *De Inornatæ Orationis vitiis.* Ad extremum tertius Liber Grammaticæ, qui est, *De syllabarum Dimensione.*

Porrò Admonitiones quæ in primo præsertim libro insertæ sunt, ad solos Magistros pertinent, ut ex iis rationem excolendæ facilius pueritiæ hauriant. Exceptiones verò etiam Discipulis proponuntur, & ad proxima Præcepta eorumvè Appendices referuntur, ergo in eadē Classe sunt explicandæ, in qua traduntur Præcepta quæ illas proximè antecedunt. Scholia tamen non videntur à Discipulis ediscenda, nisi fortè vim novorū interdum Præceptorū continere videantur.

S

§. II.

Explicatio Notarum.

P. I. O. I. C.	Pro Inferiore Ordine Infimæ Claſſis.
P. S. O. I. C.	Pro Superiore Ordine Infimæ Claſſis
P. M. C.	Pro Media Claſſe.
P. S. C.	Pro Suprema Claſſe.
APPENDIX I. GEN:	Appendix, vel Appendices I. Generis, *quæ in octo duntaxat primis libri, ſecundi capitibus reperiuntur, ſuntquè P. M. C.*
APPENDIX II. GEN:	Appendix, vel appendices II. Generis, *quæ ſunt P. S. C. habenturquè in ſolis duodecim poſterioribus Libri ſecundi Capit.*
PRÆTEREA.	i. *id eſt.* s. *ſubaudi.* ſc. *ſcilicet.* v. *vide, vel.* L. *librum.* c. *Caput libri,* n. *numerum,* e g. *exempli gratiâ,* v g *verbi gratiâ.*

N. Nominativo.
G. Genitivo.
D. Dativo.
A. Accuſativo.
V. Vocativo.
A. Ablativo *ſignificat.*

§. III.

§. III.

Admonitio ad Professores Grammaticæ circa vitia quædam contra Orthographiam & Accentum, è Scholis nostris tempestivè, & seriò extirpanda.

CUm præclarum illud Principis Lyricorum Horatii.

Quò semel est imbuta recens, servabit odorem testa diu; verissimum esse, re ipsa quotidie experiamur; dabit imprimis operam Præceptor, ut Discipuli, etiamnum Tyrones, & latinæ Linguæ rudes, jam inde à principio optimæ pronuntiationi assuescant. Quod ut faciliùs assequatur, studiosè, diligenterquè observabit, quibûs præcipuè vitiis laboret ea regio, in qua sibi commissam Juventutem instituet. Nam singulis fere nationibus domestica quædam ac nativa sunt vitia, quibûs latini sermonis splendor obscuratur, ac pænè obruitur. Poloni pueri, si Magistrum diligentem, ac benè pronuntiandi studiosum nacti fuerint, non malè sanè pronuntiant: sin verò in eum inciderint, qui officio desit suo, ac de Auditorum progressu parum sit solicitus, multa barbarè efferunt, & universam propè Orthographiam pessumdant. Cujus rei hoc locô nonnulla exempla proponere, operæ pretium videtur, quandoquidem id munus Grammaticæ non minimum censendum. Depravatæ porro Or-

tho

thographiæ quinque ſunt modi præcipuè.

PRIMUS, quando Vocales vaſtô & ruſticanô ſonô efferuntur, v. g. *Poter*, *Moter*, *Sul*, *Ruſa*, *Jqnitor*, *Mqntes*, *Diphthqngus*, *Sæculorom*, *Com*, *Dominom*, *Noſtrom*, *&c.* pro *Pater*, *Mater*, *Sol*, *Roſa*, *Janitor*, *Montes*, *Diphtongus*, *Sæculorum*, *Cum*, *Dominum*, *Noſtrum*, *&c.* ſeu contra, cùm nimis exiliter & effæminatè; ut, *Fortona*, *Aremus*, *Dominus*, *&c*, pro *Fortuna*, *Orémus*, *Dominus*. Huc pertinet Vocalium additio; ut, *Viiſio*, vel *Vieſio*, *Viertus*, *Viirgo*, *Domiinus*, *vobieſcum*, *liego*, *&c.* pro *Viſio*, *Virtus*, *Virgo*, *Dominus*, *Vobiſcum*, *Lego &c.* Itemquè in aliis literis commutatio; ut, *Jacubus*, *Diabulus*, *Peccatur*, pro *Jacobus*, *Diabolus*, *Peccator*.

SECUNDUS modus vel in Conſonantium nimis expreſſa prolatione conſiſtit; ut ſi quis dicat; *Vorrago*, *Párz*, *Egzercitus*, *Progzimus*, *Cenzor*, *&c.* pro *Vorago*, *Pars*, *Exercitus*, *Proximus*, *Cenſor*, vel earundem Conſonantium additione; ut, *Chomo*, *Chabeo*, *Pchiloſophus*, *Tcheologus*, *Rchetor*, vel detractione, aut obſcura prolatione; ut, *Horus*, *Virihus*, *Gaius*, *tera*, *belum &c.* Poteſt his adjungi literarum commutatio; ut, *Rezuſcito*, *Rezurgo*, aut contrà *Selus Baptiſa*, pro, *Reſurgo*, *Reſuſcito*, *Zelus &c.*

TERTIUS modus ſyllabarum adjectionem complectitur, aut detractionem ea-

rum

rundem. Additâ ſyllabâ cenſetur, ſi dicatur, *Felos*, *Hateramentarium*, *Sainctus*, *&c.* pro, *Flos*, *Atramentarium*, *Sanctus*; vel detractione ut, *Batus*, *ma culpa*, *Maiſter* (*diſſyllabum*) *Collejum &c.* pro *Beatus*, *Mea culpa*, *Magiſter*, *Collegium*. Ad hoc vitium referendi ſunt, qui ultimas vocum ſyllabas ita ſupprimunt, ut eaſdem abſorbeant, ſeu devorent: & qui nondum finitâ voce reſpirant; ut, *perhorre ſcerent.*

IN QUARTUM modum corruptæ pronuntiationis conjicere poſſumus verba peregrinâ, Latinâ terminatione notata ſervatîs tamen literîs, ác ſyllabîs à Latina lingua alienîs; ut, *Kazimirus*, *Premyślia*, *Polockum*, *Olomuncium*; pro *Caſimirus*, *Premislia*, *Polocia*, *Olomucium*, vel contra, Latina vocabula ad Patriæ linguæ ſimilitudinem vitiosè conformatá; ut, *Staniślaus*, *Scientia*, *Patientia*, *Francíſcus*, item illud Ruſſorum vitium, *Awrum*, *Cawda*, *Zwarius &c.* pro *Aurum*. *Cauda Suarius*; *Co nju-gatio*, *Co njux*, *&c.* pro *Conjugatio*, *Conjux*; *D-ia-bolus* (triſyllabum) pro. *dia-bolus &c.* Item cùm quidam voces Græcas, *Hieronymus*, *Dionyſius*, *Pyrum*, *Pyrauſta &c.* craſſo, *y*, Polonico efferunt, ut ſi Polonus diceret, *Hieronym*, *Dyonyzy &c*

QUINTUS modus eſſe poteſt in accentuûm negligentia, qua de re ſuô locô agemus.

mus. Ex hujusmodi fontibus plurima pronuntiationis monstra emergunt. Addendum verò illud quoquè, quòd dum his in scholis syllábariis mandunt potiùs, ac syllabatim discerpunt voces, quam pronuntiant rudes pueri, literasquè aliquas addunt, aliquas detrahunt, alias aliis permutant, sonos fingunt novos, & inauditos. Quare congerenda est magna verborum sylva, quorum pronuntiatio difficilis fit, cum iisq; tamdiu novi isti Palæstritæ luctentur, donec devicta, & prostrata fædissima barbaries è Palæstra Gymnasioquè extrudatur, & in pyrpetuùm relegetur. Hoc ipsum Fabius l. 1. c. 2. vehementer Præceptoribus commendat his verbîs. *Non alienum fuerit ab iis ætatibus, quò sit absolutius os, & expressior sermo, ut nomina quædam, versusq; affectatæ difficultatis ex pluribus, asperrimè inter se se còeuntibus syllabîs, catenatos & velut confragosos quàm citissimè volvant. Chalepi Græcè vocatur Res modica dictu, quâ tamen omissa, multa linguæ vitia, nisi primis eximantur annis inemendabili, in posterum pravitate durant.* His talibus Latinum Alphabetum, vel syllabatim dictare Magister non erubescat; alioqui, id quod sæpe usuvenit, post multos annos Analphabeti (ignorantes Alphabetum) reperiuntur. *Emme, Enne, Erre,* & alia hïs deteriora literarum monstra usurpan-

pantes. Quodſi Profeſſor id exiſtimaverit humilius eſſe, quàm ut ſuum Gymnaſium deceat, potiuſq; ad Abecedarios, & Elementarios Magiſtros ſpectare; meminerit, & ſe, & eam, quam profitetur, artem ab elementis literiſq; nomen traxiſſe. Nos certè, qui in eadem verſamur, ipſas non nudîs formîs, ſed plenîs nominibûs libentiſſimè ſubjiciamus. *A. Be. Ce. De. E. eF. Ge. Ha. I. Ka. eL. eM. eN. O. Pe. Qu. eR. eS. Te. V. iX. Ypſilon Zet.* Plurimum quoquè officit puerili profectui, quod rectè legere plerumque neſciant: inde enim fit, quòd ipſi ſemet, cum legunt, non intelligant: vitiosè aſſueti, aut voces alias aliis permutare; aut interpunctione neglecta, ſuſdequè omnia permiſcere. Non abs re igitur fuerit, cum ea, quæ mandant memoriæ, aut interpretantur, tum alia, prout uſus tulerit modò Patria, modò Latina, modò lente, atquè diſtinctè, modò curſim relegi palam jubere. Quæ exercitatio non parùm conferet, ſi prudens Magiſter ritè illam moderari noverit.

§. IV.

Orthographiæ Latinæ ſumma.

OPeræ pretium quoque fuiſſet, alia hic Orthographiæ Præcepta accuratiora proponere, ſed quia paucis fieri non poterat, interim hæc præcipuè obſerventur.

Ubi, & quando ſcribenda litera majuſcula:

ſc: *in Propriis*; ut M. T. Cicero, *honorificis*; ut Rex, Princeps, Dux, Magiſter, & *initiò periodorum*. Ubi geminatá; ut ſs, in ſuperlativis &c. v.g. *doctiſſimus &c.* rr. ut *erro*; tt ut, *mitto &c.* Ubi diphthongus; ut *cœlum, præmium, æternum*. Neque in ſufficit, ſed diſpiciendū diligenter eſt, qualem diphthongū adhibeas; ne cum imperitorū vulgo ſcribas; *cæna, pæna, cæpi, fæmina, fænum, &c.* pro *cœna, pœna, cœpi, fœmina, fœnum, femina, vel fenum*. Aut contra *virgœ, ſœpè, hœdus &c.* pro *virgæ, ſæpè, hædus &* quæ diligenti bonorum Authorum obſervatione nullô negotiò didiceris. Jllud quoque ignorandū hic non eſt, olim Diphthongos Latinas omnes duabûs ubique notîs, ſeu literîs ſcribi ſolitas; quam ſcribendi rationem etiamnū retinent plerique eruditi, quorum in libris legas: *Caeſar, Laelius, Muſae, Aequora*, & *Coena, Poena, Oeconomia*. Hinc quòd pro, *AE, ae*, uſurpetur jam paſſim, *Æ, æ, ę*, & pro *OE, oe*, adhibeatur *œ*, id compendii duntaxat gratiâ inventum eſt. Nos iſthic eruditionis puerilis gratiâ utramquè ſcribendi rationem uſurpabimus. Videndum quoque, ubi adhibeas *y* ſc: in Græcis tantùm; ut, *Hieronymus, &c.* Ubi ſit aſpiratio pura, ut *heri, hodie &c* contrà, *chorus, charitas, &c.* cum *c.* Vel poſt Conſonantem: ut, *Rhetor, Theologia, Rhodus, Stephanus*. Dictionum ſyllabæ, cùm

ab

ab una linea seu versu ad alium transitur, sic dividendae quomodò pronuntiantur; *o mnis ter-ra, cun cti, Dei phobe &c,* non *om nis te rra, cu ncti, Deip hobe &c.* Græcum *y.* nunquam punctis notatur desuper: ut *Chrysostomus &c* sed purè Latinum geminatum; *Maji, Pompeji &c.* Notandum verò j. scribi cum consonans est, seu quando cum sequenti vocali in unam syllabã coalescit, ut *Majus, Pompejus*: atpue hæc, *jus*, finitá, in secundo casu scribi debent per *ji*, ut supra *Maji &c.* cùm enim Nomina secundæ declinationis. *VS.* finita non plùs mutationis in genitivo subeant, quam quòd *VS.* in *I.* mutent, clarum est, debere his manere integrum suum jota. Quod verò plerique scribant, *filij. dominij. mancipij*, & similia, omnino quidem reprobari non debent. nihil tamen est, quòd eos omnino imitemur. Pro geminato, ii, adhibent plerique eruditi unicum. I. grandiore figurâ; e. g. PacuvI, EnnI, VirgilI, &c pro Pacuvii, Ennii &c

Notæ, quibûs Latina, imò & vernacula oratio magnam partem distinguitur, sunt hæ præcipuè.

Comma, seu Incisum scribitur sic - ,
Colon, seu Membrum scribitur sic - :
vel sic - ;
Periodus, seu Ambitus sic - - .
Interrogatio sic - - - - - ?

Ad-

Admiratio, seu Dolor exprimitur sic !
Parenthesis seu Clausula sic - - ( )

	Acutus sic -	á, é, í, ó, ú.
ACCENTUS.	*Gravis sic* -	à, è, ì, ò, ù.
	Circumflexus sic	â, ê, î, ô, û.

Apostrophus sic, *viden' men' tun'* &c. i. *videsne? tune? mene?* &c.

Quem quæque interpunctionis nota in Oratione locum tenere debeat, vide infra L. 3. c. 17. De inrerrogatione breviter hic monemus; ejus notam? malè à multis adhiberi. Primò itaquè cavendum, ne adhibeatur nisi completâ, quæ interrogationem continet, sententiâ, quare malè sic scripseris illud Ciceronis 2. Tusc: *Videsne? abundare me otiô*, sed potiùs sic: *Videsne. abundare me otiô?* nisi longior sententia pluribûs concisîs interrogationibùs constet; ut illa Cic: l. Fam: 3. ep: 7. *An ego tibi obviam non prodirem? primum Appio? deinde Imperatori? deinde mori majorum? deinde, quod caput est, amico?* singula enim hæc novam habent in interrogando energiam. Secundò cavendum, nè crasso quorundam errore notam eandem adhibeas, cùm vel sermo solùm est de interrogatione, ut Cic: lib: ep: 6 *Quæsivi ex Phania --- quam in partem provinciæ maximè putaret te velle, ut in succedendo primùm venirem*; vel cum illa. *Quis, quæ, quid, nam, si* &c. speciem quandam Interrogativorum

præ

præferunt. reverâ autem Infinita ſunt, aut conditionem potiùs, aliudvè quidpiam, quàm interrogationem continent. Unde illud Virgilii: *Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos* ineptè ſcriberetur cum interrogatione. Item illud ejuſdem. *Si neſcis? meus ille caper fuit &c.* Item. *Numeros memini, si verba tenerem?* Item Cic: l. 5. ep: 2. *scribis &c. quod cujusmodi sit satis intelligere non possum.*

Accentum quidem ACUTUM ex communi uſu ſcribimus hodie ſupra Encliticas, *Qué. Vé. Né.* v g *Petrusqué. Paulusvé. Fuistiné.* Quidam tamen malunt accentu hoc notare ultimam Vocalem ſyllabæ præcedentis encliticam. v g *Petrúsq; Paulúsve, Fuistîne*, quos ego libens ſequor. cùm penultima illa ſyllaba producenda eſt: ſecùs ſi corripienda. v. l. 3 c. 15. n. 5. Nequaquam verò eodem accentu notari debent alia quædam, quæ in encliticam exire falsò putant. aut cum ea impunè confundi poſſe cenſent imperiti quidam. Non igitur licebit tibi ſcribere. *Quinq; Quisq; Quoq; Uterq; Ubiq* &c. ſed *Quinque, Quisque, Quoque, Uterque, Ubique* &c Unicus hic Accentus eſt qui officio pronuntiationis moderandæ utcunque adhuc fungitur, ſyllabasquè penultimas & antepenultimas, quibus imminet, elevandas ſignificat; ut. *Dóminus, Umbílicus, Heráclius, Alexándria.* Id ho-

hodie iis in libris, quibûs in sacris usus est, máximè adhibetur, nec puerilem notitiam debet fugere. v. infrà § 5. n. 4.

GRAVI accentu notamus I. Præpositiones *à*, *è*, ut *à Rege*, *è bello* II Adverbia, Præpositiones, & Conjunctiones, cùm alteri cuipiam Parti Orationis sunt similes; ut, *Malé*, *Justê*. *Serò*, *Paulò*. *Meliùs*. *Clariùs*, *Modò*, *Sinè*. *Intrà*. *Quòd*, *Verò*, *Cùm*, *&c*. Videas etiam eruditos nonnullos viros circumflexô accentu notáre horum pleraque, quod reprehendere nefas ducimus. Cùm enim hodie notas ejusmodi non tam moderandæ pronuntiationis gratiâ (quod proprium unicuique est Accentûs officium) quàm discernendarum potiùs inter se vocū causâ adhibeamus scribendo, suo cujusque arbitrio figura signorū ejusmodi (quantùm quidem per communē usum licuerit) relinqui poterit. Uti namquè genuinam pronuntiationem Latinam, ita Accentûs ejusmodi usum, maximam partem amisimus, signisq; quæ Accentus vocamus, hodie nomen adhæsit alienum, officium toto, quod ajunt, cælo diversum est impositum. Unde & reperias non paucos ex accuratissimis inter Typographos, qui notas ejusmodi omnino rejiciunt, minore quidem rudioris Lectoris commodo, at reprehensione nulla omnino.

CIRCUMFLEXO notamus I. Ablativos sin-

ſingulares & plurales, ubi alias non facilè diſcerneretur à Dativis, ut, *infixit plagam gladiô*. hic enim Dativus eſſe poteſt, ſi intelligas; *Wyszczerbił miecz*. Item in illo *v g*. Claudiani ad Seren. *Junonis gratâ nomina voce canens &c* II. Voces per ſyncopen imminutas, ut, *Liberûm Nummûm, Perîcla, Amâstis &c* III Contractas in Diphtongum Vocales duarum ſyllabarum, ut in illo Hor: l. 2. ſat: 6:

Pasco libatis dapibus prôut cûique libido est.

IV Interjectionem ô, multi ſignant. V. In penultimis ſyllabis ſecundæ Perſonæ Singularis Numeri Futuri Indicativi tertiæ Conjugationis & tertiis Perſonis pluralibus Perfectorū Indicativi ponunt aliqui Circumflexum, ut Legêre, *Będziesz czytany*. Legêre, *Czytali*. Hic quoque Accentus moderandæ pronuntiationi in libris pleriſque, ſacris maximè adhibetur, ſed revera in ſpeciem tantum: nam quomodo olim pronuntiabantur Vocales ſignatæ, ignoratur; hodie elevãtur.

NOTÆ illæ, quas in ſcribendis vocibus, *Michaël, Poëta* aliiſq; ita multi adhibent, ut ignorent, cui fini id faciunt; non Accentum Gravem & Acutū, ſed Diæreſim ſeu Vocalium diviſionem ſignificant. Sæpiùs tamen & uſitatiùs geminatæ hujus virgulæ loco, punctū geminū poſteriori fere Vocali imponitur hunc in uſum: idque I, Cùm dipthon-

usq duas in syllabas metricâ necessitate distrahitur; ut, *Aurä. Cytherëä, Elegëä &c.* pro *Auræ, Cytherea, Elegea.* II Cùm *ae*, vel *oe*, non coeunt, uti alias solent, in diphthongum, ideoq; divisim legendæ sunt; ut, *aë-reus*, quadri syllabum *powietrzny* (nam *Aereus miedziany*, trisyllabon est:) *Aëdon, Coërceo, Poëma, Poëta, Coërcus &c.* III. Cùm alioqui Vocales; *J. U. Consonantium* instar contra vocabuli naturam aut metri necessitatem legi per errorem possent; ut in illis Virgilii.

Inque vicem nunc Turnus agit nunc Troïus heros.
Item *Illa ubi Dardanios habitus & Troia circum &c.*
Et Ovid: *Nunc quoquè te salvo persolvenda mihi.*

§ V.

Ortographiæ Polonæ Compendium.

QUoniam verò Ortographiâ Polonicâ passim corruptissimâ nostrates utuntur, visum est hoc loco brevem ejus tabellam proponere.

VOCALES.

A. Polonis triplex est, *a. á. ą. mawiáią.*
E. pariter triplex, *e, é, ę. iest żérdź pięć.*
I. diversum ab *y*, *i. y. bilem, bylem.*
O. duplex. *o. ó. stoi, Król.*
U. diversum à *w* *u. w, ubił. wbił.*
Y. diversum ab *i* uti jam dictum.

DE *o a*, observandum, quibusdam in nostris regionibus ita illud subtiliter & acutè semper proferri, ut nihil fere ab *á*, differat.

Un-

Unde, eos qui ſic loquuntur fruſtra ad accentum ſeu notam potiùs illam in ſcribendo compellas. Iidem ferme, *ą*, cum *o*, confundunt, quod non ita facilè tolerandum crediderim. Doceantur itaque *ą*. ſcribendum eſſe I. in Ablativis ſingul: Subſtantivorum quæ in *A*, deſinunt &c. Adjectivorum fæmineorum, ut, *z bracią, szláchtą, księżą, swoią własną ręką szablą* &c. II. In tertiis Perſonis Præſentis & Futuri indicativi: item in Gerundiis in *ąc*, ut *Idą, Poydą, Biorą Wezmą, Idąc, Biorąc*. III. Accuſat: ſingul: tum Subſtantivorum in *A*, tum Adjectivorum fæm: variant, & quidam in *ą*. quidam in *ę*, exeunt; ut, *nową suknią iednę czapkę*, imò idem ab aliis per *ą*, ab aliis per *ę*, efferuntur: in quibus potior uſus ſequendus. De *é*, & *ę*, notandum, *é*, pleroſque ex iis fere, de quibus proximè, modo cum *i*, aut *u*, modo cum *e*, confundere, ac vitiosè, proferre: *żyrdź, świca, chlib*, vel *żerdź, świeca, chleb*, quod tamen perpetuâ Profeſſoris vigilantiâ dedoceri poteſt, præceptis non poteſt. De *ę*, nonnulla ſtatui poſſunt, quibûs tamen, uti & ſuperioribûs, omnia comprehendi nequeunt. Itaque *ę*, ſcribendum, I. in Accuſativis ſingul: Subſtantivorum in *A* & Adjectivorum fæm: gen: ſi aliunde ejuſmodi Accuſativi in *I*, deſinant, ut *literę książkę*, vel potiùs, *ksiąszkę, moię, twoię*, item in his *Mie*

Cię, ſię. II. In primis perſonis ſing: num: Præſentis & Futuri Indicativi, imò & Conjunctivi, ſi pariter in E. exeant: ut. *stoię. siedzę. chodzę &c. Stanę Siądę. Poydę.* IV. Denique ubi *e*, cum gemitu quodam efferunt. Cætera uſus docebit.

I. Adhibetur cùm exilis eſt ſonus; ut. *Bilem Pisk Widać.* contra, *y.* ſcribendum. ubi obtuſus & craſſus, ut. *Byłem, Pysk Wydać.* Unde quod pro Latino, *&* *y.* non *i*, contra ſoni naturam paſſim ſcribant noſtrates plurimi; id eruditis quidem aliis, ac erudiſſimo imprimis Cnapio non probatur. II. Diphthongos *Ay. Ey. Iy Oy Uy.* ſemper claudit, *y.* ut. *Day. Wey. Kiy. Stóy. Daruy* nam ſi i, ſcribas hoc loco. diſtrahitur diphthongus, & vocis ſignificationem aut immutat. aut tollit; ut. *Moy.* & *Moi Stoy.* & *Stoi &c.* Diphthongum tamen *iy.* modò. Ypſilon. modo *i,* claudit: ut. *Kiy. Zabiy. Wypiy*: & contrà: *Zyi, Czyi Stryi.* Quod diſcrimen (niſi in poſterioribus geminare. *yy.* malis) indicat obtuſus aut ſubtilis ſonus ſyllabæ. vel certè conſonantis, qui diphthongum. *iy.* vel *yi.* præcedit proximè Notandum verò hic. Adjectiva fæminina noſtratia in Genitivo. Dativo. & Ablativo ſingulari. diphthongo, *Ey* terminari perpetuò: ut. *Tey pięknev nauki. Tey pięknev nauce. od tey &c.* Quod quidam etiã ad ſubſtantiva feminina à maſculinis deriva-

riva-

rivata trahunt, ſcribuntque. *Staroſciney, Sędziney, Królowey*, vel *Staroſcinyi, &c. Sędzinyi, Królowyi*, &c. genuinè ſcribi diciq; crediderim, quin tamen ſecùs ſentientes reprehendam.

O, ſive *ó*, iidem fere, qui ſupra, cum *u*, confundunt, ac vitioſè efferunt: *kuń, wul, Krul*, &c *In his pronuntiandis facilè peccatur præsertim à Pruthenis, Ruſſis, Lithvanis*, inquit abſolutiſſimus linguarum Magiſter P. Cnapius in Critico ſuo Indiculo. Abuſus verò hic uſu dedocendus.

U, pro *W*, & contra efferre quoſdam, æquè notum ac vitioſum eſt, *Y*, v. *I*.

CONSONANTES.

C, noſtratibus duplex eſt, *c, ć, noc ćmi*.
L, duplex, - - *l, ł, wylał*
N, duplex, - - *n, ń, ten koń,*
S, duplex, - - *s, ś, sam, śmiał.*
Z, triplex, - - *z, ż, ź, za żal poźny.*

QUando *ć, ń, ś, ź*, ponuntur ante *i*, item *ź*, poſitum poſt *c, r, s*, nullo accentu indiget, cùm etiã abſque illo aliter efferri nequeant; ut, *cień niebo, sień, zima czas, rzecz, szabla.*

B & *P*, quibuſdam locis extenuatum & ſubtiliùs nonnulli efferunt; ut, *iedwab, drop, karp*, verùm id fere in conſiderationem non venit. *B* & *P*, cùm ſyllabas terminat, ſonò fere non differt, ut, *Dąb, Dębczak, Zabka*, &c. quod ne erroneè ſcribant pueri, tũ Obliquos,

tum

tum derivativas ſeu derivatas tum primitivas voces præ oculis habere debent; unde ex Obliquo *Dęba* item ex Primitivo *żaba*, inferant. *b*, in his ſcribendum; contra his *Łapka*, *Łep*, cognoſcetur p ex *Łapam*, *Łepek*, *Łepu* &c. Quanquam rectè etiam ſcribatur, *Łeb*, unde Obliqui, *Łba*. *Łbem*, &c.

IDEM verò tenendum pro aliis quoque, quæ ſic conſonant ad invicem, at. C. cum *DZ* v̄ g *żołądź* &c *D* cum *T*. ut *Odtąd* &c. *F*, cum *W*. ut *brew* &c. *G*, cum *K*. ut *Bróg*, *Bóg*, &c *S*. & *ś*, cum *Z* & *ż* ut *Weż* [accipe] *Mróz*. *Raż*. *SZ*, cum *Z*, & contra alternant; ut *Wróżka*, *Straż*, (cuſtodes) & *Przestrasz*, [terrefac] & plura talia.

L, ſi cum ſequente Vocali coaleſcit in ſyllabam, non eſt interponendum, *i*, ut *Lato*, *Chleb*, &c, non *Liato*, &c.

R ſequente *Z*, modò cum, *z*, coaleſcit; ut, *Rzecz*, *Rzęka*, &c. modò ſeorſim & per ſe ſonat; ut, *R-że koń*, *Dr-żę* *Przemarzłem*, & tunc lineola illud ſeparat, ut vides: eruditiſſimus Cnapius.

X. literâ non egere Polonos docet idem, & *Ks*: adhiberi jubet; ut, *Księga*, *Ksiądz*, minimè tamen prohibet etiam, *X*. uſurpari, ſi uſus ferat.

Z, poſt *C* *S*, non ponitur, niſi cùm ſtridulus quidam eſt ſonus; ut, *czarny*, *szary*.

§.

§. VI.

Prosodiæ sive accentui Latino maturè asuescendum.

CUm verò pronuntiatio Latini Accentûs noſtræ genti difficilis, nonnihil, ac proinde magnam partem vitioſa eſt, præcepta autem illius in quarta demum Schola ediſcuntur; non exiſtimet gnarus Gramatices Magiſter alienum eſſe à ſua Schola, accentum diligenter obſervare, & idem à Diſcipulis exigere. Hujus enim rei neglectus abſurdam & non ferendam eruditis auribus pronuntiationem in Scholas alioqui bene ordinatas invehit: & ægré admodûm in ſuperioribus Scholis pueri vitia dedocentur, quibus initiô aſſueverunt. Id quod noſter Author advertit, qui ob eandem cauſam Syntaxeos etiam aliqua initia Infimae Scholae pueris inſtillanda propoſuit Accentum verò multi in tota Analogia inculcant, quod Emmanueli non placuit, nè Incrementorum formulìs præcepta obſcura & prolixa nimiùm redderentur, proprio igitur loco ea reſervavit. Nos nihilominus, ne difficultatem hujus exercitationis aliquis opponat, ſuggerendum duximus, quod hac in parte pro captu puerorum facilè & parvo labore, magno autem fructu fieri poſſit. Has igitur communes regulas obſervare ſaffecerit.

1. Ex Incrementis Nominum & Verborum, vocum, accentus cognofcuntur, v. g. in fequentibus penultimæ habentur longæ: *Mufarum Dominorum, Animalis, Sermonis, Amare, Docere, Audire &c.* In his porro breves: *Partibus, Marmoris, Legero, Generis, Nominis &c.* pueris tamen fuffecerit in ufum horum non peccare.

2. Elevanda eft Vocalis penultima, quàm duæ Confonantes fequuntur, ut *Perennis, Difertus, Amaviffe*: deprimenda, fi Vocalis altera fequatur; ut, *Sedeo, Jaceo &c.*

3. Diphthongus omnis longa eft, ut, *Citharœdus, Judæa, Elegia, Cytherea, Aeneas &c.* in his enim tribus poftremis aliifque fimilibus Diphthongus Græca, *ei*, unâ Latinâ Vocali, *i*, vel *e*, exprimitur, at diphtongi naturam retinet unde & folvi ea poteft, ut docetur l. 2. cap: 2.

4. Obfervandæ funt nonnullæ voces fæpiùs occurrentes, & edifcendæ fedulò; ut, *Explica, Difputa, Provoca, Dicito, Cedito, Numerus; accidens, Subftantivum, Adjectivum, Nominativus, &c, Perfcribe, Compone, Concede &c.* Denique nunquam ubi erraverint, non jubeantur repetere, dum didicerint. Nos hic in eorum gratiam acuti Accentûs notam polyfyllabis in vocibus adhibemus, nifi ufu ipfo rectè femper enunctientur, quod noftrum obfequium ut proficuum illis fit, doceantur, elevandam effe inter pronuntiandum illam fyllabam, cui Acutus Accentus imminet, ut Tibicen, *Surmacz,* Tubicen, *Trębacz &c.* in priori, BI, in pofteriore, TU, elevandum: Sic *Légere,* LE, attollitur, *Legére,* Ge, elevatur.

FINIS INTRODUCTIONIS.



EMMA-

EMMANUELIS ALVARI
è SOCIETATE JESU
DE INSTITUTIONE GRAMMATICA
LIBER I.

PRÆFATIO.

JUre optimo labor hic: qualiſcunque eſt, fruſtra ſuſceptus in tanta librorum multitudine videri poſſet: niſi ſingularis illa virtus, quâ res parvæ creſcunt, ſine qua maximæ dilabuntur, nos tueretur. Etenim cum partibus noſtris illud imprimis propoſitum ſit, atque ob oculos perpetuo verſetur; ut, qui Soc: JESU, ejuſdem DEI Optimi Maximi beneficiô, nomen dedimus; non ſolùm in iis, quæ propria ipſius ſunt inſtituta, verùm etiam in rebus, quæ minimi videntur eſſe momenti, concordiſſimè vivamus: viſum eſt, ab aliquo noſtrùm Grammaticam artem ſcribendam eſſe; quâ ubique terrarum, quô ad ejus fieri poſſet, noſtri uterentur. Quod onus cum mihi eſſet impoſitum, id equidem, non meis humeris (ſcio enim quàm ſim imbecilis) ſed ſanctæ obedientiæ viribûs fretus, libenter ſuſcepi. Nam ei, qui ſponte ſua ſui juris eſſe deſiit proprioque Judicio atque voluntati propter DEUM nuntium remiſit, non tam inſcitiæ nota, quàm non obedientis animi crimen pertimeſcendum eſt. Suſcepto itaque onere, operam dedi, ne officio meo deeſſem: fontes ipſos adii: M. Varronis, Romanorum omnium eruditiſſimi, libros de Etymologia, atque Analogia duodecim: Fabii Quintiliani de inſtitutione Oratoria,

qui

qui magnum adjumentum attulerunt: Auli Gellii Noctium Atticarum undeviginti. Probi Diomedis, Phocæ, Donati Prisciani Institutiones Grammaticas, ut potui perlegi. Quorum postremus ante mille annos, Justiniani Principis ætate Athenis floruit. Is præter cæteros 10. & 8. lib: quos scripsit, passim hominum doctissimorum testimoniis utitur, quorum hodie aut nulla aut perexigua exstant vestigia. Est ille quidem sermone inornato & incompto, sed multa ac varia eruditione: labitur interdum ut homo; maximè ubi Latina præcepta ut Græcus, ad Græcorum normam exigit. Sed gravissimorum auctorum, quos tertiò quoque verbò citat, præclarâ atque luculentâ doctrinâ, ejus errata obteguntur penitùs & obscurantur. De rebus vel minimis tenuissimisque hoc est primis elementis, quâ potuit diligentia testes locupletissimos M. Varronem, C. Cæsarem, Plinium atque alios quam plurimos producit. Nemo mihi quidem Grammaticam copiosiùs nemo accuratiùs, aut tractâsse, aut plures veterum Grammaticorum Comentarios videtur pervolutâsse. Quod ad recentiores attinet, eos potissimum evolvimus, qui nobis usui essent futuri. Jactis ad hunc modum fundamentis, ex utrisque Grammatices Præcepta delegimus; quæ Terrentii Ciceronis Cæsaris, Livii, Virgilii, Horatii, atque aliorum Veterum testimoniis, pro nostra tenui infirmaque parte, confirmavimus. De his, si qui forte in hunc librum incidissent breviter putavimus admonendos. Reliquum est (quoniam librorum infinitus est numerus, scribendorum nullus est finis) ut convenienter divinis præceptis congruenterque vivamus; ita enim fiet, ut in LIBRO Vitæ conscripti, DEI Optimi Maximi conspectu, Cui hoc Opusculum dicamus, perpetuò fruamur.

LI-

LIBRI PRIMI
PRIOR PARS

Infimæ Claſſis Grammaticæ inferiori ordini accomodata.

NOMINUM SUBSTANTIVORUM DECLINATIO.

CAPUT I.
PRIMA DECLINATIO.

VIRGA. *Nomen Declinationis primæ, Generis Fæmini-ni Numeri ſingularis ſic declinabitur.*

Nominativo hæc Virga,	*Ta Rózga.*
Genitivô hujus Virgæ,	*Tey Rózgi,*
Dativô huic Virgæ,	*Tey Rózdze.*
Accuſativô hanc Virgam,	*Tę Rozgę.*
Vocativô ô Virga,	*o Rózgo.*
Ablativô ab hac Virga,	*Od tey Rózgi, tą Rózgą.*

Numerô Plurali.

Nominativô hæ Virgæ,	*Te Rózgi.*
Genitivô harum Virgarum,	*Tych Rózg,*
Dativô his Virgis,	*Tym Rózgom,*
Accuſativô has Virgas,	*Te Rózgi.*
Vocativô ô Virgæ,	*o Rózgi.* (mi.
Ablativô ab his Virgis,	*Od tych Rózg, temi Rózga-*

S I C

Hæc Virga acerba,	*Ta Rózga Przykra.*
Hæc Muſa jucunda,	*Ta Nauka wdzięczna.*

Pau-

Paucis post diebus.

Hæc Virga minax,	*Ta Rózga grożna.*
Hæc Musa dulcis,	*To śpiewanie słodkie.*
Hic Pöeta optimus,	*Ten wierszopis wyborny.*
Hic Nauta Vigilans,	*Ten żeglarz czujny.*

A D M O N I T I O.

Assuescant pueri in ipso aditu vestibuloque Grammaticæ Adjectiva Nomina cum Substantivis copulare Adjectiva nè multa sint, nè inepta, nè temere congesta, sint delecta è bonis Authoribus petita ad summum duo, ut Puer verecundus & ingeniosus: Porro Præceptor pueris, nè otiô diffluant, Nominandi Casum Substantivi cum Adjectivo dictabit in schola, quod ii domi per omnes Casus declinent atque describant, ubi redierint rationem reposcet, ac errata studioè corriget.

SECUNDA DECLINATIO.

DOMINUS, *Nomen Declinationis secundæ, Generis Masculini, Numeri singularis sic declinabitur.*

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
N, Hic Dominus. *Ten Pan,*	N. Hi Domini, *Ci Panowie.*
G. hujus Domini, *Tego (Pana.*	G. horum Dominorum *tych Panow.*
D. huic Domino, *Temu (Panu.*	D. his Dominis *tym Panom.*
A. hunc Dominum, *Tego (Pana.*	A. hos Dominos, *tych Pa-(now.*
V. ó Domine, *o Panie.*	V. ô Domini, *o Panowie.*
A. à Domino, *od Panâ Pa-(nem.*	A. à Dominis, *od tych Panow, Panami.*

S I C

Hic Dominus justus,	*Ten Pan sprawiedliwy.*
Hic Puer ingeniosus	*To Dziecie dowcipne.*

Aliquot post diebus.

Hic puer sagax,	*To Dziecię domyślne.*
Hic Vir prudens,	*Ten człowiek rostropny.*
Hic Animus Generosior	*To serce wspanialsze.*

Hæ-

Hæc Populus procerrima, | *Ta Topola naywyżſza.*

TEMPLUM, *Nomen declinationis ſecundæ, Generis Neutrius. Numeri ſingularis, ſic declinabitur.*

Numerô ſingulari.	*Numerô Plurali.*
N. hoc Templum, *Ten Kościoł.*	N. hæc Templa, *te Kościoły*
G. hujus Templi, *tego Kościoła.*	G. Horum Templorum, *tych Kościołow.*
D. huic Templo, *temu Kościołowi.*	D. his Templis, *tym Kościołom.*
A. hoc Templū, *ten Kościoł,*	A. hæc Templa, *te Kościoły*
V. ô Templum, *o Kościele.*	V. ô Templa, *o Kościoły.*
A. à Templo, *od Kościoła tym Kosciołem.*	A. à Templis, *od tych Kościołow, tymi Kościołami.*

H I C.

Hoc Templum Sanctiſſimum, | *Ten Kościoł Nayświętſzy.*

Hoc ingenium eximium, | *Ten dowcip wyborny.*

Suo tempore.

Hoc ſaxum ingens, | *Ten Kamień wielki.*

Hoc Beneficium illuſtre, *Ta łaſka znaczna.*

A D M O N I T I O II.

Hic moneantur tyrones, Neutra Nomina tres caſus habere ſimiles, Nominativum, Accuſativum, & Vocativum, eoſque plurali Numerô A literâ ſemper terminari.

TERTIA DECLINATIO.

SERMO, *Nomen Declinationis tertiæ Generis Maſculini, Numeri ſingularis ſic declinabitur.*

Numerô ſingulari,	*Numerô Purali.*
N. hic Sermo, *Ta mowa,*	N. hi Sermones, *te mowy.*
G. hujus Sermonis, *tey mowy.*	G. horum Sermonum, *tych mow.*
D. huic Sermoni, *tey mowie.*	D. his Sermonibus, *tym mowom.*
A. hunc Sermonem, *tę mowę.*	A. hos Sermones, *te mowy*
V. ô Sermo, *o mowo.*	V. ô Sermones, *o mowy.*

A. à

A. à Sermone, *od tey mowy, tą mową.*	A. à Sermonibus, *od tych mow, temi mowami.*

S I C

Hic Sermo elegans,	*Ta mowa ładna.*
Hic Panis quotidianus,	*Ten chleb powszedni.*
Hæc virtus admiranda,	*Ta cnota dziwna.*
Hæc oratio elegantior,	*Ta mowa ładnieysza.*

TEMPUS. *Nomen declinationis tertiæ, Generis Neutrius, Numeri singularis, sic declinabitur.*

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
N. hoc Tempus, *Ten czas,*	N. hæc Tempora, *Te czasy*
G. hujus Temporis, *tego czasu.*	G. horum Temporum, *tych czasow.*
D. huic Tempori, *temu czasowi.*	D. his Temporibus, *tym czasom.*
A. hoc Tempus, *ten czas.*	A. hæc Tempora. *te czasy.*
V. ô Tempus, *o czasie.*	V. o Tempora, *o czasy.*
A. à Tempore, *od tego czasu, tym czásem.*	A. à Temporibus, *od tych czasow, czasami.*

S I C.

Hoc Tempus Brevius,	*Ten czas krotszy.*
Hoc Tempus prætiossimum,	*Ten czas naydroższy.*
Hoc Tempus velox,	*Ten czas prędki.*
Hoc Nomen celebre.	*To Imię sławne.*
Hoc Flumen rapidum.	*Ta rzeka bystra.*

PARENS, *Nomen Declinationis tertiæ, Generis Communis, Numeri singularis, sic declinabitur.*

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
N. hic & hæc Parens, *Ten Oyciec. ta Matka.*	N. hi & hæ Parentes, *Rodzice Oycowie Matki.*
G. hujus Parentis.	G. horum, & harũ, Parentũ.
D. huic Parenti.	D. his Parentibus.
A. hunc & hanc Parentem,	A. hos, & has Parentes.
A. ô Parens.	V. ô Parentes.
A. à Parente.	A. à Parentibus.

SIC

S I C

Hic & hæc Civis, *Ten Mieſzczanin, Tá &c.*
Hic & hæc Hoſtis, *Ten Nieprzyiaciel, Tá &c.*

A D M O N I T I O III.

In lingua Polonica ſunt hæc communis Generis, ſed alia reperias nonnulla; ut, Plotká, ſługa, niecnota, włóczęga &c.

Talibus porrò Nominibus addant pueri Adjectiva non conjunctim, ſed ſeparatim. Hic Civis Romanus, *Ten Obywatel, ten Mieſzczanin, ten Szlachic Rzymſki.* Hæc Civis Romana &c. *Triplicem Nominis,* Civis *Polonicàm ſignificationem datâ operâ adjecimus, ne pueros ineptâ illâ opinione imbui Magiſter ſinat, ut Nomen* Civis *nullo alio ſenſu uſurpari Latinis putent, quàm pro vernaculo.* Mieſzczanin, Mieſzczka &c. *Idem verò monendi ii erunt de Derivatis,* Civilis, Civilitate, Civitate donare &c. *Imò de aliis quoque Latinis vocabulis, quæ trivialium abuſus, & ignorantia ad certas nonniſi res ſignificandas coarctavit; ut* Hoſpes, Stupidus, Inſolens, Devotus &c. *aut prorſus alienavit; ut,* Acanthus Diphtongi, Seboſus.

QUARTA DECLINATIO

SENSUS, *Nomen Declinationis quartæ, Generis Maſculini. Numeri ſingularis, ſic declinabitur.*

Numerô ſingulari.	*Numerô Plurali.*
N. Hic Senſus, *Ten zmyſł,*	N. Hi Senſus, *te zmyſły.*
G. hujus Senſus, *tego zmyſłu.*	G. horum Senſuum, *tych zmyſłów.*
D. huic Senſui, *temu zmyſłowi.*	D. his Senſibus, *tym zmyſłom.*
A. hunc Senſum, *ten zmyſł*	A. hos Senſus, *te zmyſły.*
V. ô Senſus, *o zmyśle.*	V. ô Senſus, *o zmyſły.*
A. à Senſu, *od tego zmyſłu*	A. à Senſibus, *od tych zmyſłów.*

S I C

Hic Senſus hebes, *Ten zmyſł tępy.*

Hic passus tardus, *Ten krok leniwy.*
Hic Census tenuis, *Ten czyńsz skąpy.*
Hæc Anus delira, *Tá Babá głupia.*

GENU, *Nomen declinationis quartæ, Generis Neutrius Numeri singularis, sic declinabitur.*

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
N. Hoc Genu, *To Kolano,*	N. Hæc Genua, *Te kolana.*
G. hujus Genu, *tego kolánà*	G. horũ Genuũ, *tych kolan.*
D. huic Genu, *temu kolanowi.*	D. his Genibus, *tym kolanóm.*
A. hoc Genu, *to kolano.*	A. hæc Genua, *te kolana.*
V. ô Genu, *o kolano.*	V. ô Genua, *o kolana,*
A. á Genu, *od tego kolana,*	A. à Genibus, *od tych kolán.*

S I C

Hoc Genu tumens, *To kolano spuchłe.*
Hoc Cornu inflexum, *Ten róg zakrzywiony.*
Hoc tonitru horrendum, *Ten Grom strászliwy.*
Hoc Veru candens, *Ten rożen rospalony.*

QUINTA DECLINATIO.

DIES, *Nomen Declinationis quintæ Generis Masculini. vel Fœminini, Numeri singularis, sic declinabitur.*

Numerô singulari.	*Numerô Plurali*
N. Hic & hæc Dies, *Ten (dzień.*	N. Hi vel hæ Dies, *Te Dni*
G. hujus Diei,	G. horum vel harum Dierum. D. his Diebus.
D. huic Diei,	
A. hunc vel hanc Diem.	A. hos vel has Dies.
V. ô Dies.	V. ô Dies.
A. à Die.	A. à Diebus.

S I C

Hic Dies lætissimus, *Ten dzień bardzo wesoły.*
Hic Dies illustris, *Ten dzień iasny.*
Hæc res domestica, *Tá rzecz domowá, gospodarstwo.*
Hæc res familiaris, *Tá rzecz gospodarská &c.*
Hæc facies honesta & liberalis, *Tá uroda (twarz) piękna, udatna, gładka.*

AD-

ADMONITIO IV.

Docebit interdum Magiſter rectè ſcribendi præcepta; ut ante B. M. P. nunquam N. literam, ſed pro ea M. ſcribi; ut Ambigo, Committo, Impono; *non* Anbigo, Conmitto, Inpono.

2. *Si eadem Conſonans geminatur in medio dictionis non utraque in fine interrupti, aut initio redeuntis verſus, ſed alteram initio, alteram in fine alterius ſcribendam eſſe; ut,* Ter-ra, Her-ba &c. *Hæc & ſimilia prout oportunum videbitur pueris inculcanda identidem, maximè quæ* § 4. & 5. *Introd: dicta ſunt.*

NOMINUM ADJECTIVORUM.
ET
ANOMALORUM.
DECLINATIO.
CAPUT II.

Nomina Adjectiva Declinationis primæ & ſecundæ.

Bonus, Bona, Bonum. *Nomen Mobile, Declinationis primæ & ſecundæ Numeri ſingularis ſic declinabitur.*

Numerô ſingulari.	*Numerô Plurali.*
N. Bonus, Bona, Bonum,	N. Boni, Bonæ, Bona.
Dobry, dobra, dobre.	*Dobrzy, dobre, dobre.*
G. Boni, Bonæ, Boni,	G. Bonorum, Bonarum, Bo-
D. Bono, Bonæ, Bono.	D. Bonis. (norum.
A. Bonum, Bonam, Bonum.	A. Bonos, Bonas, Bona.
V. o Bone, o Bona, o Bonū.	V. o Boni, o Bonæ, o Bona.
A. à Bono, Bona, Bono.	A. à Bonis.

ADMONITIO V.

ADJECTIVA *Nomina eodem modo quo ſubſtantiva ſupra poſita declinantur. Porrò unum Adjectivum, ſi plures formas ſeu terminationes habeat, ad diverſas ſubſtantivorum Declinationes pertinet. Omnia verò Adjectiva* vel *ad primam,* vel *ad ſecundam,* vel *ad tertiam Declinationem pertinent.*

SEQUENTIA *Nomina Adjectiva eodem modo quo* Bonus, Bona, Bonum, *declinantur, niſi quod Genitivum in* ius, *Dativum in* I. *ſemper habent in quovis genere.*

ALter, *Drugi*, altera, alterum, alterius, alteri.
Alius, *Inſzy*, alia, aliud, alius, alii.
Solus, *Sam*, ſola, ſolum, ſolius, ſoli.
Totus, *Caly*, tota, totum, totius, toti.
Unus, *Jeden*, una, unum, unius, uni.
Ullus, *Kto*, ulla, ullum, ullius, ulli.
Nullus, *Zaden*, nulla, nullum, nullius, nulli.
Uter, *Kto ze dwóch*, utra, utrum, utrius, utri.
Neuter, *àni ten, àni ów*, neutra, neutrũ, neutrius, neutri.
Uterque, *Obádwá*, utraque, utrũque, utriuſque, utrique.
Alterûter, *Raz ten, drugiraz ten*, alterutra, alterutrum.
alterutrius, alterutri, alteriusutrius.

S C H O L I O N I.

Fœminina Altera, Alia, Sola, Tota, Una, *Genitivum, & Dativum in æ, apud veteres habuere* * Ter. Heau: 2. *Hoc ipſum in itinere* Alteræ *dum narrat, forte audivi* * Colum: l. 5. e 11. *ut* Alteræ *deliberatæ parti conveniat* * Cic: l. 2. de Div: Aliæ *pecudis.* * Ter: Eun: act: 1. ſc:7. *Mihi* Solæ *ridiculus fuit.* * Ad Her: ſub fin: lib: 2. *Nam res tota,* totæ *rei ſimilis ſit neceſſe eſt.* * Cic: apud Priſc: l. 6. *Hoc judicium ita expectatur, ut non unæ rei ſtatui; ſed omnibus conſtitui putetur.* * Lucr: l. 2. *Efficitur quidem quadratum* unæq; *figuræ.*

2. *Genitivo,* Alteruter, *potiùs habet* Alterutrius, *quàm* Alteriusutrius. *Ita Cic: Att: l.* 10. *ep:* 1. *& l.* 9. *Fam; ep:* 6. *vide infra cap:* 17.

Nomina Adjectiva Declinationis tertiæ.

Hic Acer, hæc Acris, hoc Acre, *Nomen Adjectivum Declinationis tertiæ, Numeri ſingularis ſic declinabitur.*

Numerò ſingulari.	*Numerò Plurali.*
N. Hic Acer, hæc Acris, hoc	N. Hi & hæ Acres, hæc Acria
G. hujus Acris (*Acre Oſtry.*	G. horum & harum Acrium.
D. huic Acri.	D. his Acribus.

A.

A. hunc & hāc Acrem, hoc (Acre.	A. hos & has Acres, hæc (Acria.
V. o Acer, Acris, Acre.	V. o Acres, & Acria.
A. ab Acri.	A. ab Acribus.

S I C.

Alacer, alacris, alacre, *Czerſtwy, ochotny.*
Volucer, volucris, volucre, *Lotny, ſkrzydlaſty.*
Equeſter, equeſtris, equeſtre, *Konny, ſzlachecki.*
Saluber, ſalubris, ſalubre. *Zdrowy.*

Celer, *modo habet unam formam in omnibus tribus generibus, modo in fœminino habet.* Celeris, *in Neutro.* Celere: *unde Cic:* Celer ignis. * *Lucr:* Celer origo, * *Ovid:* Celeris fæmina. * *Val: Flac: Argon.* Celere telum pro Celer: *Apud Priſc:* Hic & hæc Celeris. * Equeſtris *etiam Maſculino genere dicitur.* Sylveſtris, *item, vel* Sylveſter *leſny,* hæc Sylveſtris, hoc ſylveſtre.

Hic & hæc BREVIS & hoc BREVE, *Nomen Adjectivum Declinationis tertiæ ſic declinabitur.*

Numerô ſingulari.	*Numerô Plurali.*
N. Hic & hæc Brevis, & hoc Breve, *krótki.*	N. Hi & hæ Breves, & hæc (Brevia.
G. hujus Brevis,	G. horum & harū Brevium,
D. huic Brevi.	D. his Brevibus.
A. hunc & hanc Brevem, (& hoc Breve.	A. hos & has Breves, & (hæc Brevia.
V. o Brevis, o Breve.	V. o Breves & Brevia.
A. à Brevi.	A. à Brevibus.

Hic & hæc BREVIOR, & hoc BREVIUS, *Nomen Adjectivum Comparativum Declinationis tertiæ ſic declinabitur.*

Numerô ſingulari,	*Numerô Plurali.*
N. Hic & hæc Brevior, hoc Brevius, *Krótſzy.*	N. Hi & hæBreviores & hæc Breviora, *Krótſzy, krótſze.*
G. hujus Brevioris.	G. horū, & harum Breviorū,
D. huic Breviori.	D. his Brevioribus.
A. hunc & hanc Breviorem hoc Brevius.	A. hos & has Breviores. (hæc Breviora.

V. o Brevior & Brevius.	V. o Breviores & Breviora.
A. à Breviori, v. Breviore.	A. à Brevioribus.

FELIX, *Nomen Adjectivum, Declinationis tertiæ, Generis omnis sic declinabitur.*

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
N. Hic & hæc & hoc Felix. *Szczęśliwy, szczęśliwa, (szczęśliwe.*	N. Hi & hæ Felices, & hæc Felicia, *Szczęśliwi, szczę(śliwe.*
G. hujus Felicis.	G. horum & harũ Felicium
D. huic Felici.	D. his Felicibus,
A. hunc & hanc Felicem, (& hoc Felix.	A. hos & has Felices, & (hæc Felicia.
V, o Felix.	V. o Felices & Felicia.
A. à Felice vel Felici.	A. à Felicibus.

ADMONITIO.

In Adjectivis declinandis misceat interdum Magister Gradus omnes; ut Felix, felicior, felicissimus, Facilis, facilior, facillimus, Difficilis &c. Rectiùs *tamen adjunctô Substantivô, ut* Poëta *bonus melior optimus*, Scurra *malus, pejor, pessimus;* Digitus, *parvus, minor, minimus*, Vir *magnus, major, maximus.*

NOMINA ANOMALA.

Quæ à Superiorum lege non nihil deflectunt.

DOMUS.

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
N. Hæc Domus, *ten Dom,*	N. Hæ Domus, *te Domy.*
G. hujus Domi, v. Domûs.	G. harum Domorum, v. Do(muũ.
D. huic Domui vel Domo.	D. his Domibus,
A. hanc Domum,	A. has Domos, v. Domus,
V. o Domus,	V. o Domus,
A. à Domo.	A. à Domibus.

DUO ET AMBO.

Carent singulari Numerô

N. Duo, *dwa,* Duæ, Duo.	N. Ambo, *Obadwa,* Ambæ, (Ambo.

G. Duorū, Duarū, Duorū.	G. Amborum, Ambarum, (Amborum.
D. Duobus.	D. Ambobus, Ambabus &c.
A. Duos, Duas, Duo,	A. Ambos, Ambas, Ambo.
V. o Duo, Duæ, Duo.	V. o Ambo, Ambæ, Ambo.
A, Duobus, Duabus, Du- (obus,	A. Ambobus, Ambabus &c.

S C H O L I O N. II.

1. *Genitivus* Domi *fere tantum ad interrogationem u-bi, in usu est, cæteris in locis* hujus domûs *præstat dicere.*

2. *Dativus* Domo, *admodum rarus est.* * Hor: l. 2. ep: 10. Ponendæque domo, quærenda est area primum, *Aliqui legunt.* Ponendaque domo &c. *In Ablativo.*

3. Harum Domuum, &c. has Domos, *vix aut rarò reperias Juv: sat:* 7. Domuum dominique futuri. *Val: l.* 2. *c:* 7. Cum ignominia Domuum suarum.

4. Duo & Ambo, *Accusativi Masculini ad Poëtas potiùs pertinent.* * Virg: l. 11. Si duo præterea tales Idea tulisset terra viros; Hor: l. 1. sat: 7. Duo si discordia vexet inertes. *Nihilominus & Cic: l.* 7. *ep:* 25. *dixit.* Præter Duo nos, * & *l. de Divin:* Cui Duo placet esse motus.

PRONOMINUM DECLINATIO

CAPUT III.

PRONOMINA PRIMITIVA.

EGO *Pronomen Primitivum Personæ Imæ, sic declinabitur.*

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
N. Ego, *Ja.*	N. Nos, *My.*
G. Mei, *Mnie.* *mi.*	G. Nostrum, v. nostri *Nas.*
D. Mihi, vel Mi, *Mnie*, vel	D. Nobis; *Nam.*
A. Me, *Mnie*, v. *mię.*	A. Nos, *Nas.*
A. à Me, *Mną*, *odemnie.*	A. à Nobis, *Od nas, nami.*

TU, *Pronomen Primitivum Personæ secundæ sic de-clinabitur.*

Num-

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
N. Tu, *Ty.*	N. Vos, *Wy.*
G. Tui, *Ciebie.*	G. Vestrum, *v.* Vestri, *wa[s]*
D. Tibi, *Tobie.*	D. Vobis, *Wam.*
A. Te, *Cię, v. Ciebie.*	A. Vos, *Was.*
V. o Tu, *Ty.*	V. o Vos, *Wy.*
A. à Te, *Tobą, od Ciebie.*	A. à Vobis, *od was, wam[i]*

SUI, *Pronomen Primitivum, Personæ, tertiæ, sic declinatur.*

Utroque Numero.

G. Sui, *Siebie.*	A. Se, *Siebie.*
D. Sibi, *Sobie.*	A à Se, *Od siebie, sobą.*

S C H O L I O N III.

1. *Interrogandi Casus* Mis, Tis, Sis, *pro.* Mei, Tui, Sui, *recesserunt ab usu.* * Plaut: *Mil: act:* 4 *sc:* 2. Quia Tis egeat. v. *Serv: in edit:* 2. *Donati, De Pronomine;* & *Quintil: l.* 8. *c.* 81.

SEQUENTIA Pronomina, Hic Iste &c. *Aliqua ex parte Primam & Secundam Nominum Adjectivorum Declinationem imitantur, Vocativo tamen semper carent.*

H I C.

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
N. Hic, *Ten,* Hæc, *ta,* (Hoc, *to.*	N. Hi, *Ci.* Hæ, *te,* Hæc, *te.*
G. Hujus, *Tego, Tey.*	G. Horum, Harum, Ho(rum, *tych.*
D. Huic, *Temu, Tey.*	D. His, *tym.*
A. Hunc, *Tego,* Hanc, *tę,* (Hoc, *to.*	A. Hos, *Tych.* Has, *te.* Hæc (*te.*
A. ab Hoc, *Od tego,* Hac, (*tey,* Hoc, *tego, tym.*	A. ab His, *Od tych, tymi.*

I S T E.

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
N. Iste, *Ten to,* Ista, *ta to,* (Istud, *to to.*	N. Isti, *Ci to.* Istæ, *te to,* (Ista, *te to.*
G. Istius, *Tego to, tey to.*	

D. I-

D. Isti, *Temu to, tey to.*
A. Istum, *Tego to,* Istam *tę*
(*to.* Istud, *to to.*
A. ab Isto, *od tecto to,* Ista.
(*tey to,* Isto, *tego to.*

G. Istorum, Istarum, Isto-
(rum, *Tych to.*
D. Istis, *Tym to.*
A. Istos, Istas, Ista, *Tych to.*
A. ab Istis, *Od tych to &c.*

ILLE, *On,* Illa, Illud, *& ipse, Ow vel On sam* Ipsa, Ipsum, *ita declinabitur sicut* Iste Ista, Istud, *utroque numero.*

I S

Numerô singulari.
N. Is *Ten tam,* ea, *ta tam*
(Id, *to tam.*
G. Ejus *Tego tam, tey tam,*
D. Ei, *Temu tam.*
A. Eum, *Tego tam,* Eam,
(*tę tam,* Id, *to tam.*
A. ab Eo, *Od tego tam,* Ea
(*od tey tam,* Eo, *tym tam*

Numerô Plurali.
N. Ii. *Ci tam,* Eæ, Ea, *te,*
(*tam.*
G. Eorum, Earum, Eorum,
tych tam.
D. Iis, *Tym tam.*
A. Eos, Eas, Ea, *Tych tam.*
A. ab Iis, Eis, *Od tych tam,*
(*v. tymi tam.*

Idem, *Tenże,* Eadem Idem, *omnes Casus à Simplici IS, mutuatur, adjectâ duntaxat syllabâ, DE, in Accusativo tamen singulari & Genitivo Plurali, M. Simplicis mutat in N. habetque* Eundem &c. *non* Eumdem &c.

S C H O L I O N IV.

1. IPSUD, *non dicimus sicut* Illud &c. *quia olim non* Ipse *sed* Ipsus, Ipsa, Ipsum, *dicebatur* Ipsus, *jam exolevit.*

2. *Plurales hi Nominativi,* EI, & EIDEM, *meritò à Diomede & Donato prætermissi sunt, quamvis à Prisciano non omnino rejiciuntur.*

3. *Dativus & Ablativus* Iisdem, *multò usitatior est, quàm* Eisdem, *v. Cic.* in Oratore, *à medio.*

PRONOMINA DERIVATIVA.

M E U S.

Numerô singulari.
N. Meus, *Moy* mea *moia.*
(meum, *moie.*

Numerô Plurali.
N. Mei, *Moi,* meæ, *moie.*
(mea, *moie.*

G. Mei, *Moiego*, meæ, *moiey*, mei, *moiego*.	G. Meorum, mearum, meorum *Moich*.
D. Meo, *Memu*, meæ, *moiey*, meo, *memu*.	D. Meis, *Moim*,
A. Meum, *Moiego*, meam *moię*, meum, *moie*.	A. Meos, meas, *Moich*, mea, *moie*.
V. o Mi, o *moy*, mea, *moia*, meum, *moie*.	V. o mei, *o moi*, o meæ, mea, *moie*.
A. à meo, *od mego*, mea, *moiey*, meo, *moiego*.	A. à Meis, *Od moich moiemi*.

Eodem modo declinatur. TUUS, SUUS, VESTER, & NOSTER, *nisi quod prima & tertia Vocativo carent*.

NOSTRAS VESTRAS.

NOSTRAS & VESTRAS *Pronomina Adjectiva Generis omnis declinantur ut suprà* FELIX.

Numero singulari	*Numerô Plurali.*
N. Hic, hæc, hoc, Nostras *Naszyniec*.	N. Hi & hæ Nostrates, & hæc Nostratia *Naszyńce*.
G. Nostratis, *Naszyńca*.	G. Nostratium *Naszyńcom*.
D. Nostrati, *Naszyńcowi*.	D. Nostratibus *Naszyńcom*.
A. hunc hanc, Nostratem, hoc Nostras, *Naszyńca*,	A. Hos & has Nostrates & hæc Nostratia *Naszyńcow*.
V. o Nostras, *o Naszyniec*,	V. o Nostrates, Nostratia, *o Naszyńcy*.
A. à Nostrate, vel Nostrati *od Naszyńca, naszyńcem*.	A. à Nostratibus, *od Naszyńcow*.

Eodem modo declinabitur, VESTRAS, *nisi quod Vocativô caret*.

S C H O L I O N V.

Prisci dicebant; *hic & hæc Nostratis, Vestratis, Privernatis, Arpinatis, & hoc Nostrate, Vestrate, Privernate, Arpinate*: & similia, Verum sæculum eruditius maluit imminutis uti, & unâ terminatione omnia complecti genera. * Liv: I. 8, *Eodem anno privernas bellum initum*. At Livio antiquior Catul: 1, Orig: apud

pud Prisc: Veterum more scripsit *Si quis mortuus est* Arpinatis. Cicero posteriores sequitur Att: lib. 16. ep: 8. *Flexus est ad iter Arpinas.*

2. Sextus horum casus sæpius in E. desinit, *Nostrate, Vestrate, Ravennate, &c.*

Provocabulum sive Pronomen.

Relat vum *qui, quæ, quod*, cum Compositis.

Numerô singulari	*Numerô Plurali.*
N. Qui, quæ, quod *Ktory,*	N. Qui, quæ, quæ, *Który,*
(*która, które.*	(*które.*
G. Cujus, *którego, którey,*	G. Quorum, quarum, quo-
D. Cui, *ktoremu, któr y.*	(rum *ktorych.*
A. Quem, quam, quod,	D. Queis, quibus, *którym.*
(*którego, którą, które.*	A. Quos quas, quæ; *których*
A. à Quo, vel qui qua *Od*	A. à Queis, quibus, *od któ-*
(*którego, ktorey, którym*	(*rych, którymi.*

Q U I S

Numerô Singulari.	*Numerô Plurali.*
N. Quis vel qui quæ quod	N. Qui, quæ, quæ, *Ktorzy,*
(vel quid, *kto, co.*	(*kto, co.*
G. Cujus, *k go, czego, które-*	G. Quorum, quarum quo-
D. Cui, *czemu komu.* (*go.*	(rum.
A. Quem, quam, quod, v	D. Queis vel quibus.
quid, *którego, co.*	A. Quos, quas, quæ.
A. à Quo, vel qui, qua, *Od*	A. à Queis, vel quibus.
(*którego od ktorey czego.*	

S C H O L I O N VI

QUIS modô est Interrogativum * Ter: Heaut: act: 5. sc: 2. *Quis hic loquitur?* Modò infinitum * Virg: Ecl: 3. *Nescio quis teneros oculus mihi fascinet agnos.*

QUI. Nominativus interdum pro, *Quis* Interrogativo ponitur * Cic: pro domo sua. *Qui tantus fuit labor? quæ simultas?* Interdum pro *Quis*, Infinito * Ter:

Ter: Andr: act: 5. *Nescio qui senex modò venit.* Si citat Nonius, sic habent antiquissimi manuscripti.

3. Ablativus *Qui* est, generis omnis, utimurque illo cum Præpositione *Cum*, quæ semper postponitur. * Cic: Fam: 5. 9. *Nemo est quicum potiùs mihi quam tecum communicandum putem.* Virg: En: XI. *Accam ex æqualibus unam alloquitur: fida ante alias quæ sola Camillæ. Quicum partiri curas, &c.* i. cum qua (Acca) *partiri curas, &c.*

Composita ex Provocabulo.
Quis cùm præcedit.

Quisnam quænam, quodnam, vel quidnam, *Ktoż* ...
Quispiam, quæpiam, quodpiam, vel quidpiam, *Kto*...
Quisquam, quæquā, quodquā, v. quidquā, *Ktokolwiek*
Quisque quæque, quodque, vel quidque, *Każdy.*
Quisquis, quæquæ, quodquod, v. quidquid, *Którykolwiek.*

Composita ex Provocabulo.
Quis cùm sequitur seu postponitur.

Aliquis, aliqua, aliquod, vel aliquid, *Ktoś.*
Ecquis, ecqua, ecquæ, ecquod, vel ecquid, *à któż*
Nequis, nequa nequod, vel nequid, *żeby kto nie*
Siquis, siqua, siquod, vel siquid, *ieżeli kto.*
Quædam ex supra dictis rursus componuntur.
Unusquisque, unaquæque, vel unumquodque vel unumquidque, *Każdy iaki taki.*
Ecquisnam, ecquænam, ecquodnam, vel ecquidnam, *à ktoż, à ktoż.*

Composita ex Provocabulo, Qui.

Quicunque, quæcunque, quodcunque, vel quidcunque, *ktokolwiek.*
Quidam, quædam, quoddam, vel quiddam, *ktoś ieden*

Qui-

Quilibet, quælibet, quodlibet, vel quidlibet *każdy który się podoba.*

Quivis, quævis, quodvis, vel quidvis, *każdy, którykolwiek, który chcesz.*

SCHOLION VII.

1. *In omnibus his Compositis Recti tantùm declinantur,* Sive unus, *ut* Quisque, Cujusque &c. ecquis, ecujus, &c. quivis, cujusvis &c. sive plures sint, *ut* Quisquis, cujuscujus &c. Unusquisque, uniuscujusque &c. *utroq, numero. Lucr: l.* 2. Namque in eadem una *cujuscujus brevitate.*

2. Quisquis *interdum apud Cic: genitivum habet* Cuicui *ut volunt quidam.* Omnia ad me diligentissimè, cuicui modi sint, scribas. *Quanquam istud.* cuicui *potius ego à Recto* Cujuscujus; *ductum esse crediderim, antiquis enim in Recto* Cujus, cuja, cujum, *dicebatur, unde* Cujum pecus *Virgilii.* Cuja res, *Ciceronis: à geminato igitur* Cujuscujus, cujacuja, cujumcujum, *videtur venire Genitivus ille* Cuicui, *uti à geminato* Quisquis, *nascitur* Cujuscujus, *Cæteri quoque casus utriusque numeri à Recto,* quisquis, *satis in usu sunt.* * *Ter: Hct: act:* 1. Quin spolies, mutiles, laceres *quemquem* nacta sis.

3. *Provocabulum* Quis; *in Compositis modò præcedit: ut* Quisnam, Quispiam, Quisque &c. *modo sequitur seu postponitur ut* ecquis, nequis &c. *Cum sequitur, seu postponitur, feminina singularis & Neutra pluralis numeri fere in A, desinunt ut* siquis, siqua, siquod *Plur:* siqui, siquæ siqua. *Cicero tamen* ecquæ, *fæminino genere usurpat.* * *Att: l.* 7. Quod quæris ecquæ spes pacificationis sit * *Id: l.* 4. *de Fin:* Ecquænam fieri possit accessio. * *Id: l.* 2. *Acad:* Ecquæ poteritin agnoscendo esse distinctio?

VERBORUM CONJUGATIO.

SUM, *Verbum Neutrum. Substantivum, sic conjugabitur. Indicativi Modi tempus præsens.*

Numerò Singulari.	*Numerò Plurali.*
EGo sum, *Ja iestem.*	Nos sumus, *My iesteśmy.*
Tu es, *Ty iesteś.*	Vos estis, *wy iesteście.*
Jlle est, *On iest.*	Jlli sunt, *oni są.*
Præteritum	imperfectum.
Ego eram. *Ja byłem.*	Nos eramus, *My byliśmy.*
Tu eras, *ty byłeś.*	Vos eratis, *wy byliście.*
Jlle erat, *on był.*	Jlli erant, *oni byli.*
Præteritum	perfectum.
Ego fui, *Ja byłem.*	Nos fuimus, *My byliśmy.*
Tu fuisti, *ty byłeś.*	Vos fuistis, *wy byliście.*
Jlle fuit, *on był.*	Jlli fuerũt v. fuêre, *oni byli.*
Præteritum plus	quàm perfectum.
Ego fueram, *Ja byłem.*	Nos fueramus, *My byliśmy.*
Tu fueras, *ty byłeś.*	Vos fueratis, *wy byliście.*
Jlle fuerat, *on był dawno.*	Jlli fuerant, *oni byli.*
Futurum.	
Ego ero, *Ja będę.*	Nos erimus, *My będziemy.*
Tu eris, *ty będziesz.*	Vos eritis, *wy będziecie.*
Jlle erit, *on będzie.*	Jlli erunt, *oni będą.*
Imperativi Modi	*tempus præsens.*
Tu sis, vel esto, *Ty bądź.*	Nos simus, *My bądźmy* Vos este, v. estote, *wy bądźcie.*
Jlle sit, *on niech będzie.*	Jlli sint, *oni niech będą.*
Futurum sive	Modus mandativus.
Tu esto vel eris, *Ty bądź więc.*	Vos estote, vel eritis, *Wy bądźcie więc.*
Jlle esto, vel erit, *on niech więc będzie.*	Jlli sunto, v. erunt, *oni niech więc będą.*

Opta-

Optativi præsens & imperfectum.

Utinam, Ego essem, *Ja o*	Nos essemus, *My obyśmy*
bym był.	*(byli.*
Tu esses, *ty obyś był.*	Vos essetis, *wy obyście byli.*
Ille esset, *on oby był.*	Illi essent, *oni oby byli.*

Præteritum perfectum.

Ut: Ego fuerim, *Já obym*	Nos fuerimus, *My obyśmy*
(był.	*(byli.* *(byli.*
Tu fueris, *ty obyś był.*	Vos fueritis, *wy obyście*
Ille fuerit. *on oby był.*	Illi fuerint, *oni oby byli.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Ut: Ego fuissem, *Ja obym*	Nos fuissemus, *My obyśmy*
(był był.	*(byli, byli.*
Tu fuisses, *ty obyś był był.*	Vos fuissetis, *wy obyście*
Ille fuisset, *on oby był był.*	*(byli byli.* *(li.*
	Illi fuissent, *oni oby byli by-*

Futurum.

Ut, Ego sim, *Já obym był.*	Nos simus, *My obyśmy byli*
Tu sis, *ty obyś był.*	Vos sitis, *wy obyscie byli.*
Ille sit, *on oby był.*	Illi sint, *oni oby byli.*

Conjunctivi Modi tempus præsens.

Cùm Ego sim, *Já gdy*	Nos simus, *My gdyż ie-*
(iestem.	*(steśmy.*
Tu sis, *ty iesteś.*	Vos sitis, *wy iesteście.*
Ille sit, *on iest.*	Illi sint, *oni są.*

Præteritum imperfectum.

Cùm Ego essem, *Já gdy*	Nos essemus, *My gdy by-*
(byłem.	*(liśmy.*
Tu esses, *ty byłeś.*	Vos essetis, *wy byliście.*
Ille esset, *on był.*	Illi essent, *oni byli.*

Præteritum perfectum.

Cùm Ego fuerim, *Já gdym*	Nos fuerimus, *My gdyśmy*
(był.	*(byli.* *(byli.*
Tu fueris, *ty gdyś był.*	Vos fueritis, *wy gdyście*
Ille fuerit, *on gdy był.*	Illi fuerint, *oni gdy byli.*

Præ-

Præteritum plus quàm perfectum.

Cùm Ego fuissem, *Já gdym* (*był był.*	Nos fuissemus, *My gdyśmy* (*byli, byli.*
Tu fuisses, *ty gdyś był* (*był.*	Vos fuissetis, *wy gdyście* (*byli, byli.*
Ille fuisset, *on gdy był* (*był.*	Illi fuissent, *oni gdy byli* (*byli.*

Futurum.

Cùm Ego fuero, *Já gdy* (*będę.*	Nos fuerimus, *My gdy bę-* *dziemy.*
Tu fueris, *ty będzieſz.*	Vos fueritis, *wy będziecie,*
Ille fuerit, *on będzie.*	Illi fuerint, *oni będą.*

Potentialis Modi tempus præsens.

Sim, *Mogęż iá bydź, iż mam bydź, ażem iá ieſt.*

Præteritum imperfectum.

Essem, *Já mógłem bydź, iabym miał bydź, iabym był.*

Præteritum perfectum.

Fuerim, *Jábym miał bydź, mogłem bydź.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Fuissem, *Jábym był był, mógł bydź.*

Futurum.

Fuerim, *Mogę bydź, ia będę miał bydź.*

Modi permissivi ſive Concessivi tempus præsens.

Sim, *Day to żem ieſt, niech ták będzie.*

Præteritum imperfectum

Essem, *Day to, żem był.*

Præteritum perfectum.

Fuerim, *Day to, żem iuż przed tym był.*

Præteritum plus quam perfectum.

Fuissem, *Day to, żem iuż był kiedyś.*

Futurum.

Fuero, *Day to że będę.*

Memoriæ juvandæ causâ moneantur pueri, Potentialem & Concessivum, ſive Permissivum Modum in omnibus

omnibus temporibus cum Conjunctivo conveniunt quo ad vocem quamvis significatione perquam longè dissentiant, nisi quod Potentialis Futurum semper in RIM.

Infinitivi Modi tempus præsens.

N. S. Esse me, te illum, *Bydź* & *iż ia iestem, iesteś, iest.*
N. P. Esse nos, vos, illos, *Jesteśmy, iesteście, są.*

Præteritum imperfectum.

Esse me, te, illum, *Bydź* & *iżem był, byłeś, był.*
Esse nos, vos, illos, *Byliśmy, byliście, oni byli.*

Præteritum perfectum.

Fuisse me, te, illum, *Bydź,* & *iż ia byłem, byłeś, był,*
Fuisse nos, vos, illos, *Byliśmy, byliście, oni byli.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Fuisse me, te, illum, *Bydź,* & *iż ia byłem; byłeś, był, przedtym, &c.*
Fuisse nos, vos illos, *Byliśmy, byliście, oni byli.*

Futurum.

Fore, vel Futurum, Futuram, Futurum, esse me, te, illum, illam, illud, *Mieć bydź,* & *iż ia mam bydź, ty masz bydź, on ma bydź.*
Fore, vel Futuros, Futuras, Futura, esse nos, vos, illos. illas, illa, *Iż mamy bydź, macie bydź, maią bydź.*

Futurum præterito mixtum.

Futurum, Futuram, Futurum fuisse, me, te, illum, illam, illud, *Który ma bydź,* & *iż ia mam bydź, masz bydź, ma bydź.*
Futuros, Futuras, Futura, fuisse, nos, vos, illos, illas, illa, *Mamy bydź, macie bydź &c.*

Participium futuri temporis.

Futurus, Futura, Futurum, *Ten co ma bydź, ta co ma bydź, to co ma bydź.*

PRI-

PRIMA CONJUGATIO.

CAPUT IV.

AMO, *Verbum Activum Personale. Conjugationis primæ, sic conjugabitur.*

Indicativi Modi tempus præsens.

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
EGo amo, *Já kocham,*	Nos amamus, *My kochamy.*
Tu amas, *ty kochasz.*	Vos amatis, *wy kochacie.*
Ille amat, *on kocha.*	Illi amant, *oni kochaią.*

Præteritum imperfectum.

Ego amabam, *Já kochałem*	Nos amabamus, *My kochaliśmy.*
Tu amabas, *ty kochałeś.*	Vos amabatis, *wy kochaliście.*
Ille amabat, *on kochał.*	Illi amabant, *oni kochali.*

Præteritum perfectum.

Ego amavi, *Já ukochałem.*	Nos amavimus, *My ukochaliśmy.*
Tu amavisti, *ty ukochałeś.*	Vos amavistis, *wy ukochaliście.*
Ille amavit, *on ukochał.*	Illi amaverunt, v. amavere, *oni ukochali.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Ego amaveram, *Já ukochałem był.*	Nos amaveramus, *My ukochaliśmy byli.*
Tu amaveras, *ty ukochałeś był.*	Vos amaveratis, *wy ukochaliście byli.*
Ille amaverat, *on ukochał był*	Illi amaverant, *oni ukochali byli.*

Ab amavi i. *mutatâ in* e. *&* *additâ* ram, fit amaveram, *sic in aliis.*

Futurum.

Ego Amabo, *Já będę kochał.*	Nos amabimus, *My będziemy kochali.*
Tu amabis, *ty będziesz kochał.*	Vos amabitis, *wy będziecie kochali.*

Ille

Ille amabit, *on będzie ko-* (*chał.*	Illi amabunt, *oni będą ko-* (*chać.*

Ab amas, s' *mutata in* bo, *fit*, Amabo, *sic* Docebo.

ADMONITIO I.

1. *Futurum* Exactum *ex Varronis sententia, in RO, exit; v. infra Cap: 9. schol: 1. Syncopen verò in Præterito Perfecto & Plusquam perfecto v. ib: sch. 2.*

2. *Ubi semel, iterumque simplicem Verbi alicujus Conjugationem decurrent pueri, integras deinde sententias per omnia Modorum Tempora & Personas condiscant inflectere* e. g. Amo modestiam tuam: amas modestiam tuam, amat modestiam tuam; Amamus &c. Magni te æstimo ob singularem virtutem tuam. Magni te æstimas ob singularem virtutem &c. *Nec Pronominá.* Ego, Tu, Nos, Vos. *perpetuò Verbis adjiciant, imò doceantur, Latinos id vitare,* Licebit *autem progressu temporis à finitis ejusmodi locutionibus ad infinitas, ab Activis ad Passivas gradum facere.* v. g. scis me amare modestiam tuam, scis te amare modestiam tuam, scis illum &c.

Imperativi Modi tempus præsens.

	Nos amemus, *My kochay-* (*my.*
Tu ama vel amato, *Ty ko* (*chay.*	Vos amate, v. amatote, *wy* (*kochaycie.*
Ille amet, *on niech kocha.*	Illi ament, *oni niech kochaią.*

Futurum imperativi sive modus mandativus.

Tu amato, vel amabis, *Ty* (*kochay więc.*	Vos amatote, v. amabitis, (*wy kochaycie więc.*
Ille amato, vel amabit, *on* (*niech kocha więc.*	Illi amanto, vel amabunt, (*oni niech kochaią więc.*

Ab amat, *additâ*, o, *sic in aliis.*

Optativi Modi præsens, & imperfectum.

U T I N A M.

Ego amarem, *Ja obym ko-* (*chał,*	Nos amaremus, *My obyśmy* (*kochali.*

Tu amares, ty obyś kochał.	Vos amaretis, wy obyście kochali.
Ille amaret, on oby kochał.	Illi amarent, oni oby kochali.

Ab ama. *addito*, rem, *ubique*.

Præteritum perfectum.

Ego amaverim, *Ja obym ukochał.*	Nos amaverimus, *My obyśmy ukochali.*
Tu amaveris, *Ty obyś ukochał.*	Vos amaveritis, *wy obyście ukochali.*
Jlle amaverit, *on oby ukochał.*	Jlli amaverint, *oni oby ukochali.*

Ab amavi, i, *mutatâ in* e, *& additâ*, rim, *ſic ubique.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Ego amaviſſem. *Ja obym był ukochał.*	Nos amaviſſemus, *My obyśmy ukochali byli.*
Tu amaviſſes, *ty obyś był ukochał.*	Vos amaviſſetis, *Wy obyście ukochali byli.*
Jlle amaviſſet, *on oby był ukochał.*	Jlli amaviſſent, *oni oby byli ukochali.*

Ab amavi, *additâ lit:* ſ. *& ſyll:* ſem, *ſic ubique.*

Futurum.

Ego Amem, *Ja obym kochał.*	Nos amemus, *My obyśmy kochali.*
Tu ames, *ty obyś kochał.*	Vos ametis, *wy obyście kochali.*
Jlle amet, *on oby kochał.*	Jlli ament, *oni oby kochali.*

Ab amo, o, *mutatâ in* em.

Conjunctivi Modi tempus præſens.

C U M

Ego amem, *Ja gdy kocham.*	Nos amemus, *My gdy kochamy.*
Tu ames, *ty gdy kochaſz.*	Vos ametis, *wy gdy kochacie.*
Jlle amet, *on gdy kocha.*	Jlli ament, *oni gdy kochaią.*

Præteritum imperfectum.

Ego amarem, *Ja gdym kochał.*	Nos amaremus, *My gdyśmy kochali.*

Tu

Tu amares, ty gdyś kochał.	Vos amaretis, wy gdyście kochali.
Jlle amaret, on gdy kochał.	Jlli amarent, oni gdy kochali.

Præteritum perfectum.

Ego amaverim, Ja gdym ukochał	Nos amaverimus, My gdyśmy ukochali.
Tu amaveris, ty gdyś ukochał.	Vos amaveritis, wy gdyście ukochali.
Jlle amaverit, on gdy ukochał.	Jlli amaverint, oni gdy ukochali.

Præteritum plus quàm perfectum.

Ego amaviſſem, Ja gdym był ukochał.	Nos amaviſſemus, My gdyśmy byli ukochali.
Tu amaviſſes, ty gdyś był ukochał.	Vos amaviſſetis, wy gdyście byli ukochali.
Jlle amaviſſet, on gdy był ukochał.	Jlli amaviſſent, oni gdy byli ukochali.

Futurum.

Ego amavero, Ja gdy ukocham.	Nos amaverimus, My gdy ukochamy.
Tu amaveris, ty gdy ukochaſz.	Vos amaveritis, wy gdy ukochacie.
Jlle amaverit, on gdy ukocha.	Jlli amaverint, oni gdy ukochaią.

Ab amavi, i, *versâ in* e, *& additâ.* ro, *ſic ubique.*

ADMONITIO. II.

Tam hujus, quàm ſuperioris Modi tempora cum aliis quoque particulis locò Utinam, *&* Cùm, *aſſumptis conjugare aſſveſcant pueri, ipſe ideo Magiſter ea, quæ hac de re cap: 9. ſchol: 4. & 5. traduntur infra, probè perſpecta habeat, tenelliſque ingeniis, cùm opportunum videbitur, inſtillare non negligat.*

Potentialis Modi tempus præſens.

Amem, *Ja mam kochać?* ames, amet; Amemus, ametis &c.

Præteritum imperfectum.
Amarem, *Ja bym miał kochać*, amares, amaret.
Præteritum perfectum.
Amaverim, *Jabym miał ukochać*, amaveris, amaverit.
Præteritum plus quàm perfectum.
Amavissem, *Jabym miał był ukochać*, amavisses &c.
Futurum.
Amaverim, *Ja mam kochać.* amaveris, amaverit.
Permissivi, sive Concessivi Modi tempus præsens.
Amem, *To niech kocham, cóż ztąd, że kocham &c.*
Præteritum imperfectum.
Amarem, *Tom kochał, cóż ztąd żem kochał, &c.*
Præteritum perfectum.
Amaverim, *Tom ukochał, coż ztąd, żem ukochał, &c.*
Præteritum plus quàm perfectum.
Amavissem, *Tobym był ukochał, cóż ztąd, żebym &c.*
Futurum.
Amavero, *To będę kochał, cóż ztąd, że będę kochał.*
Infinitivi Modi tempus præsens.
N. S. Amare me, te, illum: *Kochać, że kocham, kochasz, kocha.*
N. P. Amare nos, vos, illos, *Kochać, że kochamy, kochacie, kochaią.*
Præteritum imperfectum.
Amare me, te, illum, *Kochać, żé kochałem, kochałeś, kochał.*
Amare nos, vos, illos, *Kochać, żeśmy kochali, żeście kochali, że kochali.*
Præteritum perfectum
Amavisse me, te, illum, *Ukochać, żem ukochał, żeś ukochał, że ukochał*
Amavisse nos, vos, illos. *Ukochać, żeśmy ukochali, żeście ukochali, że ukochali.*

Præ-

Præteritum plus quàm perfectum.

Amavisse me te illum. *ukochać było, że ukochałem był, że ukochałeś był, że ukochał był.*

Amavisse nos, vos, illos, *Ukochać było, że ukochaliśmy byli, że ukochaliście byli, że ukochali byli.*

Futurum.

Amaturum, Amaturam, Amaturum, esse me, te, illum. *Mieć kochać, że będę kochał, będziesz, będzie.*

Amaturos, Amaturas, Amatura, esse nos, vos, illos. *Mieć kochać, że będziemy kochać, będziecie, będą.*

Futurum præterito mistum.

Amaturum, Amaturam, Amaturum, fuisse me, te, illum. *Że kochałbym był, kochałbyś był, kochałby był.*

Amaturos, Amaturas, Amatura fuisse nos, vos, illos. *Że kochalibyśmy byli, kochalibyście byli, kochaliby byli.*

Gerundia.

Amandi, *Kochania*, Amando, *kochaiąc*, Amandum, *ku kochaniu.*

Supinum prius.

Amatum, *Kochać.*

Supinum posterius.

Amatu, *Do kochania.*

Participia Activa.

Præsentis & imperfecti.

Amans; Amantis, *Kochaiący.*

Futuri.

Amaturus, Amatura, Amaturum, *Maiący kochać.*

A D M O N I T I O. III.

Doceantur pueri, Participia Futuri, tum Activa, tum Passiva, Verbo SUM *conjungere, nec (quod illis nimium familiare) semper verbo* DEBEO, *utantur v. g.* Sum amaturus virtutem, est nobis amandus Deus &c. *In quo ut tantò certiùs proficiant, poterit illis pro solitario Verbo,* SUM, *aliquid ex ejusmodi locutionibus per omnes Modos & Tempora conjugandum injungi.*

PRIMA VERBI PASSIVI CONJUGATIO.

AMOR, *Verbum Passivum, Personale, Conjugationis primæ sic conjugabitur.*

Indicativi Modi tempus præsens.

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
Amor, *Kochaią mię.*	Amamur, *Kochaią nas.*
Amaris, v. amare, *kochaią cię.*	Amamini, v. amaminor, *kochaią was.*
Amatur, *kochaią go.*	Amantur, *kochaią ich.*

Præteritum imperfectum.

Amabar, *Kochano mię.*	Amabamur, *Kochano nas.*
Amabaris, v. amabare, *kochano cię.*	Amabamini, v. amabaminor, *kochano was.*
Amabatur, *kochano go.*	Amabantur, *kochano ich.*

Præteritum perfectum.

Amatus, a, um; sum, v. fui. *Ukochano mię.*	Amati, æ, a, sumus vel fuimus, *Ukochano nas.*
Amatus, a, um, es v. fuisti, *ukochano cię.*	Amati, æ, a, estis, v. fuistis, *ukochano was.*
Amatus, a, um est, v. fuit. *ukochano go.*	Amati, æ, a, sunt, v. fuerunt, *ukochano ich.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Amatus, a, um, eram, v. fueram, *Ukochano mię było.*	Amati, æ, a, eramus v. fueramus, *ukochano nas było.*
Amatus, a, um, eras v. fueras, *ukochano cię było.*	Amati æ, a, eratis, v. fueratis, *ukochano was było.*
Amatus, a, um, erat, v. fuerat, *ukochano go było.*	Amati, æ, a, erant, vel fuerant, *ukochano ich było.*

Futurum.

Amabor, *Będą mię kochać.*	Amabimur, *Będą nas kochać.*

Ama-

Amaberis, v. amabere, *będą cię kochać.*
Amabitur, *będą go kochać.*
Amabimini, v. amabiminor, *będą was kochać.*
Amabuntur, *będą ich kochać.*

Imperativi Modi tempus præsens.

Amare, vel amator, *Niech cię kochaią.*
Ametur, *niech go kochaią.*
Amemur, *Niech nas kochaią.*
Ameminor, vel amemini, *niech was kochaią.*
Amentur, *niech ich kochaią.*

Futurum five Modus mandativus.

Amator, v. amaberis, v. amabere, *Niech cię więc kochaią.*
Amator, v. amabitur, *niech go więc kochaią.*
Ameminor, v. amabimini, *Niech was więc kochaią.*
Amantor, vel amabuntur, *niech ich więc kochaią.*

Optativi Modi tempus præsens & imperfectum.

U T I N A M.

Amarer, *Oby mię kochano.*
Amareris, v. amarere, *oby cię kochano.*
Amaretur, *oby go kochano.*
Amaremur, *Oby nas kochano.*
Amaremini, v. amaremi nor, *Oby was kochano.*
Amarentur, *oby ich kochano.*

Præteritum perfectum.

Amatus, a, um, fim, v. fuerim, *Oby mię ukochano.*
Amatus, a, um, fis v. fueris, *oby cię ukochano.*
Amatus, a, um, fit, v. fuerit, *oby go ukochano.*
Amati, æ, a, fimus v. fuerimus, *Oby nas ukochano.*
Amati, æ, a, fitis v. fueritis, *Oby was ukochano.*
Amati, æ, a, fint v. fuerint, *Oby ich ukochano.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Amatus, a, um, effem, vel fuiffem, *Oby mię było ukochano.*
Amatus, a, um, effes v. fuiffes, *Oby cię było ukochano.*
Amatus, a, um, effet vel fuiffet, *Oby go było ukochano.*
Amati, æ, a, effemus, vel fuiffemus, *Oby nas było ukochano.*
Amati, æ, a, effetis, v. fuiffetis, *Oby was było ukochano.*
Amati, æ, a, effent, v. fuiffent, *Oby ich było ukochano.*

Fu-

Futurum.

Amer, *By mię kochano.*	Amemur, *By nas kochano.*
Ameris, vel amere, *by cię kochano.*	Amemini, v. ameminor, *by was kochano.*
Ametur, *by go kochano.*	Amentur, *by ich kochano.*

Conjunctivi Modi tempus præsens.

C U M.

Amer, *Gdy mię kochaią.*	Amemur, *Gdy nas kochaią.*
Ameris, v. amere, *gdy cię kochaią.*	Amemini, vel ameminor, *gdy was kochaią.*
Ametur, *gdy go kochaią.*	Amentur, *gdy ich kochaią.*

Præteritum imperfectum.

Amarer, *Gdy mię kochano.*	Amaremur, *gdy nas kochano.*
Amareris, vel amarere, *gdy cię kochano.*	Amaremini, vel amaremi nor, *gdy was kochano.*
Amaretur, *gdy go kochano*	Amarentur, *gdy ich kochano.*

Præteritum perfectum.

Amatus, a, um, ſim v. fuerim, *Gdy mię ukochano.*	Amati, æ, a, ſimus v. fuerimus *Gdy nas ukochano.*
Amatus, a, um, ſis v. fueris, *gdy cię ukochano.*	Amati, æ, a, ſitis v. fueritis. *gdy was ukochano.*
Amatus, a, um, ſit v. fuerit, *gdy go ukochano*	Amati, æ, a, ſint v. fuerint, *gdy ich ukochano.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Amatus, a, um, eſſem, vel fuiſſem, *Gdy mię było ukochano.*	Amati, æ, a, eſſemus v. fuiſſemus, *Gdy nas było ukochano.*
Amatus, a, um, eſſes v. fuiſſes, *gdy cię było ukocháno.*	Amati, æ, a, eſſetis, v. fuiſſetis, *gdy was było ukocháno.*
Amatus, a, um, eſſet v. fuiſſet, *gdy go było ukocháno.*	Amati, æ, a, eſſent vel fuiſſent, *gdy ich było ukochano.*

Futurum.

Amatus, a, um, ero v. fuero, *Gdy mię ukochaią.*	Amati, æ, a, erimus v. fuerimus. *Gdy nas ukochaią.*

Ama-

Amatus, a, um, eris v. fueris, *gdy cię ukochaią.* | Amati, æ, a, eritis v. fueritis, *gdy was ukochaią.*
Amatus, a, um, erit v. fuerit, *gdy go ukochaią.* | Amati, æ, a, erunt, v. fuerint, *gdy ich ukochaią.*

Potentialis Modi tempus præsens.

Amer? *Ja mam bydź kochany?* ameris, vel amere, ametur &c.

Præteritum imperfectum.

Amarer? *Ja miałem bydź kochany?* amareris, &c.

Præteritum perfectum.

Amatus, amata, amatum, sim vel fuerim? *Ja miałem bydź ukochany? &c.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Amatus, amata, amatum, essem, v. fuissem? *Ja miałem bydź ukochany?*

Futurum.

Amatus, amata, amatum, sim vel fuerim? *Ja mam mieć bydź ukochanym?*

Permissivi sive Concessivi Modi tempus præsens.

Amer, *To mię niech kochaią, coż ztąd, że mię kochaią.*

Præteritum imperfectum.

Amarer, *To mię kochano, coż ztąd, że mię kochano?*

Præteritum perfectum.

Amatus, amata, amatum, sim, vel fuerim, *To mię ukochano, coż ztąd, że mię ukochano?*

Præteritum plus quàm perfectum.

Amatus, amata, amatum, essem v. fuissem, *To mię było ukochano.*

Futurum.

Amatus, amata, amatum, ero vel fuero, *To mię niech ukochaią, coż ztąd, że mię ukochaią.*

Infinitivi Modi tempus præsens, & imperfectum.

Amari, *Bydź kochany, że mię kochaią, abo kochano, że cię kochaią.*

Præteritum perfectum, & plus quám perfectum.

N. S. Amatum, amatam, amatum esse vel fuisse, *Bydź ukochanym, że mię ukochano.*

N. P. Amatos, amatas, amata, esse vel fuisse, *Bydź ukochánemi, że nas ukochano.*

Futurum.

N. S. Amatum iri, vel Amandum, amandam, amandum esse, *Mieć bydź kochanym.*

N. P. Amatum iri, vel Amandos, amandas, amanda, esse, *Mieć bydź kochanemi.*

Futurum præteritô mistum.

Amandum, amandam, amandum fuisse, *Że kochano by mię było.*

Amandos, amandas, amanda, fuisse, *że kochano by nas było, że kochano by was było.*

Participia Passiva præteriti.

Amatus, amata, amatum, *Kochány, kochána, kocháne.*

Futuri.

Amandus, amanda, amandum. *Maiący bydź kochánym.*

SECUNDA CONJUGATIO.

CAPUT IV.

DOCEO, *Verbum Activum, Personale, Conjugationis secundæ, sic conjugabitur.*

Indicativi Modi tempus præsens

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
Doceo, *Uczę.*	Docemus, *Uczymy.*
Doces, *uczysz.*	Docetis, *uczycie.*
Docet, *uczy.*	Docent, *uczą.*

Præteritum imperfectum.

Docebam, *Uczyłem.*	Docebamus, *Uczyliśmy.*
Docebas, *uczyłeś.*	Docebatis, *uczyliście.*
Docebat, *uczył.*	Docebant, *uczyli.*

Præteritum perfectum.

Docui, *Náuczyłem.*	Docuimus, *Náuczyliśmy.*
Docuisti, *náuczyłeś.*	Docuistis, *náuczyliście.*
Docuit, *náuczył.*	Docuerunt, v. docuere, *náuczyli.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Docueram, *Nauczyłem był kiedyś.*	Docueramus, *Náuczyliśmy byli.*
docueras, *náuczyłeś był.*	docueratis, *náuczyliście byli.*
docuerat, *nauczył był.*	docuerant, *náuczyli byli.*

Futurum.

Docebo, *Będę uczył, nauczę*	Docebimus, *Náuczemy.*
docebis, *náuczysz.*	docebitis *náuczycie.*
docebit, *nauczy.*	docebunt, *náuczą.*

Imperativi Modi tempus præsens.

Doce, vel doceto, *Ucz.*	Doceamus, *Uczmy.*
doceat, *niech uczy.*	docete, v. docetote, *uczcie.*
	doceant, *niech uczą.*

Futurum sive Modus Mandativus.

Doceto, v. docebis, *Naucz ty więc.*	Docetote, vel docebitis *Náuczcie wy więc.*
doceto, v. docebit, *niech on náuczy.*	docento, v. docebunt, *niech więc náuczą.*

Optativi Modi tempus Præsens & imperfectum.

U T I N A M.

Docerem, *Obym uczył.*	Doceremus, *Obyśmy uczyli.*
doceres, *obyś uczył.*	doceretis, *obyście uczyli.*
doceret, *oby uczył.*	docerent, *oby oni uczyli.*

Præteritum perfectum.

Docuerim, *Obym był uczył.*	Docuerimus, *Obyśmy byli uczyli.*
docueris, *obyś był uczył.*	docueritis, *obyście byli uczyli.*
docuerit, *oby był uczył.*	docuerint, *oby byli uczyli.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Docuissem, *Obym był náuczył.*	Docuissemus, *Obyśmy byli náuczyli.*
docuisses, *obyś był náuczył.*	docuissetis, *obyście byli* [illegible]
docuisset, *oby był náuczył.*	docuissent, *oby byli* [illegible]

Futurum.

Doceam, *Obym náuczył.*	Doceamus, *Obyśmy* [illegible]

Doceas, *obyś náuczył.*	Doceatis, *obyście náuczyli*
doceat, *oby náuczył.*	doceant, *oby náuczyli.*

Conjunctivi Modi tempus præsens

CUM.

Doceam, *Gdy uczę.*	Doceamus, *Gdy uczemy.*
doceas, *gdy uczyſz.*	doceatis, *gdy uczycie.*
doceat, *gdy uczy.*	doceant, *gdy uczą.*

Præteritum imperfectum

Docerem, *Gdym uczył.*	Doceremus, *Gdyśmy uczyli*
doceres, *gdyś uczył.*	doceretis, *gdyście uczyli.*
doceret, *gdy uczył.*	docerent, *gdy uczyli.*

Præteritum perfectum

Docuerim, *Gdym náuczył.*	Docuerimus, *Gdyśmy náuczyli.*
docueris, *gdyś náuczył.*	docueritis, *gdyście náuczyli*
docuerit, *gdy náuczył.*	docuerint, *gdy náuczyli.*

Præteritum plus quàm perfectum

Docuiſſem, *Gdym był náuczył.*	Docuiſſemus, *Gdyśmy byli náuczyli.* (*czyli*
docuiſſes, *gdyś był náuczył*	docuiſſetis, *gdyście byli náuczyli*
docuiſſet, *gdy był náuczył.*	docuiſsēt, *gdy byli náuczyli*

Futurum

Docuero, *Gdy náuczę.*	Docuerimus, *Gdy náuczemy.*
docueris, *gdy náuczyſz.*	docueritis, *gdy náuczycie.*
docuerit, *gdy náuczy.*	docuerint, *gdy náuczą.*

Potentialis Modi tempus præsens

Doceam? *Ja mam uczyć?* doceas, doceat, doceamus; *my mamy uczyć.*

Præteritum imperfectum

Docerem, *Jabym miał uczyć,* doceres; doceret:

Præteritum perfectum

Docuerim? *Jabym miał náuczyć?* docueris, docuerit,

Præteritum plus quàm perfectum.

Docuiſſem? *Jabym miał był náuczyć?* docuiſſes, docuiſſet

Futu-

Futurum.

Docuerim, *Ja mam uczyć*, docueris, docuerit.

Permissivi sive Concessivi tempus præsens.

Doceam. *To niech uczę, coż ztąd, że uczę*, doceas, doceat.

Præteritum imperfectum.

Docerem, *Tobym uczył, coż ztąd, żebym uczył*, doceres, doceret.

Præteritum perfectum.

Docuerim, *Tobym nauczył, coż ztąd żebym nauczył.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Docuissem, *Tobym był nauczył, coż ztąd, żebym był náuczył.*

Futurum.

Docuero, *To będę uczył, coż ztąd, że będę uczył*, docueris, docuerit.

Infinitivi præsens & imperfectum.

Docere, *Uczyć, że uczę*, vel *żem uczył.*

Præteritum perfectum, & plus quàm perfectum;

Docuisse, *Náuczyć, żem náuczył, żeś náuczył.*

Futurum.

N. S. Docturũ, docturam docturũ esse, *że mam uczyć.*

N. P. Docturos, docturas, doctura esse, *że mamy uczyć &c*

Futurum præteritô mistum.

N. S. Docturum, docturam, docturum, fuisse, *że uczyłbym był.*

N. P. Docturos, docturas, doctura fuisse, *że uczylibyśmy byli, uczylibyście byli.*

Gerundia.

Docendi, *Uczinia*, docendo. *ucząc*, docendum, *ku ucz niu.*

Supinum prius.

Doctum, *Uczyć.*

Supinum posterius.

Doctu, *Do uczenia.*

Parti-

Participia activa præsentis & imperfecti:
Docens, docentis, *Uczący &c.*

Futuri.

Docturus, doctura, docturum, *Mający uczyć &c.*

SECUNDA VERBI PASSIVI CONJUGATIO.

DOCEOR, *Verbum Passivum Personale sic conjugabitur.*

Indicativi Modi tempus præsens.

Numero singulari.	*Numero Plurali.*
DOCEOR, *Uczą mię,*	Docemur, *Uczą nas.*
doceris, vel docere, *uczą cię.*	docemini, v. doceminor, *uczą was.*
docetur, *uczą go.*	docentur, *uczą ich.*
Præteritum	imperfectum.
Docebar, *Uczono mię.*	Docebamur, *Uczono nas.*
docebaris. v. docebare, *uczono cię.*	docebamini, v. docebaminor, *uczono was.*
docebatur, *uczono go.*	docebantur, *uczono ich.*
Præteritum	perfectum.
Doctus, a, um, sum v. fui, *Nauczono mię.*	Docti, æ, a, sumus, v. fuimus. *Nauczono nas.*
doctus, a, um, es, v. fuisti, *nauczono cię.*	docti, æ, a, estis, v. fuistis *nauczono was.*
doctus, a, um, est, v. fuit. *nauczono go.*	docti, æ, a, sunt, v. fuerunt *nauczono ich.*
Præteritum plus	quàm perfectum.
Doctus, a, um, eram v. fueram, *Byłem nauczony.*	Docti, æ, a, eramus v. fueramus. *Nauczeni byliśmy*
doctus, a, um, eras, v. fueras, *byłeś nauczony.*	docti, æ, a, eratis v. fueratis, *byliście nauczeni.*
doctus, a, um erat, v. fuerat, *był nauczony.*	docti, æ, a, erant v. fuerant, *byli nauczeni.*

Futu-

Futurum.

Docebor, *Nauczą mię.*	Docebimur, *Náuczą nas.*
doceberis v, docebere, *náuczą cię.*	docebimini, v, docebiminor, *nauczą was.*
docebitur, *náuczą go.*	docebuntur, *náuczą ich.*

Imperativi Modi tempus præſens.

Docere, v. docetor, *Niech cię uczą.*	Doceamur. *Niech nas uczą.*
doceatur, *niech go uczą.*	doceamini v. doceaminor, *niech was uczą.*
	doceantur, *niech ich uczą.*

Futurum imperativi, ſive Modus mandativus.

Docetor, v. doceberis, v. docebere, *niech cię więc uczą.*	Docemin.or, v. docebimini, *niech was więc uczą.*
docetor, vel docebitur, *niech go więc uczą.*	docentor, vel docebuntur, *niech ich więc uczą.*

Optativi præſens, & imperfectum.

U T I N A M.

Docerer, *Oby mię uczono,*	Doceremur, *Oby nas uczono.*
docereris, v. docerere, *Oby cię uczono.*	doceremini, v. docereminor, *oby was uczono.*
doceretur, *oby go uczono.*	docerentur, *oby ich uczono.*

Præteritum perfectum.

Doctus, a, um, ſim v. fuerim *Oby było mię uczono.*	Docti, æ, a, ſimus v. fuerimus. *Oby nas było uczono.*
doctus, a, um, ſis v. fueris, *oby cię było uczono.*	docti, æ, a, ſitis v. fueritis, *oby was było uczono.*
doctus, a, um, ſit v. fuerit. *oby go było uczono.*	docti, æ, a, ſint, v. fuerint, *oby ich było uczono.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Doctus, a, um, eſſem, vel fuiſſem, *Oby mnie było náuczono.*	Docti, æ, a, eſſemus v. fuiſſemus, *Oby nás było náuczono.*
doctus, a, um, eſſes, v. fuiſſes, *oby cię było náuczono.*	docti, æ, a, eſſetis v. fuiſſetis, *oby was było nauczono.*
doctus, a, um, eſſet, v. fuiſſet, *oby go było náuczono.*	docti æ, a, eſſent v. fuiſſent, *oby ich było náuczono.*

Fu-

Futurum.

Docear, *Oby mię nauczono.*	Doceamur, *Oby nas nauczono.*
docearis, vel doceare, *oby cię nauczono.*	doceamini, v. doceaminor, *oby was nauczono.*
doceatur, *oby go nauczono.*	doceantur, *oby ich nauczono.*

Conjunctivi Modi tempus præsens.

C U M

Docear, *Gdy mnie uczą.*	Doceamur, *Gdy nas uczą.*
docearis, vel doceare, *gdy cię uczą.*	doceamini, vel doceaminor, *gdy was uczą.*
doceatur, *gdy go uczą.*	doceantur, *gdy icch uczą.*

Præteritum imperfectum.

Docerer, *Gdy mię uczono.*	Doceremur, *Gdy nas uczono.*
docereris, vel docerere, *gdy cię uczono.*	doceremini, v. docereminor, *gdy was uczono.*
doceretur, *gdy go uczono.*	docerentur, *gdy ich uczono.*

Præteritum perfectum.

Doctus, a, um, sim v. fuerim *Gdy mnie nauczono.*	Docti, æ, a, simus v. fuerimus, *Gdy nas nauczono.*
doctus, a, um, sis v. fueris, *gdy cię nauczono.*	docti, æ, a, sitis v. fueritis, *gdy was náuczono.*
doctus, a, um, sit, v. fuerit, *gdy go nauczono.*	docti, æ, a, sint, v. fuerint, *gdy ich náuczono.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Doctus, a, um, essem, v. fuissem, *Gdy mię było náuczono.*	Docti, æ, a, essemus, v. fuissemus, *Gdy nas było nauczono.*
doctus, a, um, esses, v. fuisses, *gdy cię było náuczono*	docti æ, a, essetis v. fuissetis *gdy was było nauczono.*
doctus, a, um, esset v. fuisset, *gdy go było náuczono.*	docti, æ, a, essent, v. fuissent, *gdy ich było nauczono*

Futurum.

Doctus, a, um, ero v. fuero, *Gdy mię nauczą.*	Docti, æ, a, erimus v. fuerimus, *Gdy nas náuczą.*

Doct-

Doctus, a, um eris, v. fueris gdy cię nauczą.
doctus, a, um, erit, v. fuerit, gdy go nauczą.
Docti, æ, a, eritis. vel fueritis, gdy was nauczą.
docti, æ, a, erunt v. fuerint, gdy ich nauczą.

Potentialis Modi tempus præsens

Docear, docearis, vel doceare, *Mnie maią uczyć,*

Præteritum imperfectum.

Docerer, *Mnie by miano uczyć.*

Præteritum perfectum.

Doctus, docta, um, sim v. fuerim, *Mnieby miano nauczyć.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Doctus, docta, doctum, essem vel fuissem, *Mnie by miano było nauczyć.*

Futurum.

Doctus, docta, doctū, ero v. fuero *Mnie by miano uczyć.*

Modi Permissivi, sive Concessivi tempus præsens.

Docear, *Day to że mnie uczą.*

Præteritum imperfectum.

Docerer, *Day to żeby mnie uczono.*

Præteritum perfectum.

Doctus, docta, doctum, sim v. fuerim, *Day to żeby mnie było uczono.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Doctus, docta, doctum, essem, v. fuissem, *Day to, że mnie było nauczono.*

Futurum.

Doctus, docta, doctum, ero vel fuero, *Day to że mnie nauczą.*

Infinitivi Modi tempus præsens.

Doceri, *Bydź uczonym, uczyć się.*

Præteritum imperfectum.

Doceri, *Bydź uczonym, uczyć się.*

Præteritum perfectum.

Doctum, doctam, doctum, esse vel fuisse, *Bydź uczonym, náuczyć się było.*

Doctos, doctas docta, esse v. fuisse, *Jesteśmy albo byliśmy, iesteście, są, álbo byli náuczeni.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Doctum, doctam, doctum, esse v. fuisse. *Bydź nauczonym, náuczyć się było, byłem náuczonym.*

Doctos, doctas, docta, esse, v. fuisse. *Byliśmy, byliście, byli náuczeni.*

Futurum.

Doctum, iri, vel docendum, docendam, docendum, esse *Bydź náuczonym, iż nauczy się, náuczą mnie, náuczą cię.*

Doctum iri, docendos, docendas, docenda esse. *Náuczą nas, &c.*

Futurum præterito mistum.

Docendum, docendam, docendum, fuisse, *Mieć bydź náuczonym.*

Docendos, docendas, docenda, fuisse, *Trzeba ich było náuczyć.*

Participia Præteriti.

Doctus, docta, doctum, *Uczony, uczona, uczone.*

Futuri.

Docendus, docenda, docendum, *Ktorego maią náuczyć.*

TERTIA CONJUGATIO.

CAPUT VII.

LEGO, *Verbum Activum Personale Conjugationis tertiæ sic Conjugabitur.*

Indicativi modi tempus præsens

LEGO, *Zbieram, czytam*	Legimus, *Zbieramy.*
Legis, *Zbierasz.*	Legitis, *zbieracie.*
Legit, *zbiera.*	Legunt, *zbieraią.*

Præ-

Præteritum imperfectum.

Legebam, *Zbierałem czytałem.*	Legebamus, *Zbieraliśmy.*
legebas, *zbierałeś.*	legebatis, *zbieraliście.*
legebat. *zbierał.*	legebant, *zbierali.*

Præteritum perfectum.

Legi, *Zebrałem, czytałem,*	Legimus, *Zebraliśmy.*
legisti, *zebrałeś.*	legistis, *zebraliście.*
legit, *zebrał.*	legerunt, v. legere, *zebrali.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Legeram, *Zebrałem, wyczytałem był.*	Legeramus, *Zebraliśmy byli.*
legeras, *zebrałeś był.*	legeratis, *zebraciście byli.*
legerat, *zebrał był.*	legerant, *zebrali byli.*

Futurum.

Legam, *Zbiorę, wyczytam.*	Legemus, *Zbierzemy.*
leges, *zbierzesz.*	legetis, *zbierzecie.*
leget, *zbierze.*	legent. *zbierą.*

Imperativi Modi tempus præsens.

Lege, vel legito, *Zbierz.*	Legamus, *Zbieramy.*
zbieray, czytay.	legite v. legitote *zbieraycie.*
legat, *niech zbiera.*	legant, *niech zbieraią.*

Futurum sive Modus mandativus.

Legito v. leges *Zbierzesz więc.*	Legitote, v. legetis. *Zbieraycie więc, czytaycie więc.*
legito, v. leget, *niech on zbierze.*	legunto, vel legent, *niech więc zbieraią.*

Optativi Modi tempus præsens & imperfectum.

U T I N A M.

Legerem, *Obym zbierał, czytał.*	Legeremus, *Obyśmy zbierali.*
legeres, *obyś zbierał.*	legeretis *obyście zbierali.*
legeret, *oby zbierał.*	legerent, *oby zbierali.*

Præteritum perfectum.

Legerim *Obym zebrał, wyczytał.*	Legerimus, *Obyśmy zebrali.*

Legeris, obyś zebrał.	Legeritis, obyście zebrali.
legerit, oby zebrał.	legerint, oby zebrali.

Præteritum plus quàm Perfectum.

Legiſſem, Obym był zbierał.	Legiſſemus, Obyśmy byli zbierali.
legiſſes, obyś był zbierał.	legiſſetis, obyście byli zbierali.
legiſſet, oby był zbierał.	legiſſent, oby byli zbierali.

Futurum.

Legam, Obym zbierał.	Legamus, Obyśmy zbierali.
legas, obyś zbierał.	legatis, obyście zbierali.
legat, oby zbierał.	legant, oby zbierali.

Conjunctivi Modi tempus præsens.

C U M.

Legam, Gdy zbieram, czytam.	Legamus, gdy zbieramy.
legas, gdy zbierasz.	legatis, gdy zbieracie.
legat, gdy zbierał.	legant, gdy zbieraią.

Præteritum imperfectum.

Legerem, Gdym zbierał czytał.	Legeremus, Gdyśmy zbierali.
legeres, gdyś zbierał.	legeretis, gdyście zbierali.
legeret, gdy zbierał.	legerent, gdy zbierali.

Præteritum perfectum.

Legerim, Gdym zebrał, wyczytał.	Legerimus, Gdyśmy zebrali.
legeris, gdyś zebrał.	legeritis, gdyście zebrali,
legerit, gdy zebrał.	legerint, gdy zebrali.

Præteritum plus quàm perfectum,

Legiſſem, Gdym był zebrał, wyczytał.	Legiſſemus, Gdyśmy byli zebrali.
legiſſes, gdyś był zebrał	legiſſetis, gdyście byli zebrali.
legiſſet gdy był zebrał.	legiſſent, gdy byli zebrali.

Futurum.

Legero, Gdy zbiorę, wyczytam.	Legerimus, gdy zbierzemy.

Lege-

Legeris, *gdy zbierzesz.* | Legeritis, *gdy zbierzecie.*
legerit, *gdy zbierze.* | legerint, *gdy zbiorą.*

Potentialis Modus tempus præsens.

Legam? *Mam zbierać czytać*, legas legat, &c.

Præteritum imperfectum.

Legerem? *Miałbym zbierać, czytać, &c.*

Præteritum perfectum.

Legerim? *Miałem zbierać, czytać*, legeris, legerit, &c.

Præteritum plus quàm perfectum.

Legiffe? *Miałem był zbierać, czytać*, legiffes legiffet&c.

Futurum.

Legerim? *Miałbym zebrać potym, wyczytać*, legeris &c.

Permissivi, sive Concessivi Modi tempus præsens.

Legam? *Day to że zbieram, czytam.*

Præteritum imperfectum.

Legerem? *Day to żem zbierał, czytał.*

Præteritum perfectum.

Legerim? *Day to, żem zebrał, wyczytał.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Legiffem? *Day to, żebym był zebrał, wyczytał,*

Futurum.

Legero. *Day to że zbiorę, przeczytam.*

Infinitivi Modi tempus præsens.

Legere, *Zbierać, że zbieram, zbierasz, zbiera czyta.*

Præteritum imperfectum.

Legere, *Zbierać, iż zbierałem czytałem, czytałeś.*

Præteritum perfectum.

Legiffe, *Zbierać, iż ia zbierałem, wyczytałem.*

Præteritum plus quam perfectum.

Legiffe, *Zebrać było, iż zebrałem był, wyczytał.*

Futurum.

Lecturum, lecturam, lecturum, effe, *Zbierać trzeba, iż ia zbiorę czytać będę.*

Lecturos, lecturas, lectura, effe, *Zbierzemy, zbierzecie &c.*

Futu-

Futurum præteritô mistum.

Lecturum, lecturam, lecturum, fuisse, *Co miał zbierać, iż miał zbierać, czytać.*

Lecturos, lecturas, lectura, fuisse, *Co mieli zbierać, iż mieliśmy zbierać, mieliście zbierać, czytać, &c.*

Gerundia.

Legendi, legendo, legendum, *Zbierania, czytania, zbieraiąc, czytaiąc, zbieraniu, czytaniu.*

Supina.

Lectum, *Ná zbieranie, ná czytanie,* Lectu, *ku zbieraniu.*

Participia activa præsentis & imperfecti.

Legens, legentis, *Zbieraiący, czytaiący.*

Futuri.

Lecturus, lectura, lecturum, *Co ma zbierać, czytać.*

TERTIA.
VERBI PASSIVI CONJUGATIO.

LEGOR, *Verbum Passivum Personale, sic conjugabitur.*

Indicativi Modi tempus præsens.

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
LEGOR, *Zbieraią mnie.*	Legimur, *Zbieraią nas.*
Legeris, v. legere, *czytaią, zbieraią cię.*	legimini, vel legiminor, *zbieraią was.*
legitur, *zbieraią go.*	leguntur, *zbieraią ich.*

Præteritum imperfectum.

Legebar, *Zbierano mnie.*	Legebamur, *Zbierano nas,*
legebaris, v. legebare, *zbierano cię.*	legebamini, vel legebaminor, *zbierano was.*
legebatur, *zbierano go.*	legebantur, *zbierano ich.*

Præteritum perfectum.

Lectus, ta, um, sum, vel fui, es, v. fuisti, est, v. fuit, *zbierany iestem, zbierany iesteś, zbierany iest.*

Plu-

Pluraliter.

Lecti, tæ, ta, sumus, v. fuimus, estis, v. fuistis, sunt v. fuerunt. *Zbierani iesteśmy, zbierani byliście, zbierani byli.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Lectus, ta, um, eram, vel fueram, eras, vel fueras, erat vel fuerat, *Zbierano mnie było, zebrano cię było, zebrano go było.*

Pluraliter.

Lecti, tæ, ta, eramus, vel fueramus, eratis vel fueratis, erant, vel fuerant. *Zebrani byliśmy, zebrani byliście, zebrani byli.*

Futurum.

Legar, *Zbiorą mnie wyczytaią.*
legeris, v. legere, *zbiorą cię*
legetur, *zbiorą go*,

Legemur, *Zbiorą nas.*
legemini, vel legeminor, *zbiorą was.*
legentur, *zbiorą ich.*

Imperativi Modi tempus præsens.

Legere, v. legitor, *Niech cię zbieraią czytaią.*
legatur, *niech go zbieraią, czytaią.*

Legamur, *Niech nas zbieraią.*
legimini, vel legiminor, *niech was zbieraią.*
legantur, *niech ich zbieraią.*

Futurum sive Modus mandativus.

Legitor tu v. legeris v. legere, *niech cię więc zbiorą*
legitor ille v. legetur, *niech go więc zbiorą.*

Legiminor, vel legimini. *Niech was zbiorą.*
leguntor, v. legentur, *niech onych zbiorą.*

Optativi Modi tempus Præsens & imperfectum.

U T I N A M.

Legerer, *Oby mnie zbierano*
legereris, v. legerere, *oby cię zbierano.*
legeretur, *oby go zbierano.*

Legeremur, *Oby nas zbierano.*
legeremini, vel legeremi-nor, *oby was zbierano.*
legerentur, *oby ich zbierano.*

Præ-

Præteritum perfectum.

Lectus, a, um, ſim v. fuerim, ſis, v. fueris ſit v. fuerit. *Obym był zebrany, obyś był zebrany, oby był zebrany.*

Pluraliter.

Lecti, æ, a, ſimus v. fuerimus, ſitis v. fueritis, ſint v. fuerint, *Obyśmy byli zebrani, obyście byli zebrani, oby &c.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Lectus, a, um, eſſem, v. fuiſſem, eſſes v. fuiſſes, eſſet vel fuiſſet. *Obym był zebrany, obyś był zebrany, oby był zebrany.*

Pluraliter.

Lecti, æ, a, eſſemus, vel fuiſſemus, eſſetis v. fuiſſetis, eſſent, vel fuiſſent. *Obyśmy byli zebrani, obyście byli zebrani, oby byli zebrani.*

Futurum.

Legar, *Oby mnie zebrano.*	Legamur, *Oby nas zebrano.*
legaris, vel legare, *oby cię zebrano.*	legamini, *oby was zebrano.*
legatur, *oby go zebrano.*	legantur, *oby ich zebrano.*

Conjunctivi Modi tempus præsens.

CUM

Legar, *Gdy mnie zbieraią.*	Legamur, *Gdy nas zbieraią.*
legaris, vel legare, *gdy cię zbieraią.*	legamini, *gdy was zbieraią.*
legatur, *gdy go zbieraią.*	legantur, *gdy ich zbieraią.*

Præteritum imperfectum.

Legerer, *Gdy mnie zbierano.*	Legeremur, *Gdy nas zbierano.*
legereris, v. legerere, *gdy cię zbierano.*	legeremini, *gdy was zbierano.*
legeretur, *gdy go zbierano.*	legerentur, *gdy ich zbierano.*

Præteritum perfectum.

Lectus, a, um, ſim, v. fuerim, ſis vel fueris, ſit v. fuerit, *Gdyżem ieſt zebrany, gdyżeś ieſt zebrany, gdyż ieſt zebrany.*

Plura-

Pluraliter.

Lecti, tæ, ta, ſimus vel fuerimus, ſitis vel fueritis ſint v. fuerint. *Gdy ieſteśmy zebrani, gdy ieſteście zebrani, gdy ſą zebrani.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Lectus, ta, um, eſſem, vel fuiſſem, eſſes, vel fuiſſes, eſſet v. fuiſſet. *Gdym był zebrany, gdyś był zebrany, gdy był zebrany.*

Pluraliter.

Lecti, tæ, ta, eſſemus, vel fuiſſemus, eſſetis v. fuiſſetis, eſſent vel fuiſſent, *Gdyśmy byli zebrani, gdyście byli zebrani, gdy byli zebrani.*

Futurum.

Lectus, a, um, ero v. fuero, eris v. fueris, erit v. fuerit *Gdy mnie zbiorą gdy cię zbiorą, gdy go zbiorą.*

Pluraliter.

Lecti, æ, a, erimo; v. fuerimus, eritis v. fueritis, erint v. fuerint. *Gdy nas zbiorą, gdy was zbierą, gdy ich zbiorą.*

Potentialis Modi tempus præſens.

Legar? *Maią mnie zbierać, czytać*, legaris, v. legare, &c.

Præteritum imperfectum.

Legerer? *Miano mnie zbierać, czytać*, legereris, &c.

Præteritum perfectum.

Lectus, lecta, lectum, ſim v. fuerim? *Miano mnie było zebrać, wyczytać:*

Præteritum plus quàm perfectum.

Lectus, lecta, lectum, eſſem vel fuiſſem? *Mianoby mnie było zebrać, wyczytać.*

Futurum.

Lectus, lecta, tum, ſim, v. fuerim? *Mnie maią zbierać.*

Permiſſivi ſive Conceſſivi Modi tempus præſens.

Legar, *Day to że mnie zbieraią*, legaris, &c.

Præteritum imperfectum

Legerer, *Day to że mnie zbierano, czytano.*

Præ-

Præteritum perfectum.

Lectus, lecta, lectum, sim, vel fuerim, *Day to mnie zebrano, wyczytano.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Lectus, a, um, essem v. fuissem, *Day to że mnie było &c.*

Futurum.

Lectus, lecta, lectum, ero, v. fuero, *To będę zebrany*

Infinitivi Modi tempus præsens, & imperfectum.

Legi, *Bydź czytanym, że mnie czytaią, albo czytano*

Præteritum perfectum & plus quàm perfectum.

Lectum, lectã, lectũ, esse v. fuisse, *Bydź przeczytanym*

Lectos, lectas. lecta, esse v. fuisse. *Bydź przeczytanemi*

Futurum.

Lectum iri, vel legendum, legendam, legendum, esse *Mieć bydź przeczytanym.*

Lectum iri, vel legendos, legendas, legenda, esse *Mieć bydź przeczytanemi.*

Futurum præteritô mistum.

Legendum, legendam, legendum, fuisse, *Ze czytano by mnie było czytano, by cię &c.*

Legendos, legendas, legenda fuisse, *Ze czytano by w*

Participia Passiva præterit.

Lectus, lecta, lectum, *czytany, czytana, czytane.*

Futuri.

Legendus, legenda, legendum, *Co ma bydź czytanym*

QUARTA CONJUGATIO.

C A P U T VIII.

AUDIO, *Verbum Activum Personale Conjugationis quartæ sic conjugabitur.*

Indicativi Modi tempus præsens.

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
AUDIO, *Słyszę.*	Audimus, *Słyszemy.*
audis, *słyszysz.*	auditis, *słyszycie.*
audit, *słyszy.*	audiunt, *słyszą.*

Præ-

Præteritum imperfectum.

Audiebam, *Słuchałem.*	Audiebamus, *Słuchaliśmy.*
audiebas, *ſłuchałeś.*	Audiebatis, *ſłuchaliście.*
audiebat, *ſłuchał.*	Audiebant, *ſłuchali.*

Præteritum perfectum.

Audivi, *Uſłyſzałem.*	Audivimus, *Uſłyſzeliśmy.*
audiviſti, *uſłyſzałeś.*	audiviſtis, *uſłyſzeliście.*
audivit, *uſłyſzał.*	audiverunt, vel audivere, *uſłyſzeli.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Audiveram, *Uſłyſzałem był.*	Audiveramus, *Uſłyſzeliśmy byli.*
audiveras; *uſłyſzałeś był.*	audiveratis, *uſłyſyeliście byli*
audiverat, *uſłyſzał był.*	audiverant, *uſłyſzeli byli.*

Futurum.

Audiam, *Uſłyſzę.*	Audiemus, *Uſłyſzemy.*
audies, *uſłyſzyſz.*	audietis, *uſłyſzycie.*
audiet, *uſłyſzy.*	audient, *uſłyſzą.*

Imperativi Modi tempus præſens.

Audi, v. audito, *Słuchay.*	Audiamus, *Słuchaymy.*
audiat, *niech ſłyſzy.*	audite, v. auditote, *ſłuchaycie.*
	audiant, *niech ſłyſzą.*

Imperativi Futurum, ſive Modus mandativus.

Audito tu, *vel* audies, *Słuchay więc, ſłyſz więc.*

Audito ille, *vel* audiet, *niech więc ſłucha.*

Pluraliter.

Auditote, *vel* audietis, *Słuchaycie więc.*

Audiunto, *vel* audient, *niech więc ſłuchaią.*

Optativi Modi tempus præſens, & imperfectum.

U T I N A M.

Audirem, *Bym ſłuchał.*	Audiremus, *byśmy ſłuchali.*
audires, *byś ſłuchał.*	audiretis, *byście ſłuchali.*
audiret, *by ſłuchał.*	audirent, *by ſłuchali.*

Præteritum perfectum.

Audiverim, *Bym uſłuchał.*	Audiverimus, *Byśmy uſłuchali.*

Au-

Audiveris, *byś uſłuchał.*	Audiveritis, *byście uſłuchali.*
audiverit, *by uſłuchał.*	audiverint, *by uſłuchali.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Audiviſſem, *Bym był uſłyſzał.*	Audiviſſemus, *Byśmy byli uſłyſzeli.*
audiviſſes, *byś był uſłyſzał.*	audiviſſetis, *byście byli uſłyſzeli.*
audiviſſet, *by był uſłyſzał.*	audiviſſent, *by byli uſłyſzeli.*

Futurum.

Audiam, *Bym uſłyſzał. álbo uſłyſzeć mogł.*	Audiamus, *byśmy uſłyſzeli.*
audias, *byś uſłyſzał.*	audiatis, *byście uſłyſzeli.*
audiat, *by uſłyſzał.*	audiant, *by uſłyſzeli.*

Conjunctivi Modi tempus præſens.

C U M

Audiam, *Gdy ſłyſzę.*	Audiamus, *Gdy ſłyſzemy.*
audias, *gdy ſłyſzyſz.*	audiatis, *gdy ſłuſzycie.*
audiat, *gdy ſłyſzy.*	audiant, *gdy ſłyſzą.*

Præteritum imperfectum.

Audirem, *Gdym ſłyſzał.*	Audiremus, *Gdyśmy ſłyſzeli.*
audires, *gdyś ſłyſzał.*	audiretis, *gdyście ſłyſzeli.*
audiret, *gdy ſłyſzał.*	audirent, *gdy ſłyſzeli.*

Præteritum perfectum.

Audiverim, *Gdym uſłyſzał.*	Audiverimus, *Gdyśmy uſłyſzeli.*
audiveris, *gdyś uſłyſzał.*	audiveritis, *gdyście uſłyſzeli.*
audiverit, *gdy uſłyſzał.*	audiverint, *gdy uſłyſzeli.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Audiviſſem, *Gdym był uſłyſzał.*	Audiviſſemus, *Gdyśmy byli uſłyſzeli.*
audiviſſes, *gdyś był uſłyſzał.*	audiviſſetis, *gdyście byli uſłyſzeli.*
audiviſſet, *gdy był uſłyſzał.*	audiviſſent, *gdy byli uſłyſzeli.*

Futurum.

Audivero, *Gdy uſłyſzę.*
audiveris, *gdy uſłyſzyſz.*
audiverit, *gdy uſłyſzy.*
Audiverimus, *Gdy uſłyſzemy.*
audiveritis, *gdy uſłyſzycie.*
audiverint, *gdy uſłyſzą.*

Potentialis Modi tempus præſens.

Audiam? *Mam uſłyſzeć.*

Præteritum imperfectum.

Audirem? *Miałem uſłyſzeć.*

Præteritum perfectum.

Audiverim? *Miałbym ſłyſzeć, uſłyſzeć.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Audiviſſem? *Miałbym uſłyſzyć kiedyś.*

Futurum.

Audiverim? *Będę miał ſłyſzeć.*

Permiſſivi ſive Conceſſivi Modi tempus præſens.

Audiam, *Daz to że ſłyſzę, albo ſłucham.*

Præteritum imperfectum.

Audirem, *Day to żebym ſłyſzał.*

Præteritum perfectum.

Audiverim, *Day to żebym uſłyſzał.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Audiviſſem, *Day to żem był uſłyſzał.*

Futurum.

Audivero, *Day to że uſłyſzę.*

Infinitivi Modi tempus præſens & imperfectum.

Audire, *Słychać ſłyſzeć, iż ia ſłyſzę, ſłyſzyſz ia ſłyſzałem, &c.*

Præteritum perfectum, & plus quam perfectum.

Audiviſſe, *Uſłyſzeć, iż ia ſłyſzałem, uſłyſzałem.*

Futurum.

Auditurum, am, um, eſſe. *Co mam ſłyſzeć, iż ia uſłyſzę, uſłyſzyſz uſłyſzy.*

Pluraliter.

Audituros, as, ra, esse, *Usłyszemy, będziemy słyszeć.*

Futurum præterito mistum.

Auditurum, am, um, fuisse. *Com miał słyszeć, iż miałem słyszeć &c.*

Pluraliter.

Audituros, as, ra, fuisse, *Co macie słyszeć. iż mieliście słyszeć.*

Gerundia.

Audiendi, *słyszenia.* audiendo, *słysząc* audiendum, *słyszenia.*

Supina.

Auditum, *Na słyszenie,* Auditu, *ku słyszeniu.*

Participia præsentis temporis.

Audiens, audientis. *Słyszący.*

Futuri.

Auditurus, auditura, auditurum, *Który będzie słyszał.*

QUARTA VERBI PASSIVI CONJUGATIO.

AUDIOR, *Verbum, Passivum Personale sic conjugabitur.*

Indicativi Modi tempus præsens.

Numerô Singulari,	*Numerô Plurali.*
AUdior, *Słyszą mnie,* audiris vel audire, *słyszą cię.*	Audimur, *Słyszą nas.* audimini vel audiminor, *słyszą was.*
auditur, *słyszą go.*	audiuntur, *słyszą ich.*

Præteritum imperfectum.

Audiebar, *Słyszano mnie.*	Audiebamur, *Słyszano nas*

Audie-

Audiebaris vel audiebare, *ſłyſzano cię.*	Audiebamini v. audiebaminor, *ſłyſzano was.*
audiebatur, *ſłyſzano go.*	audiebantur, *ſłyſzano ich.*

Præteritum perfectum.

Auditus, a, um, ſum vel fui, es, vel fuiſti, eſt, v. fuit. *Jeſtem, albo byłem uſłyſzany, ieſteś, albo byłeś uſłyſzany, ieſt, albo był uſłzſzany. uſłyſzano go.*

Pluraliter.

Auditi, æ, a, ſumus, vel fuimus, eſtis, vel fuiſtis, ſunt, v. fuerunt vel fuére. *Jeſteśmy albo byliśmy uſłyſzani, ieſteście, albo byliście uſłyſzani, ſą albo byli uſłyſzani.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Auditus, ta, tum, eram, vel fueram, eras vel fueras, erat vel fuerat. *Byłem uſłyſzanym, albo bywałem ſłuchanym, byłeś uſłyſzanym był uſłyſzanym.*

Pluraliter.

Auditi, tæ, ta, eramus, vel fueramus, eratis, vel fueratis, erant, v. fuerant. *Byliśmy uſłyſzani, byliście uſłyſzani, byli uſłyſzani, albo bywali.*

Futurum.

Audiar, *Uſłyſzą mnie.*	Audiemur. *Uſłyſzą nas.*
audieris vel audiere, *uſłyſzą cię.*	audiemini, v. audieminor. *uſłyſzą was.*
audietur, *uſłyſzą go.*	audientur, *uſłyſzą ich.*

Imperativi Modi tempus præſens.

Audire, vel auditor. *Niech cię uſłyſzą.*
audiatur, *niech go uſłyſzą.*

pluraliter.

Audiamur; *Niech nas uſłyſzą.*
audiamini, vel audiaminor, *Niech was uſłyſzą.*
audiantur, *Niech ich uſłyſzą.*

Futurum ſive Modus mandativus.

Auditor, tu, v. audieris vel audiere. *Niech cię więc uſłyſzą, albo wyſłuchaią.*

Audi-

Auditor ille, vel audietur, *Niech go usłyszą.*

Pluraliter.

Audiminor, vel audimini, *Niech was usłyszą.*
Audiuntor, vel audientur, *Niech ich usłyszą.*

Optativi Modi tempus præsens & imperfectum.

U T I N A M.

Audirer, *Oby mnie słyszano.* audireris, v. audirere, *Oby cię usłyszano,* audiretur, *oby go słyszano.*

Audiremur, *oby nas słyszano.* audiremini, vel audireminor, *oby was słyszano.* audirentur, *oby ich słyszano.*

Præteritum perfectum.

Auditus, ta, tum, sim vel fuerim, sis vel fueris, sit vel fuerit, *Oby mnie usłyszano, oby cię usłyszano, oby go usłyszano.*

Pluraliter.

Auditi, tæ, ta, simus, vel fuerimus, sitis, vel fueritis, sint, vel fuerint. *Oby nas usłyszano, oby was usłyszano, oby ich usłyszano.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Auditus, ta, tum, essem, vel fuissem, esses v. fuisses, esset, vel fuisset. *Oby mnie było usłyszano, oby cię było usłyszano, oby go było usłyszano.*

Pluraliter.

Auditi, æ, a, essemus, vel fuissemus; essetis, v. fuissetis, essent, vel fuissent. *Oby nas było usłyszano, oby was było usłyszano, oby ich było usłyszano.*

Futurum.

Audiar, *Oby mnie słyszano.* audiaris, vel audiare, *oby cię słyszano.* audiatur, *oby go słyszano.*

Audiamur, *Oby nas słyszano.* audiamini v. audiaminor, *oby was słyszano.* audiantur, *oby ich słyszano.*

Conjunctivi Modi tempus præsens.

C U M

Audiar, *Gdy mnie słyszą.*

Audiamur *Gdy nas słyszą.*

Audia-

Audiaris vel audiare, *gdy cię słyszą.*	Audiamini, v. audiaminor, *gdy was słyszą.*
audiatur, *gdy go słyszą.*	audiantur, *gdy ich słyszą.*

Præteritum imperfectum.

Audirer, *Gdy mnie słyszano*	Audiremur, *Gdy nas słyszano.*
audireris, v. audirere, *gdy cię słyszano.*	audiremini, vel audireminor, *gdy was słyszano.*
audiretur, *gdy go słyszano.*	audirentur, *gdy ich słyszano.*

Præteritum perfectum.

Auditus, a, um, ſim, vel fuerim, ſis vel fueris, ſit, ve, fuerit. *Gdy mnie usłyszano, gdy cię usłyszano, gdy go usłyszano.*

Pluraliter.

Auditi, æ, a, ſimus, v. fuerimus, ſitis, v. fueritis, ſint, vel fuerint. *Gdy nas usłyszano, gdy was usłyszano-gdy ich usłyszano.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Auditus, a, um, eſſem, vel fuiſſem, eſſes, vel fuiſſes, eſſet, vel fuiſſet. *Gdy mnie było usłyszano, gdy cię było usłyszano, gdy go było usłyszano.*

Pluraliter.

Auditi, æ, a, eſſemus vel fuiſſemus, eſſetis vel fuiſſetis, eſſent, vel fuiſſent. *Gdy nas było usłyszano, gdy was było usłyszano, gdy ich było usłyszano.*

Futurum.

Auditus, a, um, ero, vel fuero, eris, vel fueris, erit, vel fuerit. *Gdy mnie usłyszą, gdy cię usłyszą, gdy go usłyszą.*

Pluraliter.

Auditi, æ, a, erimus, vel fuerimus, eritis, vel fueritis erint, vel fuerint. *Gdy nas usłyszą, gdy was usłyszą, gdy ich usłyszą.*

Potentialis Modi tempus præsens.

Audiar? *Ja mam bydź słyszany?*

Præteritum imperfectum.

Audirer. *Mnie słyszano?*

Præteritum perfectum.

Auditus, a, um, sim vel fuerim. *Mnie miano było słyszeć, abo usłuchać?*

Præteritum plus quàm perfectum.

Auditus, a, um, essem, vel fuissem. *Mnieby miano było usłyszeć?*

Futurum.

Auditus, a, um, sim vel fuerim, *Mnieby miano usłyszeć, iabym miał bydź usłyszanym, usłyszeliby mnie.*

Permissivi, sive Concessivi Modi tempus præsens.

Audiar, *Day to, że mnie słyszą.*

Præteritum imperfectum.

Audirer. *Day to, że mnie usłyszano.*

Præteritum perfectum.

Auditus, a, um, sim, vel fuerim. *Day to żeby mnie usłyszano.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Auditus, a, um, essem, v. fuissem, *Day to, żeby mnie było usłyszano.*

Futurum.

Auditus, a, um, ero vel fuero. *Day to, że mnie usłyszą.*

Infinitivi Modi tempus præsens, & imperfectum.

Audiri, *Bydź usłyszanym,* & *iż mnie słyszą &c.*

Præteritum perfectum. & plus quàm perfectum.

Auditum, am, um, esse vel fuisse. *Bydź było usłyszanym,* & *iż iestem usłyszanym, usłyszano mnie.*

Pluraliter.

Auditos, as, a, esse, vel fuisse, *Bydź było usłyszanemi.*

Futurum.

Auditum iri, vel audiendum, am, um, esse, *Mieć bydź słyszanym,* & *iż będą mnie słyszeć.*

Pluraliter.

Auditum iri, vel audiendos, as, a, esse, *Będą nas słyszeć, usłyszą nas, &c.*

Futurum præteritô mistum.

Audiendum, am, um, fuisse,. *Mieć bydź usłyszanym, & iż miałem bydź usłyszanym.*

Pluraliter.

Audiendos, as, a, fuisse, *Co mieli bydź usłyszeni.*

Participia passiva præteriti temporis.

Auditus, a, um, *Usłyszany. usłyszana, usłyszane.*

Futuri.

Audiendus, a, um, *Którego usłyszą, co ma bydź usłyszanym.*

SCHOLIA
IN
CONJUGATIONES
VERBORUM.
CAPUT IX.

QUÆ sequuntur Scholia, per Authoris Commentarios diffusa, hoc loco, ordine digesta, atque contracta tum fœnore reddemus: præcipuè ut per ea Magistri ipsi proficiant, ac Modorum naturam, Temporumq; percipiant; deinde ut pro captu ac opportunitate nonnulla instillent Discipulis, sive dum ii Verborum Conjngationes memoriæ mandant, sive dum in secunda & tertia Classibus, Latinus Author explicatur.

SCHOLION I.

De Modo Indicativo.

1. Quem plerique Grammatici Modum *INDICATIVUM* appellant, quòd eô aliquid *indicamus*; is à Varrone dicitur *Rogandi, Respondendique species*; à Fabio lib: 1. cap. 6. *Modus Fatendi*, à Diomede ac Prisciano lib: 10. *Finitivus* seu *Definitivus*, à Probo, ac Donato, *Pronuntiativus*; à Philosophis *Enuntiativus*

propterea, quòd hoc Modo vel interrogamus quidpiam vel respondemus interroganti, vel fatemur, vel definimus aliquid, vel pronuntiamus, sive enuntiamus.

2. PRÆTERITI Activi voces *Amavère. Docuère*, ac similes, quidam dualis numeri esse crediderunt, iisque utendum cum de duobus tantùm est sermo. Quos Quintilianus, lib: 1. cap: 5. pluribus confutat exemplis. * *Virg:* 2. *Æneid: Conticuère omnes.* * *Liv: lib:* 1. *Arcem tenuère Sabini.* * *Cic: act:* 3 *in Verr: Quo in numero complures è nostris fuère.* Hæ igitur imminutæ voces ab integris significatione non discrepant; easque Quintilianus existimat mollitas esse, asperitatis vitandæ gratiâ; Cicero quoquè in oratore, *non reprehendo*, inquit, *SCRIPSERE: sed SCRIPSERUNT, esse veriùs sentio.*

3. PRÆTERITUM Passivum, *Amatus sum, vel fui*, & alia id genus, Servius, Diomedes, aliique Grammatici geminum esse putant, illud propinquius, hoc remotius. Sic etiam in Plus quàm perfecto, *Amatus eram*, propinquius, *amatus fueram* ulterius: atquè ita duo faciunt præterita tum perfecta, tum plus quàm perfecta. Verùm id raro admodùm Latini Scriptores observant. Certè Cicero fere semper præterito propinquiore utitur, etiam cum de rebus multò ante actis sermo est; ut pro C. Rabio *Platonem*, inquit, *in maximis periculis VERSATUM ESSE accepimus, Demetrium, qui Phalereus vocitatus est, vitâ ESSE PRIVATUM.* Non dixit *Fuisse*, sed *Esse*, cùm de Platone, ac Demetrio loqueretur, quorum hic trecentis ipsis, ille quadringentis propemodùm annis ante Ciceronem vixerat.

4. IMPERFECTUM Quartæ Conjugationis, *Audiebam &c.* sæpe E litera imminutum à Veteribus invenitur, ut testis est Diomedes lib: 5. & Priscianus lib: 4. * Hinc apud Virgilium. *Lenibant, Nutribant, Insignibant, Vestibat, Mollibant, Redimibat,* * *Plaut: Aul:*

Præ-

Præsagibat mihi animus, & ejusmodi apud Pòëtas non pauca. Quæ minimè ipse tibi in soluta oratione permiseris.

5. FUTURUM ejusdem Quartæ Conjugationis in *Am* exit *Audiam*, sed & in *IBO* Pòëtæ præsertim Comici usurpant * *Terent: Phorm: act: 3. sc 2. Nemo ex me Scibit.* * *Plaut: Penul: Nunquam AUDIBIT.* Quin etiam, * *Horat: lib: 4. ode 23 MOLLIBIT aversos Penates.* & *Proper: lib: 3. eleg: 20. LENIBUNT tacitò vulnera nostra sonó.* Sic apud Nonium invenies, *Aperibo, Operibo*, & alia, quæ à Pòëtis raró usurpata jam exoleverunt: eàque ne in carmine quidem facilè permiserim nunc cuiquam.

6. TRIA tamen verba in *Eo*, quæ quartæ conjugationi Priscianus lib. 9 attribuit, sc: *EO* cum compositis, *QUEO*, cum *NEQUEO*, & *VENEO*: Imperfectum in *Ibam*, & Futurum in *IBO*, retinent * Plaut: Mostel: *Pater venibit &c.* Quia *Veneo*, fit à *Venum*, & *Eo*.

7. FUTURUM verò Indicativi Varroni *lib: 2. & 3. de Analog:* aliud est, *Infectum*, id est, *imperfectum*, quod actionem passionemve significat *futuri temporis, nondum tamen perfectè exactam*. & hoc propriam habet in Indicativo vocem, ut *Legam*. Aliud appellat *Exactum*, hoc est, *perfectum*, quod aliquid significat *futuro tempore, sed exactum quodammodò, & perfectum pro eodem tempore*, & hoc cum Futuro Conjunctivi voce consentit: ut, *Fuero, Legero*, * Cic: Attic: lib: 9. ep: 18. *Cùm tu hæc leges, ego illum fortasse convenero.* Id: Fam: lib: 3 *Cùm in provinciam veneris, ego annuum munus confecero* * Id: Brut: l. 11 ep: 12. *Is Bellum confecerit, qui Antonium oppresserit.* Plus est, quam si dixisset *Conveniam, Conficiam, &c.* Plerumque tamen Futuri *Exacti* voces non plùs significant, quàm *Infecti*. * Terent: Andr: act: 2 *Si te æquè animo ferre accipiet, negligentem feceris*, * Cic: lib: 2. Fam:

Fam: ep: ult: *Gratissimum mihi feceris, si ad me quam primùm in Ciliciam veneris.*

8. FUTURO Indicativi utimur nonnunquam Poloni, ubi re ipsa Præsens est, vel Præteritum. Cavendum igitur, ne, nisi puerorum in morem vitiosè loqui velimus, Futurum illud vernaculum Latinè quoque Futurô efferamus, v. g. *Czasem i mądry pobłądzi.* * *Nikomu ten pokoiu nie da, Zadna mu zbroia nie wytrzyma.* * *Ile razy do ciebie przyidę, zawsze cię nad kśiążką zastanę.* Cave dixeris in Futuro, *Errabit, Sinet, Sustinebit, Veniam, Deprehendam.* Sed *Non rarò sapientes quoque errant.* * *Hic neminem quietum esse sinit. Ejus ictum nullus clypeus sustinet,* vel per Potentialem, quod longe elegantissimum; *Sustineat?* v. *sustinuerit. Quoties te convenio,* vel *conveni, semper legentem deprehendo,* vel *deprehendi.* Item. *Co spoyrzy na mnie, to się rozśmieie.* Quoties me intuetur, ridet. * *Czego się tylko dotknie, zaraz zepsuie.* Quidquid attingit, vel attigit, destruit. * *Co stąpi &c.* Quot passus facit &c. Quoties pedem movet &c. Talia imprimis apud nos sunt plurima proverbia, ut, *Czego się skorupka zà młodu napiie,* &c. *Nie pomoże krukowi mydło* &c: Item illi Idiotismi: *Jàk skoczy, iàk wyźmie bić, &c.* Item, *Kiedy go nie tnie, rąbnie, uderzy,* &c. *Kiedy nie krzyknie,* &c. Item, *Krzyknie raz, nic,* &c. &c. Diligenter igitur in hujusce modi locutionibus observandum est tempus illud, in quod actio, passiove per futurum vernaculum significata cadit, & siquidem in Præsens cadat, Præsenti nonnunquam & Præteritô; si in Præteritum, Præteritô Latinô utendum est. * Ter: Eun: act: 2. sc: 3. Cum huc respicio &c. *Kiedy się tu obeyrzę &c.* * Id: act: Heaut. 2. sc: 3. Nosti mores mulierum, dum *molliuntur,* dum *comuntur,* annus *est,* polonus dixerit: *Nim się wyguzdraią, nim się wystroią &c.* * Hor: lib: 1. ep: 2. Quidquid *delirant* Reges, plectuntur Achivi. *Cokolwiek Królowie pobłądza,*

lza, &c. Cic: 2. Tusc: Tum *Philosophia* valet multum, cum est idoneam complexa naturam. *W tin czas Filozofia wiele może, kiedy trafi na dobrą naturę.* Huc spectant illa: *Quin sedes? Quin abis hinc? Abin hinc.* Quæ pariter nos Futurô efferimus, *Nie siądzieś mi, nie poydzieś ztąd?* &c.

S C H O L I O N II.

De Syncope in Præteritis Indicativi, aliorumque Modorū.

1. Præterita Modorum omnium in media voce Syncopen, seu concisionem admittunt: expunctis, *VI*, *VE*, syllabis vel, *V*, literâ. Præteritum enim in, *AVI.* Primæ Conjugationis, vel in *IVI*, Tertiæ, aut Quartæ è secundis personis utriusque numeri, *VI*, syllabam è media voce interdum elidit; ut, *Amavisti. Petivisti, Audivisti* &c. per syncopen, *Amâsti*, *Petisti*, *Audisti*, & numerô multitudinis, *Amâstis*, *Petistis*, *Audistis.* In aliis Modis similiter, *Amâsses*, *Petisses*, *Audisses*. Imò in his Modis Primæ quoque, Tertiæque Personæ, præsertim Conjugationis primæ; ut, *Amâsses*, *Amâsset*, &c. Quò etiam spectant. * Consuêsti, *Cæcin:* 6 *Fam:* ep: 7 * Suêssent. *Cic: lib. Fam:* 6, *ep:* 8 * *Id Fam:* 7 *ep:* 18. Cognôsti * *Id in Verr: act* 4. *lib:* 3 Decrêsse Sic, *Nosti*, *Nosse*, &c. pro *Consuevisti*, *Suevissent*, *Cognovisti* &c.

2. AT verò è Tertia Plurali perfecti Primæ Conjugationis, & è Plus quàm perfecto Indicativi, ac Perfecto, Futurôque Conjunctivi, *VE*, syllaba è media voce interdum exteritur; ut, *Amaverunt*, *Amârunt*, *Amaveram*. *Amâram*. *Amaverim*, *Amârim* *Amaveris*, *Amâris*, &c. Quô spectant hæc. * *Cic:* 6. *Fam: ep:* 9. Decrêram, * *Cæl: ibid: lib:* 8. *ep:* 11. Consuerant. * *Id: ep: ult:* Ignôrit pro *Decreveram*, *Consueverant*, *Ignoverit*, &c.

3. DENIQUE Tertiæ, Quartævè Conjugationis prima præsertim, tertiàque persona à Præteritis in *IVI*, literam: *V*, abjiciunt: ut, *Petii*, *Petiimus*, *Petierunt*, *Au-*

Adii, Audiérunt. Et in aliis Modis, ut, *Petiissem, Audiissem*, & interdum, *Petissem, Audissem*. Quando autem his, vel illis integris, imminutisvè vocibus utendum sit, diligens Latinorum Authorum observatio edocebit. * Cicero in Oratore. *Quid, quòd sic loqui* Nôsse, Judicâsse, *vetant*, Novisse, Judicavisse, *jubent; quasi verò nesciamus, in hoc genere & plenum rectè dici, & imminutum usitatè.*

4. Priscianus lib: 10. monet, verba, quæ in themate habent, *V*, literam, non imminui in Præterito, ut, *Lavo, Lavi, Lavisti*, non *Lasti, Faveo, favi, favisti*, non *Fásti*, & similia, Horum tamen aliquibus concisis utuntur non solùm Pòëtæ, sed interdum etiam Oratores, ut, *Submóssit, Commósset, Commórit*, pro *Submovisset, Commovisset, Commoverit*. Hæc verò, *Misti, Promísti, Justi, Dixti, Direxti, Vixét, Extinxém, Surpuerat, Accéstis, Evásti, Sénsti, Indúxti, Percústi, Divisse, Surrésse*, pro *Misisti, Promisisti, Jussisti, Dixisti, Direxisti, Vixisset, Extinxissem, Surrexisse*. & ejusmodi alia Pòëtica sunt. * *Terent: Adelph: act: 5. scena 8. Promísti autem*, * & *scena 9. Factum est, quod Justi*. * *Horat: lib: 4. Od: 13. Quæ me surpuerat mihi*. Sic illa extra Præteritum: *Æn: 8. Pocula porgite* * *Hora: lib: 2. Sat: 6. Unum me surpite morti*, id est: *Porrigite, Surripite*, & similia, quæ vix in carmine usurpanda censuerim.

SCHOLION III.

De Imperativo Modo & Mandativo.

1. MODUS hic Grammaticis, *ab Imperando* dictus est potissimùm, quamvis eô etiam prohibeamus, hortemur, precemur, misericordiam imploremus, & mandata, legésque demus.

2. DUO habet tempora, PRÆSENS, qui propriè Imperativus est modus. Diomed: libr: 1. & FUTURUM, quem Modum Mandativum appellat: *Quia*, inquit, *in Præsenti tempore imperare solemus, ut fiat, in Futuro mandare*, Sic Fronto, VIDETE, inquit, *imperat*

VIDE-

VIDETOTE, *mandat*, Dicitur, & *Modus legitimus*, quia illô præcepta, legèſque damus. Quanquam hæc Tempora ſæpe reciprocantur, & alterum pro altero ponitur. * *Q. Cic: de Petit: Conſulat: Cura, ut tui cupidi ſint, elaborato, appetito.* Legumlatores tamen in legibus Futurum ſemper uſurpant, ut videre eſt apud * Cicoronem lib: 1. & 3. de legibus, ſic Cato * & Collumella, cum rei ruſticæ leges tradunt.

3. FUTURUM adhuc duplex eſt. ALTERUM Modi hujus proprium, quem *Modum Mandativum*, ac *legitimum* appellari diximus, ALTERUM idem ac Futurum Indicativi ſive Infectum, ſive Exactum, quod cum Futuro Conjunctivi voce conſentit, nam his etiam imperium ſignificamus. * Cic: ad Trebat: lib: 7. ep: 10. *Sed* VALEBIS, *meáq; negotia* CURABIS, *méq; ante brumam* EXPECTABIS, Id: ad: Caſſ: lib: 15. VALEBIS *igitur, méque* AMABIS. * Id: Attic: lib: 5. *Tu nihil ei dixeris.* * Id: ad Q. Fratr: lib: 1. *Huic nihil credideris, nullam partem exiſtimationis tuæ commiſeris.* Sic etiam cum prohibemus; *ne feceris, ne dixeris.* Interdum utrumque, tum Indicativi, tum Mandativi Modi Futurum permiſcetur; ſic lib: 2. Æneid: * Pyrrhus mandat Priamo. Referes ergo hæc, *& nuntius* ibis, - - - *degeneremque Neoptolemum narrare* memento.

4. Utuntur Scriptores & Præſenti Conjunctivi in imperando. * Cicero Attic: lib: 6. *Attico meis verbis ſalutem* des. * Ter: Eun: *Si certum eſt facere*, facias, ubi Donatus; *Facias*, inquit, pro *Facito* * Idem: Ter: Andr: act: 5. *Potes nunc, dum animus iratus eſt.* DAVUS *Quieſcas*, quo loco Donatus, *Quieſcas*, inquit, pro *Quieſce*: id eſt: *Volo*, aut *Facito: id eſt: Volo, quieſcas*, vel *Facito, quieſcas.*

5. FUTURUM, ſeu Modum Mandativum voce Patiendi haud ita facilè reperies, ejus autem generis ſunt illa. * Ter: Adelp: act: 5. *De te* largitor *puer.* * Plaut: Epid: *Si placebit*, utiminor, *conſilium.* * Cic:

lib: 3.

lib: 3. de leg: *Prætores, Judices, Consules* appellantor.

6. PRÆTERITO Modus hic caret, quia, ait Verro lib: 2. de Anal: Perfectum nemo imperat. Græci tamen habent Imperativa Præteriti Temporis, sed ut ait Prisc: lib: 8. ipsa quoque ad Futuri temporis sensum pertinent, ut si apud Latinos Participium Præteritum cum Imperativo miscens, dicas. *Clausa sit*, vel *esto*, *janua*, videris imperare in Futuro Præteritum, imperas enim, ut statim janua clau atur. Huc fortasse & illa Latinorum spectant. *Parata sint omnia*, & similia, nisi horum quædam in Potentialem modum referas. Nam *Hæc dicta sint Patribus*, *Positum sit illud: Id mihi in interitu relictum sit*: perinde sint, ac si dicas, *Hæc dixerim Patribus*, Hoc est, *dicere voluerim*, sic de reliquis.

7. PRIMIS quoque personis singularis numeri Modus hic caret, sibi enim nemo imperat, nisi saltem ut alteri personæ * Virg: Ecl: 2. *Insere nunc Melibœe pyros, pone ordine vites*: ubi seipsum alloquitur Melibæus, PRIMIS tamen Pluralis numeri Præsens non caret, quia, ut ait Diomedes, dum quis imperat aliis, se quoque ad idem ministerium vocat. Idcirco *Hortativam* potiùs *vocem* dicendam censet. Quâ tamen Personâ Mandativum Modum carere Servius, & Diomedes docent: nam, *Amemus*, & similia, quæ ei tribuunt nonnulli, potiùs Præsentis sunt temporis, sive Imperativi, sive Conjunctivi Modi.

SCHOLION IV.

De Modo Optativo.

1. OPTATIVUS Modus qui ab optando nomen accepit, poscit Particulas. Eæ fere sunt. 1. O. * Virg: Æneid: *Nunc: o nunc liceat crudelem abrumpere vitam!* 2. Si * Id: lib: 6. *Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus ostendat* 3. *O SI!* Id: *O mihi præteritos referat si Jupiter annos!* 4. UTINAM. Ter: Adelph: *Utinam hic prope adesset alicubi, atque audiret hæc.* 5.

O UTI-

O UTINAM, Lucan: lib: 2. O Utinam *cœlique Diis, Erebique liceret!* 6. UT, pro utinam ſæpe apud Comicos. * Ter:-Eunuch: act: 2. ſc: 3. *Ut illum Dii, Deæque ſenium perdat.* 7. SIC Virg: Ecl: 9. Sic *tua Cyrneas fugiant examina taxos.* 8. QUAM, Cic: Attic: l. 1. Quam *vellem, Romæ manſiſſes* 9. ITA, præſertim apud Comicos, pro. Si, quo Lyrici & Epici utuntur. Terent: Eun: act: 3. *Ita me Dii ament, honeſtus eſt.* * Cic: Fam: l. 5. ep: 21. *Ita mihi omnia, quæ opto, contingant.*

2. EJUSMODI Adverbia, ſeu particulas ad majorem emphaſim addi, ſæpe tamen à ſcriptoribus prætermitti. *Quia optativa verba per ſe indicant & rem & votum,* inquit Priſc: lib: 18. afferens illud Lucani lib: 1. *Dii viſa ſecundent, & fibris ſit nulla fides.* Sic lib: 2. cum optaret Cato mortem pro Patria oppetere; *O utinam cœlique Diis &c.* mox in eodem affectu generosè pergens ait: *Me geminæ figant acies, me barbara telis turba petat.* Sic & Cic: pro Dejot. *Dii te perdant fugitive.* * Id: Fam: lib: 5. ep: 11. *Dalmatiis Dii malè faciant.* * Ovid: lib: 9. Metam. *Omnia Dii facerent, eſſent communia nobis* * Id: Epiſt: Fallat: *& hoc crimen renues,* vaneſcat *in auras.* Et 1. Triſt: *Dii facerent poſſem nunc meus eſſe liber:* Et ſexcenta ejuſmodi, quæ, ſi quis ad Potentialem vel Permiſſivum Modum referat, næ is Optativum hunc (ut advertit Author) ſuſtulerit. Nam ſi modus ipſe, niſi Adverbii beneficiô, deſiderium non ſignificat; meritò quis dicat in Adverbio, non in Modo, optandi vim ineſſe, Modô verò ipsô potentiam tantùm, aut debitum, voluntatémve ſignificari, explicétque illud. *Utinam adſis,* id eſt, *Adeſſe poſſis,* aut, *velis,* Sic alia.

3. EANDEM eſſe Præſentis & Imperfecti in Optativo vocem conſtanter docent: Probus, Donatus, Servius. Priſcianus lib: 18. ac Diomedes, qui etiam diſertè negat. *Utinam legam, Utinam faciam,* eſſe Præſentis temporis, ſed Futuri. Futuri tamen vocem pro

Præ-

Præsenti interdum poni docet Fabius lib: 9. cap: 3, afferens, illud Virgilii. *Hoc Ithacus velit, hoc magni mercentur, Atridæ*, pro *Vellet, Mercarentur*. Qua ratione in his quoque Futurum Præsentis locò positum agnoscimus. * Cic: in Verr: 1. *Ita mihi Deos omnes propitios* velim. * Virg: *Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus* ostendat.

4 HABERE etiam Optativum peculiare suum Præteritum Perfectum ejusdem vocis, ac Perfectum Subjunctivi (quamvis Grammatici alii præter Diomedem sub unica voce cum Plus quam Perfecto conjunxerint,) docet Prisc: lib: 18. afferens illud Lucani lib: 1. *Dii visa secundent, & fibris sit nulla fides, sed conditor artis*, Finxerit *ista Tages*. Clarum est illud Plinii ad Arium lib: 1. ep: 10. *Atque utinam ipse spem, quam de me concepit* impleverim! Nam *Finxerit, Impleverim*, optandi significationem habent.

5. FUTURI Optativi vox cum Præsenti Conjunctivi consentit. * Cic: Attic: lib: 3. *Utinam illum diem* videam. Id in Verr: act: 2. *Negare non potes, atque utinam* neges. Interdum tamen in eadem significatione Futurô Indicativi Scriptores utuntur Hebræorum in morem. * Ter: Hec: *Ita me Dii bene* amabunt. Quod idem Terrent: ibid: act: 2. Scena 2. dixit. *Ita me Dii bene* ament. Interdum voce simili Præterito Perfecto. * Ter: Adelp: act: 2. *Dii me, pater, omnes* oderint: * Id: Andr: act. 3. *Utinam aut hic surdus, aut hæc muta* facta sit. id est, *fiat*.

SCHOLION V.

De Modo Conjunctivo.

1. GRAMMATICI Modum hunc *Conjunctivum, Subjunctivum, Adjunctivum* appellant. Cum enim tres Modi priores magna ex parte Verbi alterius adminiculô non egeant, hic alia sibi verba necessariò adjungit, nectitque beneficiô particularum *Cum, Quod, Si, Ni, Nisi, Quamvis, Licèt, Ut, Ac, Quò*, pro *Ut, Dum*,

vel

vel *Modò* pro *Dummodò*; & Relativi, *Qui*, *Quæ*, *Quod*, & provocabuli, *Quis*, *Quisquis*; & Particulæ *Cur*, *An*, *Num*: ut, *N scio*, *quis venerit*, *&c.* Interdum tamen particula, *SI*, reticetur. * Juv: sat: 3. *Græculus esuriens in cælum, jusseris, ibit*; id est: *Si Jusseris* * Cic: Philip: 13. *Recesseris omnes insequentur? manseris, hærebis* * Horat libr: 4. *Merses, profundo pulchrior evenit; luctére, multa proruet integrum cum laude victorem.* Sæpe etiam particula, UT, eleganter omittitur * Cic: ad Att: lib: 1. ep: 3. *Velim cæteris quoque rebus eum locum ornes.* * Et Ibid: *Nunc sentio, venias ad id tempus, quod scribis.*

2. QUINQUE habet Tempora, ut & Modus Indicativus, quanquam ea permutantur interdum, ut Præsens pro Imperfecto * Ter: Andr: *Tu si hic Sis, aliter Sentias* ib: act: 4. sc: 1. *Nam si cogites, omittas onerare me injuriis* Plaut: Aul: *Sexcenta sunt, quæ memorem si sit otium.* Virg: 4. Georg: *Ni jam sub fine laborum vela traham*, id est, *sentires, cogitares, omitteres, memorarem, esset, traherem.* Curandum verò, ut aptè tempora copulentur, sibique respondeant. Imperfectum, Imperfecto; ut: *Dicerem si scirem*; Plus quàm perfectum, Plus quàm Perfecto; ut *Dixissem, si Scivissem*, Cic: lib: 5. Tusc: *Nunquam id diceret, si te audiret.* * Attc: lib: 8. *Plura scriberem, si possem.* Id: in Bruno: *Si corpore valuisset, imprimis habitus esset disertus &c.* Quanquam interdum Imperfectum Plus quàm perfecto jungitur. Ter: Adelph: act: 2. Si attingisses, ferres *infortunium.* Cic: Attic: lib. 7. Si scriberem *ipse, longior epistola* fuisset. Sic & Modi permutantur interdum, Ovid: lib: 1. Amor El: 6. *Solus eram, si non sævus adesset amor*; id est: *solus essem, &c.*

3. PRÆTER Futurum *RO* syllaba finitum, est & alterum, quod in *RIM*, desinit, cum Præterito ejusdem Conjunctivi voce consentiens. Plaut: in Pseud: *Quis igitur drachman reddet, si dederim tibi?* Ter: Andr:

Andr: act: 1. *Si te exemerim; ego pro te molam:* Id: Adelph: act: 2. *Nec mora sit, si innuerim; quin pugnus continuo in mala hæreat.* Et in Passivæ vocis Futuro, Id: Hecyra. *Quin spolies, mutiles, quemquem nacta sis,* Quæ idem sunt, ac, *Dedero, Exemero, Innuero, Nacta eris.* Gellius, lib: 18. cap: 1. sub finem.

4. DIOMEDES: l. 1. Att: *Amaverimus, Docuerimus* &c. *Præteritum* acui, Futurum circufleсti, atque ideò illic correptâ; hic productâ pronuntiari dicit. Cui obstat, quod non raró Futuri penultima correpta reperitur, Tunc verò dicendum non à Futuro, *Ro*, sed ab alio Futuro in *RIM*, duci; nam hoc, ut Præterito simile est vocè ita & accentu.

5. FUTURUM subjunctivi primæ Conjugationis apud Priscos, *ASSO*, syllabâ terminabatur; ut *Amasso, Amassis*, Plaut: Amphit: *Si me irritassis hodie lumbifragium hinc auferes.* id: Mil: *Amassis*, dixit, & in Epid: *Commonstrassis*, & in Asin: act: 2, *Verbó, cave, supplicassis.* Apud: Cic: 3. de leg: *Interrogassit, Jndicassit, Imperassit, Creassit, Locassit,* & Passivè. *Quid Turbassitur.* Et Ennius apud Cic: de senect: *Curàmve levasso.*

6. SECUNDÆ Conjugationis in *ESSO*, ut *Habesso*, Cic: lib: 1. de leg: *Ni par, majórve potestas, populúsve prohibessit.* Plautus Asinar: act: 3. *Non pedem discedat, si licessit*, id est: *Licuerit*, Lucretius lib: 3. *Magis eam cohibessit*, id est, *cohibuerit. JUSSO*, autem pro *Jussero. Æn:* lib: 12. apud Virg: antiquum esse ait Servius.

7. TERTIÆ in IM, ut, *Faxim, Axim, Perduim, Creduim.* Plaut: Asin: act: 3. *Si istud quod dicis, Faxis*, id est. *Feceris.* De quibus in Defectivis sub fin: cap: 13.

S C H O L I O N VI.

Conjunctivus Modus accedente particula, CUM, quomodò reddatur Polonice.

1. Vernacula idiomata non apud omnes nationes eandem temporum rationem servant. Poloni enim (ut alios omittamus,) Imperfectum Conjunctivi Imperfe-

ctô fere simile reddunt, nisi alia adjungatur particula, v. g. Lætus essem, si te bene valere audirem: *Wesołbym był, gdybym słyszał, żeś zdrow.* Verùm accedente partcíula *Cum*, variis modis efferunt, v. g. Cùm sis vir bonus, neminem esse improbum suspicaris. *Żes sam człowiek dobry.* vel, *będąc sam dobrym*, vel *iakoś sam dobry, ták o nikim niérozumiesz, żeby miał bydź złym.*

2. Sæpius tamen vel per Gerundium tantùm, v. g. Cum te Pater unice diligat, illum aversari non debes. *Będąc Oycu iedynie kochanym, nie powinieneś od niego stronić.* Vel per Gerundium cum Verbo, v. g. Cum quatuor ipsos annos omnibûs membris captus jacuisset in lecto, tandem miserandum in modum animam efflavit. *Całe cztery lata leżąc*, vel, *leżowszy na łóżku, nic sobą nie władnąc, ná ostatek nędznie skonał.* Vel per Gerundium & participium, *v. g.* Nunquam ad me scribis, cum à me sæpissime longissimas literas acceperis. *Nigdy do mnie nie piszesz, maiąc*, vel *maiący ták często odemnie, ták długie listy.* Vel per Præpositionem & Nomen *v. g.* Cum ex Africa frater tuus discessisset, allatæ Lusitani Regis sint literæ, quibûs eum nusquam discedere jubebat *Po odieździe bratá twego &c.* Cùm fratres tuos ab exteris reduces salutarem, quo loco res tuæ essent, eos statim admonui. *Przy powitaniu braci twoich powracaiących z cudzych Kraiow &c.* Cum de adventu regio totâ urbe rumor percrebuisset &c, *Ná powieść*, vel *ná nowinę o przyieździe Królewskim &c.* Rumores illi de adventu hostium, cum Imperator in castra advenisset, repente omnes audiri desierunt. *Wieści owe o zbliżeniu się nieprzyiacielá zá przyiazdem Hetmańskim do obozu wszystkie nagle ucichły.* Vide hic, ni fallor, Conjunctivum Modum Latinum, Nominis & Præpositionum, PO, PRZY, NA, ZA, similiùmque ejusmodi beneficiô Polonicè reddi solitum. Quod loquendi genus, si probe, ut debet, pueri paulatim perceperint, ma-

gnum mehercle operæ pretium fecerint. Prudentiæ Magiſtri erit, id, quod hoc loco de Conjunctivo Latino Polonicè reddendo dicitur, invertere; & modum Polonæ phraſeôs Latinâ reddendæ obſervare.

S C H O L I O N VII.

Gerundia Polonica quomodò Temporibus Conjunctivi Latini reſpondeant.

1. Gerundiò Polonicô Latinè reddendô laborant ſæpe pueri, nec raró falluntur. Quocirca hoc locô animadvertendum eſt, Gerundiis ejuſmodi alterum ſemper adhærere verbum, quod ſæpiſſimè Potentialis Modi eſt, non raró tamen etiam Indicativi, aut Conjunctivi; ſi igitur pro Gerundio Polonico illud Conjunctivi Tempus Latinè extuleris, quod alterum Gerundio annexum offertur Verbum, rem totam nullô negotiô confeciſti. En aliquod exempla. 1. *Będąc Szlachcicem, powinieneś ſię wyſtrzegać tego wſzyſtkiego, co ná zacną oſobę nie przyſtoi.* Cùm nobili locô natus *ſis*, vitare *debes* quidquid honeſtum virum dedecet. 2. *Doznaiąc co dzień łaſk twoich, mam powątpiwać o twoiey ku mnie życzliwości?* Cum quotidianis à te *augear* beneficiis, *dubitem* de tuo mei ſtudio? 3. *Uſtawicznie od niego krzywdy ponoſząc, miałem go mieć za przyiaciela?* Cum perpetuis ab eo *vexarer* injuriis, eum mihi addictum *ducerem*? 4. *Nieprzyiaciel widząc iazdę ſwoię zniſzoną, ná głowę uciekáć począł.* Hoſtis cùm *viderit* (*vel*) *cùm vidiſſet* equitatum ſuum deletum, effuſiſſimè *cæpit* fugere. 5. *Rozumiciąc, że wcale nie mogę wyrownać w nauce drugim, począłem był tracić ſerce.* Cùm *credidiſſem* non poſſe à me ullatenus exæquari alios in ſtudio literario, *cæperam* deſpondere animum.

2. Cùm verò curandum Magiſtro ſit, quamcunque poteſt commodè uſui, exercitationi, prudentiæ ac authorum imitationi relinquat doctrinæ ſuæ partem (nam qui nihil omnino vellet præterire, ſinè ſingulari

præce-

præcepto, non absimilis esset ei, sanè parùm prudenti topiario, qui nullū in arbusculis, quas colit, surculum, nullum folium sine alligatura relinqueret) monendi erunt pueri, non ita se præscriptâ hic lege coarctari, ut omninô eo nonnisi tempore Gerundium vernaculum Latinè efferant, quod annexum Gerundio Verbum indicat. Sufficit enim plerumque, si *Præteritum Præterito*, etiam *Imperfectum Perfecto*, & *Plus quàm perfecto*, aut contrà respondeat v. g. *Ucząc się Grammatyki, wielem rzeczy poiął*. Cùm rudimentis *studerem*, multa *edidici*. *Powracaiąc z cudzych kraiow, niebespiecznieın był zapadł*. Cùm ab exteris *redirem*, periculosum in morbum *incideram*. Imo quandoquè *Præsens* etiam *Præterito* correspondere potest, v. g. *Niedziwuię się że tak nierychło do siebie przychodzisz, tak długo choruiąc*. Minimè miror, te tam lentè *convalescere*, cùm tam diuturnô morbò *laboraveris* &c.

3. Quod si ea, quæ secundô hoc numerô hucusque docuimos, perplexum reddunt quempiam, ut dubius hæreat, quandonam Gerundium Linguæ vernaculæ eodem omnino, quô & adhærens sibi Verbum efferendum est tempore; quando contrà concordia hæc rumpi possit, vel debeat: is dubium sibi suum utcunque dissolverit, si Gerundia lingvæ vernaculæ in Verba Conjunctivi, aut Indicativi Modi suàmet lingva assueverit aptè convertere. Tempus enim, in quod ibi migrabit Gerudium, hic etiam, in Latino videlicet sermone, adhibendum ferme erit. Res in allatis exemplis patet: nam primum illud rectè extulerit Polonus hunc etiam in Modum. *Ponieważeś*, vel *ponieważ iesteś Szlachcic, kiedyś Szlachcic* &c. 2. *Ja, który doznaię codzień*, &c. 3. *Ja, którym ponosił* &c. Ubi illud quoque observes, velim, ex allatis exemplis quædam esse ejusmodi, ut in illis pro Gedundio; modò hoc, modò illud Tempus Polonicum salvâ illæsâque sententia reponi possit: nam in tertio rectè dixeris.

Ponosiłem, vel *Ponoszę*, in quarto, *Rozumiałem*, vel *Rozumiałem był*, quod ipsum & in Latinis iisdem tuto licet.

4. VERBA illa, *Bywszy Widziawszy*, & id genus alia, quæ Stoinius quidem apud Cnapium Participia Activa esse credit, Cnapius ipse Verba Participialia, Ego (quod præfiscini dictum esto) Gerundia Præteriti vel Futuri Temporis malim dicere, cùm maximas huc usque difficultates & discentibus, & Magistris ipsis pepererint, non citra aliquod operæ pretium à nobis hic explicatum iri confido. De his igitur notandum, I. non nisi Præteritum vel Futurum Tempus significari iis posse. II. Adjunctum illis Verbum Præteriti Temporis certò significare, iis quoque rem præteritam denotari: ex adjuncto tamen illis Futuro non semper rectè intuleris ea quoque Futuri esse, v. g. *Usilniey zacznę pracować, odpoczą wszy sobie* Gerundium *Odpocząwszy*, exponi potest vel per Præteritum, *kiedym*, vel *ponieważem sobie odpoczął &c.* vel per Futurum, *Gdy*, vel, *iak sobie odpocznę*, prout videlicet mens loquentis fuerit. Huic verô rei discernendæ certior regula præscribi nequit, quam prudentia cujusque & judicium.

5. Junguntur quoque hæc eadem Imperativo, & pariter, modò per Præteritum, modò per Futurum exponi debent, v. g. *Odpocząwszy sobie wroć się znowu do pracy*. Quandoquidem refecisti quiete vires, laborem rursus repete, vel, Postquam vires quiete reficies &c.

6. Redduntur autem hæc Latine *Verbis Neutris*, factâ periphrasi ex Verbo & particulis. *Postquam*, *Ut*, *Cùm*, *Ubi*, *Simul*. *Simul ac* v. g. *Usiadłszy westchnął*, *padłszy umarł*, *wstawszy rzekł*, *stanąwszy krzyknął*, *Wypiwszy opuchł*, *Powrociwszy rozmowię się z tobą*, *Nauczywszy się powiem*. Postquam assedit altè suspiravit: Ut concidit exspiravit; Cùm surrexisset, inquit; Ubi substiterit, substitisset, exclamavit, Simul ac ebi-

bibit, infumuit; Ubi rediero, agam tecum. Simul di-dicero, dicam. VEL per Ablativum abſolutum, ſi Verba Participiis Præteriti uſitatis non carent. Hinc illa. DEPUGNATO. *Po bitwie.* Tranſcurſô, *Przebieg łſzy*, Morte obitâ, *Umarlſzy &c.* Confer cum dictis lib: 2. cap: 10. præcept: 7. & cap: 13. app: 2.

7. DEPONENTIBUS Verbis & *Communibus* per Participia Præterita: *Wyznawſzy zamilkł, Począwſzy nie dokonał: Ocknąwſzy ſię krzyknął: Umarlſzy poczerniał: Zbrzydziwſzy ſię porzuci, zapomniawſzy przeſtanie.* Confeſſus obmutuit, Orſus non perficit; Expergeſactus exclamavit; Mortuus nigruit; Abominatus relinquet: Oblitus deſinet.

8. PASSIVIS per Participia Præteriti in ablativo abſoluto: *Uyrzawſzy mię, wrocił ſię; Uſłyſzawſzy to, zamilkł: Wyyrzawſzy w Niebo weſtchnął. Dobywſzy miecza, ciął go.* Viſô me rediit; Auditô hoc obmutuit; Suſpectô cælo ſuſpiravit; Eductô gladiô illum vulneravit. Hæc ſi pro Accuſativo Membrum orationis habeant, ſinè ullo nomine ponuntur; *Uſłyſzawſzy że nieprzyiaciel bliſko, zaſzedł mu drogę.* Auditô, non longè abeſſe hoſtem, proceſſit ei obviam. *Nie dowiedziawſzy ſię należycie, w ktorą ſię ſtronę udał nieprzyiaciel &c.* Non ſatis exploratô, quam regionem hoſtes petiſſent: *Niewidziawſzy kto go uderzył na mnie ſię rzucił.* Non viſô, quis eum percuſſiſſet: me aggreſſus eſt.

9. ACTIVIS tamen ſubſequentibus hæc minus aptè redduntur ſæpiſſimè; v. g. *Napiſawſzy liſt, zdarłem go*, non ſatis aptè dixeris (inquit peritiſſimus Latinitatis Magiſter CNAPIUS) *Scriptam epiſtolam laceravi*, & rectè ſane; in his enim & ſimilibus non ſatis exploratam habemus loquentis mentem, quis enim mihi ſic loquendi divinaverit, ſcriptamne à me, an ab altero epiſtolam laceraverim? Dicendum igitur ſuadet hic Author (THES, fol. 1060.) *Ubi ſcripſi epi-*

stolam, vel *cum exarassem epistolam*, vel *scripta epistolâ laceravi eandem*. Quod verò de activis dictum est, idem intelligendum de aliis quoque transitivis Verbis, Nominibus, & Participiis, si per illa stet, quo minùs certa, & clara sit sententia. At ubi id non obstat, possunt Passiva, imo & Deponentia, & Communia Participia in eorum regimen transire v. g. *Parricidam illum, ultro peccata confessum obmutuisse audivimus &c.*

10. SUNT exempla apud bonos Authores, inquit Idem: in quibus Participia in ANS & ENS, Præteriti, & Futuri significationem habent * Cic: 2. Tusc: ante finem, *Pompejus cùm Rhodum venisset* decedens, (id est, postquam decessit) *ex Syria* * Plaut; *Credo hercle adveniens nomen mutabis mihi*. Plura vide apud citatum Authorem. Hæc tamen magno delectu imitanda.

11. *PLURA alia, quæ, aut ad Absolutum, quem vocant Ablativum, aut ad ejus, quæ illum excludit, locutionis constructionem pertinent, cùm hujus loci non sint, missa fecimus. Illud solùm monemus, uti ubique alias ita hic quoque faciliùs exemplis profici, quàm præceptis. Præceptiones certè illas, quas quisque fere docentium aliter, aliterq; pro arbitrio comminiscitur, cruciandis potiùs intricandisq; puerorum ingeniis, aut movendis litibus, quàm rei explicandæ aptiores fuisse, hucusque nemo est, qui non viderit. Imò qui rem totam citra partium studium contendendiq; ambitionem expenderit, non difficilè deprehenderit, difficultatem hanc vel totam, vel minimùm magnam partem è præceptionibus hisce prognatam esse. Ubi enim barbarum illud Dependetiæ nomen inauditum sit (uti esse constat apud alias Nationes) ibi neque tricæ hæ de re ulla, neque ullis in discente pueritia difficultatis sensus. Polonus igitur, Romanæ linguæ candidatus, puer, pro eximia gentis indole citra ullam fere difficultatem id genus, locutionibus expeditè reddendis assuverit, si Primo unum, alterumvè diem sedulus in hoc impenderit, ut adducta hic à nobis, & adducenda infra.*

strà suo loco Authorum exempla, tam ea, in quibus Ablativus hic cernitur, quàm illa in quibus Ablativo tali locum non esse ostenditur, cùm Latino (ubi id licebit) vulgariter, tum Patrio sermone iterum iterumq; convertat tamdiu, dum & expeditè id, ac citra ullum difficultatis sensum, possit facere, & memoriæ mandet optimè. ID UBI factum, proponantur ei per dies aliquot aliæ locutiones simillimæ, eæque primùm formatæ jam, & perfectæ, quas puer ad priorum normam tum in vulgares latinas, tum vernaculo sermone jubeatur convertere. UBI id quoque expeditè præstare didicerit, simplices cùm Latinas, tum Patrias loquendi formas primùm à Magistro dictatas, deinde proprio etiam marte, ut poterit, ad normam adductarum ab Emmanuele, effectas per id genus constructionis vertat, vertendasque æmulo proponat. ID aliquo temporis justi intervallo factitandum est ita, ut exercitii hujus initiò propositæ pueri locutiones referant, semper vivam quandam imaginem earum, quæ infrà. Eas verò ubi primo statim intuitu, & quasi è facie discernere condidicerit: procedatur paulatim ad alias, quarum forma non adeo accedat ad eas, quas adfert Emmanuel. JUBEANTUR deinde pueri inter explicandum Authores, qui prælegunt iis publicè, ad id genus locutiones attendere laude imò, & præmiolo demulceantur, ubi deprehenderint, imitentur in simili, aut dispari argumento. SIC procedens in aliis quoque constructionis Latinæ generibus diligens Ludimagister, haud pœnitendum operæ pretium brevi se fecisse deprehendet, experieturque nunquam satis laudato consilio visum esse Emmanuelem nostrum cùm ubique tam varia, tam accommodata ad rem, tam copiosa Authorum Exempla adducit. Hæc enim sola si peritè, & uti debent, tractentur, pro mille regulis, ac præceptis clarissimis, perfectissimisque facient.

12. *SED ut à Gerundiis exorsi in Gerundiis desinamus.*

mus, jam ea infinitis vernaculis conjuncta efferre latinè docebimus. Formæ loquendi apud nostrates sunt: Nie z bieżeć mu było, widząc że ucieka! Nie zagasić było co prędzey, postrzegłszy że gore? *Et circa negationem;* Czekać było, widząc że nadeydzie. Wybaczyć mu było, widziawszy że się słusznie gniewa. *Hic Gerundium vernaculum Præterito Conjunctivi efferendum Latinè est; in Infinito aut in Aposiopesin verbi quod ob affectum indignationis aliumve reticetur, docet Cnapius. Subauditur videlicet.* Co za nierozum! iaka nieostrożność! &c. *Unde Infinitum nostrum apud Latinos quoque effertur infinitè, esto finitè etiam & possit, & soleat. Dices itaque.* Te illi non occurrisse, cùm videres eum fugere? Te incendium non illico extinxisse, cùm vidisses ardere? Te non expectâsse tantisper, cùm scires eum superventurum? &c. *VEL Adjecto.* Tuam hominis pigerrimi ignaviam! Te stupidiorem truncô! &c. *Si verò hæc præposueris, non modo Infinitum illis subjungere uti supra reddemus, verùm Finitum etiam non ineleganter licet v. g.* Te hominum inprudentissimum, qui non quantocyus restinxeris cum videres ardere, &c. * *Virg: Æn:* 1. Menè Iliacis occumbere campis non potuisse? * *Cic: Attic:* Me cæcum, qui hæc antè non viderim. *Quod Polonus reddiderit.* I iám też ślepy, co ia za ślepy, mnie tego nie widzieć! *Plura similia Authorum tibi observatione parta sunto, confer cum dictis infrà sch: XI. n. 9.*

13. *Non negarim, alias præterea formas esse per Gerundium loquendi, quas tamen omnes persequi longum sit. Satis habuimus illas potissimùm attingere, quæ omnium frequentissimè videntur in sermonem incidere. Cæteras si quæ occurrunt, poterit Magister ipse discipulis facili negotio tradere.*

SCHOLION VIII.

De Modo Potentiali.

1. *MODUS hic, uti* & Permissivus, *sive* Concessivus *quin-*

quinque habet Tempora; atque, si Futurum solum excipias, easdem voces quas Conjunctivus; significationem tamen longe diversam. Unde apertissimè intelligimus, modorum diversitatem præcipuè ex significationis diversitate oriri. Quod ipsum patet in Declinatione Nominum, ubi aliqui Casus conveniunt secum quo ad vocem, distinguuntur tamen per significationem. CURET *itaque Ludimagister* Conjunctivum à Potentiali, *Potentialem*, à Permissivo *optimè discernere, alias hærebit frequenter in explicandis Scriptoribus*

2 *POTENTIALIS Modus dicitur, quòd* Potentiam, *seu, ut Priscianus loquitur,* Possibilitatem *adsignificat. Quare verbo* Possum *explicari solet. Non rarò tamen etiam verbis* Volo, Debeo, *prout nempe exigit loci sententia.*

3 *VOCES hujus Modi,* Sim? Amem? *cum interrogatione fere usurpantur.* Ja mam bydź? mam Ja kochać? *Quam ob causam interrogationis notam singulis Temporibus adjicimus, quanquam iisdem sine interrogatione non rarò utimur. Utriusque generis hoc in Scholio subjicimus exempla.*

4. *PRÆSENTIS exempla:* SIM? *Plaut: Amphitr:* Vir ego tuus SIM? * *Ter: Andr. act: 4.* Hic Vir SIT bonus? * *Crassum in Philippum apud Quint: lib. 8. cap: 3. fin:* Ego te Consulem PUTEM, cùm tu me non putes Senatorem? * *Vir: Aen: 1.* Quisquam nomen Junonis adoret? *id est;* adorare velit?

5. *AD majorem emphasim adduntur interdum particulæ:* UT, AN, NE, *Enclitica aut similes.* * *Cic: 1. in Catil.* Tu Ut nunquam te CORRIGAS? * *Ibid.* Te Ut nulla res FRANGAT. *Ter: Andr: act, 5.* TUNE impune hoc FACIAS? *Virg: 3. Aen:* Eloquar AN sileam; *i,* eloquine, an silere debeo?

*QUANDOQUE & sine interrogatione * Quintil: lib: 4. Cap: 9.* FRANGAS, citius quàm CORRIGAS, quæ in pravum induruerunt: *i,* frangere possis, &c. * *Id lib: 6.*

lib: 6. cap: 5. VIDEAS plerosque ira percitos. * *Cic:* 4. *in Ver:* Si quis novi quid instituerit; is non omnia rata esse PATIATUR, *i*, pati debet *Prisc:*

7. *PRÆTERITI imperfecti exempla.* * *Cic: pro Rab:* Tu denique quid FACERES in hac re; * *Ter: Andr: Act:* 4. *sc.* 1. DICERET *quid fecit*, Onby miał powiedzieć co zrobił? * *Sallust; in Conjur: Confectó prælió tum verò* CERNERES *&c.* Po batalii dopieroż tu było widzieć * *Virg: Aen:* 8. *At tu dictis Albane MANERES.* Ale ty Albanie powinieneś był dotrzymać słowa. * *Id: 6. Aen:* Quod corpus humandum DICERET! *Miałby mówić, &c.*

8. *PERFECTI exempla.* * *Plaut: Amphitr:* Tunè mecum tunc FUERIS? *Horat: Epod:* 16. Impunè ut urbem nomine IMPLERIS meo? *id est*, implere potueris? *Virg:* 9. *Æn:* Unus homo tantas strages impunè per urbem *ediderit?* juvenum primos tot *miserit* orco? *id est*; edere, mittere, potuerit * *Æn:* 2. OCCIDERIT ferró Priamus? Troia ARSERIT igni? *i*, æquanimè fuit, aut, debuit occidere? ardere? * *Cic: lib:* 5. *Tusc:* M. Antonii omnium eloquentissimi quos ego Viderim, *id est*, vidisse potui.

9. *PLUS QUAM Perfecti exempla.* * *Virg:* 4. *Æn:* Faces in castra Tulissem. Implessemque foros flammis, *id est*, implere potuissem, *aut* debuissem *Zapalić mi było*, &c. *Cic: pro Planco.* An, si in me vitæ cupiditas fuisset, omnium parricidarum tela commôssem? *i*, commovissem, commovere debuissem? commovere voluissem? *Id Cornif. lib:* 12. *c. p.* 22. Plura Scripsissem, nisi tui festinarent. *Suet: Vesp: cap:* 4. Maluissem, oboluisses alium.

10. *FUTURI exempla Hor: lib:* 1. *od.* 6. Quis Martem tunicâ tectum adamantinâ dignè *Scripserit?* i. scripsisse possit, poterit. *Cic: in Orat:* Pomeridanas quadrigas, quàm postmeridianas, *libentiùs* DIXERIM *Plin: lib: 8. cap:* 48. Nec facile DIXERIM, quâ id ætate

cæ-

cæperit. *Cic:* 1. *Tuſc:* Ego ipſe cum eodem ipſo non invitus ERRAVERIM: *Id: lib:* 1. *de Leg:* Ego verò libenter AUDIVERIM: *Virg: Georg:* 3. EXUERINT ſilveſtrem animùm. *HUC ſpectant præmonitiones illæ,* Ut ita dixerim; pace tua dixerim, &c.

SCHOLION IX.

De modo Permiſſivo ſive Conceſſivo.

1. PERMISSIVUS, ſive Conceſſivus Modus permiſſionem, ſive conceſſionem ſignificat, unde & nomen invenit. Diomedes eum *Speciem Conceſſivam* appellat. *Quæ,* inquit; *nequaquam volumus fieri, ea verbò concedimus, ut fiant, ut contendendi pertinaciam evitemus.* Ejus uſus in ſecundis potiſſimùm, tertiiſque Perſonis cernitur; primas enim, exceptò Futurô, non facilè invenias.

2. PRÆSENTIS exempla, * Cic: 6. Ver: SIT *ſacrilegus,* SINT *falſà ſanè, invidioſa certè non ſunt.* * Id. pro Dejot: PEREANT *amici, dum unà inimici intercidat.* Ter: Adelpl: act: 2. Profundat, perdat, pereat, *nihil ad me attinet.*

3. PRÆTERITI Perfecti (Imperfecti enim nullum habetur) exempla. Cic: 2. in Verr: *Malus Civis, probus Conſul, ſeditioſus homo Cn: Carbo fuit,* fuerit *ſanè aliis ſibi quando eſſe cœpit.*

4. PLUSQUAM Perfecti exempla. Virg: Æn: 4. *Verùm anceps pugnæ fuerat fortuna,* fuiſſet. Hic, *Fuerat* pro *Fuiſſet* poſitum eſt, ſicut apud Martialem lib: 2. epigr: 78. *ſi non erraſſet,* fecerat *illa minus;* id eſt, *feciſſet.* Et apud Hor: lib: 2. od 17. *Me truncus illapſus, cerebro* ſuſtulerat, *niſi Faunus ictum dextrâ levaſſet* i. *ſuſtuliſſet.* Poteris ſimilia exempla fingere etiam Primæ Perſonæ. Verùm in primo illo Virgilii, *Fuerat,* Indicativi, pro *Fuiſſet,* i, *eſſe* aut, *Fuiſſe potuiſſe* Potentialis, ultimum verò, *Fuiſſe* permiſſivi eſt Modi. Et præſenti tempore: *Vereris, ne, ſi verberetur ſervus, aufugiat:* aufugiat *ſanè.*

5. FUTURI exempla. * Cic: Acad: *Verùm restitero Peripateticis sustinuero Epicureos &c.* * Id: 5. Tusc: *Quàm sibi conveniat, ipse viderit.* Id: de amic. *Quem id rectè faciam, viderint sapientes.*

SCHOLION X.

De Modo Infinito.

1. INFINITUS, sive (ut loquitur Gellius lib: 1. cap: 7.) *Indefinitus Modus* dicitur, quia cum priores Modi omnes apertè sibi certos Numeros, Personasque definiant: ut *Lego, Legis, Legit, Legimus, Legitis, Legunt;* in Infinito Personæ eædem ac Numeri incerti sunt, obscureque latent, nonnisi Pronominum beneficio evolvendi, ut, *Me, Te, Illum, Nos, &c. Amare.*

2. Verba omnia cujus vis terminationis conjungunt in hoc Modo simul unaq; voce Præsens Imperfecto, & Perfectum Plus quàm Perfecto, Nàm, *Scio te amare literas,* Præsens est. *Sciebam amare literas* Imperfectum est, *Scio me ad te scripsisse,* Perfectum est, *Sciebam me ad te scripsisse.* Plus quam perfectum est.

3. AT quæ Passive terminantur, in iis Perfectum & Plus quam perfectum suppletur ex infinito, *Esse*, vel *Fuisse*, & Participio Præteriti Temporis mutatis Numeris, & Generibûs pro re, de qua agitur. Cic: Philip: 2. *Clodium meô consiliô* interfectum esse *dixisti* * Id: Fam: lib: 2. ep: 9. *Certiorem te per literas scribis* esse factum, *me cum Cæsare & Appio esse in gratia &c.*

4. Ex omnibus Latinis Verbis unicùm tantùm exstat Verbum substantivum, SUM, cui proprium Infiniti Futurum, FORE remansit, integrum, jungiturq; cùm omnibus Generibus, & utroque Numero. Cic: Fam: lib: 6. ep: 1. *Neque ego ea, quæ facta sunt,* fore *cùm dicebam, divinabam futura.* Id: ibid: 1. ep: 3. *Vehementer confidit his meis literis, se apud te gratiosum* fore.

5. IN cæteris ergo Verbis (quod & in substantivo SUM, usurpare licet) Futurum Activæ significationis hu-

hujus Modi proprium ſuppletur ex Infinito *ESSE*, vel *Fuiſſe*, & Participio in *RUS*, mutatis Numeris, Caſibûs ac Generibus, prout res poſtulat. *Cic: Attic: lib:* 6. *ep:* 3. *Illum cum* Futurum eſſe *puto, qui eſſe debet*, *Id: Philipp:* 8. *dixit aliam ſententiam ſe* dicturum fuiſſe, *Id: in Verr: act:* 4. *lib:* 3 *Non moleſte fero, me laboris mei, vos virtutis veſtræ fructum* eſſe laturos.

6. PASSIVÆ tamen ſignificationis Futurum ejuſdem Modi Proprium ex infinito, *IRI*, & Supino Priore conſtat; ut *Amatum iri, Doctum iri*, Cic: lib: 1. de divin: *Vaticinatus eſt* madefactum iri *minus triginta diebus Græciam ſangvine*. Id: Attic: lib: 2. ep: 20. *Addit Pompejus ſe prius* occiſum *iri ab eo, quam me* violatum iri. Ter: Hetyr: Prolog: *Rumor venit*. datum iri, *gladiatores*. Atque hoc Futurum ita Paſſivorum, ac Communium tantùm Verborum eſt proprium, ut à Deponentibus etiam Paſſiva ſignificatione formari nequeat. Hæc enim ſi Paſſivam aliquando ſignificationem dimiſerint, Futurum in ea ex Participio in *DUS* & infinito *ESSE*, vel *Fuiſſe!* duntaxat poſſunt admittere, vid: lib: 1. cap: 13. QUAMVIS Probus, Donatus, Priſcianus poſteriorem hanc futuri ſupplendi rationem pro futuro propriè tali non agnoſcant fere: quòd Participia in *DUS* neceſſitatem potiùs congruentiamvè quàm Tempus ſignificent, etiamſi ſextum poſt ſe caſum habeant Cic: in Rull: *Non eos in Deorum immortalium numero* venerandos *à vobis & colendos putatis?* Hic non tempus futurum, ſed neceſſitas ſignificatur. Sic fere ſemper vide Rudim: ſcholio particulari, & lib: 2. cap: 14.

7. PRO infinito *Eſſe*, Participia in *RUS*, frequentiſſimè; Participiis in *TUS* & *DUS* rariùs adhæret *FORE*, Cic: Att: lib: 5. *Deinde addis, te ad me* venturum fore: *Id: ad* Brut: lib: 11. *Quos ſpero brevi tempore ſocietate victoriæ* copulatos fore. *Id* Att: lib: 3. *Quaſi divinarem* fore: *mihi aliquando* expetendum *ſtudiū tuum*.

8.

8. DIOMEDES. Donatus, aliiq; Grammatici addunt alteram Futuri activi circuitionem ex Priore supino, & Infinito, *IRE*, vocis Activæ; *ut, Amatum ire, Doctum ire* Qui loquendi modus singularem elegantiam habet, contentionémque, sive studium in agendo significat. Præsentis tamen Temporis, non Futuri vim continet. Plaut: Bachid: *Desistas ire oppugnatum* i. *oppugnare cum studio.* Liv: lib: 9. Bell: Maced: *Vitricus tuus vitam tuam perditum ire hoc facto properat.* Gall: lib: 4. cap: 6. *Volo adjutum ornatumque ire noctes tuas*, id est *adjuvare atq; ornare.*

9. QUAMVIS verò, *Occisum ire, Violatum ire, Direptum ire, Madefactum ire, &c.* Activa voce nihil aliud quàm *occidere, violare, diripere, madefacere.* Tempore Præsenti significant, ut docuimus; tamen *Occisum iri*, & reliqua patiendi voce, Futuri sunt Temporis. Cic: Attic: lib: 9. *Quem tu locum Græciæ non direptum iri putas?* Liv: lib: 1. *Cecinit sibi aram hic dicatum iri.*

10. Prisci Futurum Activæ vocis Modi hujus *RUM* syllabâ terminatum in omnibus Verbis adhibuere, quod omnibus, generibus, ac utrique numero, non secus, ac *FORE*, accomodabatur. Valerius Antias, *Aruspices dixeris omnia ex sententia processurum.* Gracch: *Credo inimicos meos hoc dicturum.* Quos imitatus Cicero in Verr: act: 6. lib: 5. *Hanc sibi rem præsidio sperat futurum*, Vide Gellium lib: 1. cap: 5.

11. Fuit & aliud Futurum Modi hujus commune pariter ac invariabile, Priscis usitatum, *Asfere*, syllabis terminatum ideo, quòd à prisco conjunctivi Futuro, in *Asso* desinente, duceretur, Unde *Expugnassere, impetrassere* i, *Expugnaturum, impetraturum esse* Plaut: Amphitr: *si summa vi eorum oppidum expugnassere.* Id: Mil: *Hercle credo te facilè impetrassere.* Id: Captiv: *Illam confido me reconciliassere &c.*

SCHOLION XI.

Vernaculi Infiniti Tempora qua ratione reddantur Latinè.

1. INFINITUS Modus quamvis naturâ suâ Personas, & Numeros non nisi involutos, & implicatos habeat, libet tamen in *Præsenti* eos explicare; ut hujus etiam Modi variam significationem, & usum jam inde à primis rudimentis pueri cognoscant.

2. Navis, & suorum profectûs, ac culturæ avidus Ludimagister toto pectore in hoc incumbat, ut barbarum illud Latinitatis puerilis vitium, quod illi vernacula Infinita infinitis item Latinis malè reddunt, exstirpet radicitùs. Quod ut tantò felicius præstare possit, nos hic aliquas ejusmodi loquendi formas addemus.

3. Infinita igitur illa, vernacula, quibus interrogationem nostrates exprimunt; ut, *A bić go? czekać cię tu? à pisać co?* ut semper subaudiri sibi volunt hæc, vel horum similia, *Każesz go bić? Trzeba cię tu czekać? Chcesz żebym to pisał? Mamże to pisać?* ita iisdem abjectis finitè, vel infinitè efferri debent. *Vis, percutiam?* vel *Vis, ut percutiam? Jubesnè, ut hic te exspectem? Jubesnè hic te expectari? Debeonè id scribere? scribendumne id?* Peculiares, & longè elegantissimæ id latinè efferendi formulæ illæ sunt; *Vin?*) Apostrophus est de quo vide fin: lib: 3) *tu id fieri?* Terentius *Idne estis authores mihi? Vocon? ego hanc, quæ se quærit? Verberor illum?* Huc refert, quod eximius Latinitatis Magist: P. Cnapius monet, Latinos videlicet cùm interrogant, non uti Particula *SI*, quamvis citra interrogationem loco *AN* eandem particulam ponant. Unde Terentius *Visam, si domi est.* Columella, *Custos gallinarium auscultet, si pulli pipiant.*

4. Illa quoque. *Niewidać go odtąd: Nie rozeznać koloru. Nisłychać głosu. Nie znać po nim. Czuć tu zapach, smrod, stęchliznę, &c.* vel solo Indicativo, *Non apparet hactenus. Non discernitur color. Non auditur vox. Non refert.* (puta *fronte, oculis, veste, &c.* Unde Tacitus, *Vultus ferebat quos spiritus gessisset.* Znać mu było po twarzy, &c: *sentitur odor, fætor, putor, rancor,*

cor, &c. VEL si Potentia, seu possibilitas (ut vulgus loquitur) aut impotentia his significatur, per verbum *Possum*, infinitumq; passivum efferuntur. *Non potest discerni color, Nequid audiri vox, &c.* Elegantissimè verò per secundas Personas Potentialis modi; *Niewiedzieć iak mu dogodzić.* Nescias *quo pacto ejus morositati cupiditati &c.* satisfacias; & in Præterito, *Niewiedzieć kogo było słuchać.* Nescires *utri illorum obsequendum* esset. Hæc tamen fortasse faciliora tyronibus; *Incertum mihi erat, non potui apud me statuere, cui obedirem,* &c *Non inveniebam modum eos placandi, &c.*

5. Per eundem Potentialem & hæc horùmque similia Latinè reddes; *Iak się tu niedziwować? Iak tu takiego nie bić? Iak go tu było nie chwalić? Iak go tu będzie przyiąć?* Quis *hic non admiretur!* &c. *Quis hunc talem non verberet? Hunccine impunè quisquam abire patiatur? Quis enim hic non laudasset? Quis illum* (puta *hospitem*) *dignè, receperit?* vel per secundas Personas ejusdem Modi. *Qui* (id est, *quomodo*) *non mirere? Quomodo huic pareas &c* imò & per primas ejusdem vel Futuri Indicativi. *Quomodo non mirer? Qua ratione illum venientem excipiam.* Cic: Philip: 13. *Quis non* doleat *interitum talis & viri, & civis?* id pro Cæcin: *Quid tu huic homini facias.* Quintil: lib: 6. cap: 5. vides *plerosque ira percitos &c.* Cic: de Senect: *Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum, olivetorumque specie dicam?* Vir: Æn: 2. *Quis cladem illius noctis, quis funera fando explicet!*

6. Cùm Interrogativis illis & Infinitis, *Quis Qualis, Uter, Quantus, Quot, Quotus*, & aliis quæ Verbis *Audio, Video, Scio, Intelligo nescio*, aliisq; idgenus junguntur; Poloni Infinitum Verbum ponunt. *Niewiem komu wierzyć, Wie gdzie co powiedzieć. Niewidzę co brać. Wiem sita mu dać.* In his reddendis Latinè Infinitus noster Conjunctivo efferendus est. *Nescio cui credam,* vel *credere debeam. Novit quid, &*

ubi

ubi dicat. Non video, quid accipiam, vel *accipere debeam*, vel *accipiendum sit. Scio quod dem*. Sic in aliis temporibus. *Nie miałem mu co dać*, quod darem. *Niebyło gdzie siesć*. ubi federem.

7. Adhibent item Nostri Infinitum, Gerundiorum, & Supinorum locò; ut *czas wstać, poszedł spać* Quorum Latinè efferendi præcepta, esto nec illico, nec simul proponi debent tyronibus, tamen captata modi occasione meliores loquendi formulæ paulatim illis inculcandæ, ita enim fiet, ut priusquam præcepta noverint; quasi aliud agendo, eximiô quodam Latinitatis succô tingantur imò & imbuantur.

8. In illis, loquendi modis *Ot temu było być Krolem*, (ironicè aut verè, (*Bydło tobie paść, nie &c. W piasku iemu ieszcze grzebać, &c.* in his, inquam similibusve aliquid semper infinito subauditur, quod si apertè adjeceris, nullô negatiô latinè extuleris, v. g. *Docuit sanè hunc regnare. Bubulcum melius ageres* (vel si placet) *opilionem subulcum, agasonem &c. quàm hominum moderatorem*. Sic Plautus: *Ut matronarum facta hic pernovit probè! moribus præfectum mulierum hunc factum velim*. Polonus dixerit: *Patrzay iak &c. Ochmistrzem mu było być*.

9. Affinia istis sunt, nisi quod insuper interrogationem, exclamationem cum admiratione indignatione aliovè affectu contineant. *Mnie tak ciężko pobłądzić! Tobie się tego nie spodziewać! I mu tak nagle umrzeć!* Quæ Latinè quoque eleganter per Infinita extuleris. *Men, tam graviter aberrasse? Te id non sperare? Illum tam subitò è vivis raptum esse?* Subauditur enim semper; *Equum, Possibile. Credibile*, & similia, quæ eleganter tacentur, addi tamen etiam apertè possunt. Confer cum dictis supra Schol: 7. num: 15.

10. Infinita vernacula perfecti vel Plus quam perfecti, quibus semper Impersonale *Było* adhærere consuevit; ut, *Czekać było, Niechodzić tam było, &c.* bifari-

fariam Latini efferunt. *Primo* per verbum, *Oportet* Supino priori (quod longè elegantissimum) vel Infinito junctum. Cic: *Oportuit factum esse: Oportuit communicatum. Adolescenti morem gestum oportuit. Ut ut erat mansum tamen oportuit.* Terent: *Irritari Antonium non oportuit.* Cic: *Secundo per* Optativum Cic: *Restitisses, mortem oppetisses potius, quàm &c.* Terent: Hem prædiceres! *Hey byto przepowiedzieć!* Plautus *At tu* ne clam me comesses prandium. *Nie ziadać byto przedemną.* Ad priorem efferendi modum pertinet. *Opus* cum Ablativo Participii Præteriti temporis. v. g. *Consultò opus fuit &c.* v. infra l. 2. c. 15. Præc: 11. Append:

S C H O L I O N. XII.

Quid Gerundia, & Supina? cur inventa? an Passivè quoque significent, & Gerundia interdum, E, in U mutare.

1. QUID sint Gerundia, & cur ita dicta; quid item supina: non convenit inter Grammaticos; Diomedes quidem censet, Gerundia, & supina sextum esse Verborum Modum; alii vero ut Phocas, Donatus, Priscianus, Nomina Participialia malunt dicere. Verùm magis placet quod Quintilianus lib: 1. cap: 4. indicat, quòd videlicet Supina appellat Verba Participialia: idem verò dicimus & de Gerundiis. Cum enim Græci pro Gerundiis: ac supinis, quibûs carent, Infinitô utantur Articulorum, & Præpositionum adminiculo, Latini hæc Verba Participialia excogitarunt, ut crebram, molestamque Infiniti repetitionem vitarent.

2. QUÆ enim Latini dicant; *Efferor studio Patres vestros videndi. Quis est tam in scribendo impiger? Inter spoliandum corpus hostis exspiravit. Abi deambulatum. Turpe quidem dictu &c.* Ea Græci sic dicerent: *Efferor studio Patres vestros videre. Quis est tam in scribere impiger? Inter spoliare exspiravit. Abi deambulare, Turpe dici,* Quas loquendi formulas Latini quoque Pöetæ frequenter, Historici interdum usurpant. Liv: lib. 3. *Tempus est, aut pacem componi, ut bellum geri.* Tibull:

lib:

lib: 2. eleg: 3. *Causa perire fuit* i, *pereundi* Hor: Carm: 8. *Ritè maturos aperire partus lenis Hilythia* i, *lenis in aperiendis partubus.* Et mox Ibid: *Vósq; veraces cecinisse Parcæ*, i, *veraces in canendo.* Id: lib: 1. Od: 11. *Et celerem sequi Ajacem*, i. *ad sequendum*, ut sentit Prisc: lib: 18. Ovid: Ep: penult: *Rettulerat Nestor nato, te quærere misso* i, *misso te quæsitum*, seu *ad te quæsitum*, seu *ad te quærendum*. Et sexcenta ejusmodi apud Pòétas.

3. GERUNDIA omnia significationem habent activam, & in DI quidem, perquàm rarò Passivam. Justian: lib: 17. *Arymbas Athenas erudiendi gratiâ missus.* i *ut erudiretur.* Quó spectat & illud Terrentii Prolog: Heaut: *Novarum qui spectandi faciunt copiam.* Et Suet: in Aug: cap: 98. *Permissâ jocandi licentiâ, diripiendique pomorum*, i *Spectandorum Diripiendorum*. In DO, etiam non raro Virg: Ecl: *Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis*, i. *dum incantatur*. Id, lib: 3. Georg: *Uritq; videndo fæmina*, i. *dum videtur*. Id: ibid: *Alitur vitium, crescitq; tegendo*, i. *dum tegitur*. Lucr: lib: 1. *Annulus in digito subter tenuatur habendo.* Et in DUM, interdum, Virg: 3. Georg: *ante domandum ingentes tollunt animos*, i *antequam domentur*. Sal: in Jug: *Cum ipse ad imperandum dissidium vocaretur* i. *ad imperata faciendâ*, antiqua planè loquendi ratio. Cic: lib: 9. ad Pæt: ep: 25. *Huc ades ad imperandum, sive ad parendum potius*, Sic enim antiqui loquebantur. Qua ratione & ipse Cicero videtur locutus de Nat: Deo: lib: 2. extremo. *Qua pecude, quòd erat apta hominibus ad vescendum*: i. *qua homines vescerentur.*

4. Supina in UM, Activam significationem habent: ea tantùm Passivam, quæ sunt à Neutro Passivis, *Venum*, *Vapulatum*. Hæc verò infinitorum Futura: *Lectum iri*, *Visum iri*, & similia, non à Supinis *Lectum*, *Visum* sed à verbo *IRI*, passionem mutuantur. Omnia verò Supina in U. passivè sumuntur, v. g. *Mirabile dictu.* Quanquam Diomedes lib: 1. & Priscianus lib: 8.

 inter

interdum Activè sumi doceat. Favet iis Plautus in Menchim *Obsonatu redeo*. Et Cato de re Rust: *Primus cubitu surgat*. Et Statius lib: 1. Achil *Quem nunc venatu rediturum*. Aliqui tamen hæc Nomina quartæ declinationis, non supina censent.

5. In Tertiæ quartæq; Conjugationis Gerundiis in DI, DO, DUM, ac Participiis ejusdem flexionis in Dus, Veteres, E, penultimæ syllabæ per U. efferebant. * Ter: Audr: Prol: *Nam in prologis scribundis operam abutitur*, i. *scribendis*. * Ibr act: 1. sc. *Dii date facultatem, obsecro, huic pariundi* i. *pariendi*. Apud Plautum hæc crebra sunt, & apud Salustium antiquitatis affectatorem in Caril: *Libido eos invaserat Reipub: capiundæ*. * Et ibid: *Impunitatem Reip: Perdundæ fore credebant*. * Ib: *Tanta vis hominum leniunda potius, quàm exagitanda videbatur*. Alii quoque scriptores interdum Liv: lib: 6. *In nos quid arma polleant vestra, si parendo experiundum est, inermes experiemur*. * Cic: Fam: lib: 9. ep: 14. *In consiliis capiundis*. * Et lib: 2. ep: 10. *Existimavit tamen esse faciundum*. * Id: pro C. Rab: *Hic videlicet perblandus reperiundus fuit*. * Id: pro Cæcin: *Qui ad constitutum experiundi juris gratiâ venissent*. Sic *Rei gerundæ &c.* ex quo nonnulli Gerundia dicta esse arbitrantur.

6. Hinc apud juris consultos, qui Veterum edicta, legésq; interpretati sunt, exstant in Pandectis tituli; *Communi dividundo. Ad legem Julium de repitundis Familiæ erciscundæ*, i. *rei hæreditariæ dividendæ* Quas veterum loquendi formas Cicero, aliqui: Scriptores nunquam sibi putarunt immutandas; sic: * lib: Fam: 7. Ep: 22. *Quod jus statues communi dividundos*. * Id: pro Sext: *Cæsar legem de pecuniis repetundi, non putat esse legem*. * Id: pro Cluent: *Clames te, lege pecuniarum repetundarum non teneri*. * Id: pro Cæc: *Nomine hæredis arbitrum familiæ erciscundæ postulavit*. * Id: de Orat: *Idem erciscundæ familiæ causam agere non potest*. Sic,

Ju-

Juris dicundi. Cic: pro Muræna. *Et act: 3. in Verr: *Pecuniam ad jus dicundum dedisse,* Et ejus generis alia.

A D M O N I T I O.

Cùm in explicatorum hic à nobis Modorum trium præcipuè postremorum perfectâ notitiâ tanta insit utilitas, curabit Magister, ut, quod supra Cap: 2. in Admonitione commendavimus, in Potentiali quoque, ac permissivo Modo, imò & illis, de quibus proximè Schol: XI. loquendi formulis exequatur, ac breves ejusmodi locutiones, quas creberrimè in usu esse advertet, simplicis Conjugationis locò, decurri Latinè jubeat, Imò sive ipsi pueri inter sese palàm decertent, sive scribendi argumentum è dictantis ore excipiant, sive Latinum, qui in Classe prælegitur, Authorem explicent, semper illum sibi scopum præfixum habeant, ut, sermonis Latini ad vernaculum, & vernaculi vicissim ad Latinam consonantiam dissonantiàmve,, singulares item, quæ tum in hoc, tum in illo adhibentur, exprimendi modos, ac proprietates diligentissimè consectentur. Nec quidquam eorum, quæ in usu habent, unquam sit, quod seu ex vernaculo Latinum facere, seu contra è Latino in Patrium transferre maxima cum sermonis proprietate non jubeantur, conentur, doceantur. Imò noverit Magister ipse, se quoque nunquam Latini sermonis copiam, vim & elegantiam esse ita comparaturum; ut hæc eadem Discipulis quoque, cùm volet debebitque, quàm maximè impertiri possit, nisi longo tempore ita antiquos Latinitatis Principes volvat, imò terat; ut quidquid in iis legit, vernaculo sermone à semet exigat, atqui se ipsò hortato illud contendat obtinere, ut, quod cuique idiomati quavis in re maximè proprium sit, pernoscat, ac ediscat. Vicissim verò, quidquid vernaculo sermone effert, legit, vel audit, qui Latinè efferendum sit, semper cogitet. Rudia deinde Discipulorum ingenia cùm eodem modo formare satagetі; tum in id incumbet vel maximè, ut tam ea, quæ æmuli sibi objiciunt, quàm, quæ ipse dictat quotidie, sint è maximè usitatis ac necessariis loquendi formis. Æternò Proinde

exiliô damnabit pestes illas Gymnasiorum, quæ miseranda puerilium ingeniorum contagione grassari apertè solent. Ex iis sunt. I. *Cùm ineptis ad rem præsentem vocabulis utuntur eo fine, ut difficultatem, negotiùmq; facessant æmulis,* v. g. *Amo,* Brat, *Odi,* Nieprzyiaciel, *Veneo,* Kupuię, przedaię *Penates,* student, *Cum Anomala, defectiva, Aptota, aliaq; ejusmodi violentè ad loquendum adhibent; ut Quæso dicerem* Profilbym. *Cete, quibus competit nomen, Discolor,* Wieloryb pstry, *Res, quæ vocantur Repetendorum,* Kradzież &c. *Quid enim hîs ineptius, imò quid perniciosius? an alia de causa Defectiva hæc sunt, quàm quod in eo Genere, Numero, Casu, Tempore, alibve attributo nunquam ea Latini adhibeant? Hoc si ita est, cur in earum In vocum naturam cur in omnem Latini sermonis usum violentus esse pergis? Ut condiscant, inquit, pueri Defectiva hæc esse, quæ verò ista rei condiscendi ratio? quæ methodus? Defectiva sunt? ergo docendus potiùs puer est, ubi hæc talia sibi proponuntur, respondere, locum hic iis non esse, alia adhiberi debere: quorsum autem ineptissimæ illæ circitiones? An non major inde manat pernicies, cùm pueri hanc Defectivi supplendi rationem legitimam esse credunt, arripiunt, condiscunt, adhibent* III. *Cum easdem perpetuò, idq; insalsissimas locutionum formas usurpant: neque aliud Latinè loqui sciunt, quàm de negligentia vel diligentia: de navo vel ignavo studioso: de discoloribus animalibus, aut avibus, neque aliter, quàm ineptô illo modô;* Wyszedłszy ia, Obaczywszy ia, &c. *an non præstiterit, ita illis concertandi tempus partiri, ut modò quidem vernaculas loquendi formas, quibus maximè quisque utitur, latinè reddendas æmulis proponant, modò Latini aliquit, puta Authorum quos producit Emmanuel, aliorùmve sententias aut contextum Patrio sermone reddant; modò de Historia, quæ illis discendo proponitur, modò de suæ Classis Syntaxi quæstiones sibi solvendas objiciant, modò Arithmeticas operationes instituant &c.* IV. *Cùm*

pri-

privatim traditis præceptionibus (doctrinas conditionésve ii *appellant,*) *obruuntur, nec per compendia, usu videlicet, exemplis, & exercitatione perpetua, sed inextricabilibus quibusdam ambagibus; nullo sanè, vel maligno profectu; maximo autem temporis dispendio ingeniorúmq; torturâ deducuntur. V. Cùm declarandorum Emmanuelis præceptorum modum ac rationem sinè modo, ac ratione adhibent. Fieri enim consuevit, ut, quidquid ex Emmanuele discunt, id certis Verborum formulis cogantur explicare, ut dicitur; reapse vero ingenium, & memoriam cruciare. Persæpe enim non minùs Emmanuelem ipsum quàm traditam sibi illam Emmanuelis explicationem non intelligunt. Quid igitur facto opus est? Ubi nempe Emmanuel satis superq; capi potest à pueris, si ejus præceptum vernaculo sermone redditum, declaratúmque, ut potest, audiant, id sufficiat: nec amplius oneris quidquam imponatur, quàm ut usu probent, quod intellexisse se asserunt. At si intricatior alicubi occurrat nodus, adhibenda explicatio est tum Patriis, tum Latinis verbis, si qua potest plenioribus. Minimè tamen à pueris exigendum, ut traditam explicandi formam ad verbum, quod ajunt, reddant memoriter. Sufficerit, ut, quibus tandem possunt verbis, usúq; peritiam probent suam. Imò ne quidem omnino ab iis postulandum, ut, quod percepisse se dicunt proprio statim à semet reperto exemplo confirment palam. Multùm effecisse credendi sunt, si alieno saltem, rectè Latinè reddito comprobare, quod dicunt, queant. Ad extremum, cùm, uti Emmanuel ipse admonet,* aliud sit, rationem, viamq; tradere, qua Latinam linguam discas, aliud Grammaticas quæstiones, nodósq; difficiles explicare *meminerit Magister, primum illud officii sui esse; alterum nequaquàm nisi carptim & paucis, quantum sc: ad primum illud consequendum opus fuerit. In hoc igitur incumbat toto pectore, ut Discipuli purè copiosè, & expeditè Latinè loquantur potiùs quàm ut inquinatissimâ*

illâ-

illa, qua ſolent, Latinitate, dubia, & quæſtiones moveant. Hæc omnino eſt Emmanuelis mens, hoc votum: is enim cum in ejuſmodi quæſtiónem quodam loco incidiſſet, nulló eam dignatus reſponſó concludit. Hac & ejuſdem generis quæſtionibus prætermiſsis, exemplis potius exerceantur pueri quàm ſtudioſiſſimè. Aſſueſcant deniquè potius emendatè loqui & ſcribere, quàm barbare diſputare. *Hæc ille l. 2. 1. edit.*

VERBI DEPONENTIS CONJUGATIO.

CAPUT X.

UTOR, *Verbum Deponens Conjugationis Tertiæ ſic conjugabitur.*

Indicativi Modi tempus præſens.

Numerò ſingulari.	*Numerò Plurali.*
UTOR, uteris, vel utere, utitur, *Używam.*	Utimur, utimini, utuntur, *Używamy.*

Præteritum imperfectum.

Utebar, utebaris, v. utebare, utebatur, *Używałem.*	Utebamur, utebamini, utebantur, *Używaliśmy.*

Præteritum perfectum.

Uſus, uſa, uſum, ſum, v. fui, es, vel fuiſti, &c. *Używałem, użyłem.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Uſus, uſa, uſum, eram, vel fueram, eras, vel fueras, &c. *Użyłem był.*

Futurum.

Utar, uteris, v. utere, utetur, *Będę używał, użyię.*	Utemur, utemini, utentur, *Będą używali, użyią.*

Imperativi Modi tempus præſens,

Utere, vel utitor, utatur, *używi, używay.*	Utamur, utimini, v. utimінor, utantur, *Użyimy.*

Futu-

Futurum sive Modus mandativus.

Utitor tu, v. uteris, v. utere, utitor, ille v. utetur. *użyi więc.*	Utiminor, vel utimini, utuntor, v. utentur, *niech więc użyią.*

Optativi Modi tempus præsens & imperfectum.

Utinam uterer, utereris, v uterere, uteretur, *Obym używał.*	Utinam uteremur, uteremini, uterentur, *Obyśmy używali.*

Præteritum perfectum.

Utinam, usus, a, um, sim, vel fuerim, sis, v. fueris, &c.

Præteritum plus quàm perfectum.

Utinam usus, a, um, essem, vel fuissem, esses vel fuisses, &c. *Obym był kiedy używał, zażył.*

Futurum.

Utinam utar, utaris, v. utare, utatur, *Obym zażył.*	Utinam utamur, utamini, utantur, *Obyśmy zażyli.*

Conjunctivi Modi tempus præsens.

Cum utar, utaris, v. utare, utatur, *Gdyż zażywam.*	Cum utamur, utamini, utantur, *Gdyż zażywamy.*

Præteritum imperfectum.

Cum uterer, utereris, vel uterere &c. *Gdym używał.*

Præteritum perfectum.

Cum usus, usa, usum, sim, vel fuerim, sis, vel fueris, sit, vel fuerit, *Gdym użył.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Cum usus, usa, usum, essem, vel fuissem, esses, vel fuisses, &c. *Gdym był użył.*

Futurum.

Cum usus, usa, usum, ero, vel fuero, eris vel fueris, erit, vel fuerit, *Gdy użyię, zażyię.*

Infinitivi Modi tempus præsens, & imperfectum.

Uti, *Używać*, & *iż używam, używasz, używałem &c.*

Præteritum perfectum, & plus quàm perfectum.

Usum usam, usum esse, v. fuisse, *Użyć było*, & *iż użyłem, użyłeś, użyłeś był, użył był.*

Plu-

Pluraliter

Usos, usas, usa, esse, vel fuisse, *Używalismy &c.*

Futurum Activum

Usurum, am, um, esse, *Mam użyć, & iż ia użyię, &c.*	Usuros, as, a, esse, *Mamy użyć, & iż my użyiemy &c.*

Futurum Passivum

Utendû, am, um, esse, *Ma się użyć, & iż będą mię, używal, użyią mię &c.*	Utendos, as, da, esse, *Będą nas używać. &c.*

Futurum præterito mistum Activum

Usurum, ram, rum, fuisse, *Ze używałbym był.*

Passivum

Utendum, am, um, fuisse, *Ze używano by mię było.*

Gerundia

Utendi, - - *Używania.*

Utendo, *Używaiąc*, utendum, *ku używaniu.*

Supinum

Usum, - - *Ná używanie.*

Participia præsentis. & imperfecti temporis

Utens, utentis, *Używaiący.*

Præteriti

Usus, usa, usum, - *Który używał.*

Futuri Activi

Usurus, usura, usurum, *Który użyie.*

Futuri Passivi

Utendus, da, dum, *Którego máią używać, którego użyią.*

VERBI COMMUNIS CONJUGATIO.

CAPUT XI.

DIMETIOR, *Verbum Commune Conjugationis quartæ, sic conjugabitur,*

Indi-

Indicativi Modi tempus præſens.

Numerô ſingulari.	*Numerô Plurali.*
DIMETIOR, dimetiris, v. dimetire, dimetitur. *Rozmierzam.*	Dimetimur, dimetimini dimentiuntur, *Rozmierzamy.*

Præteritum imperfectum.

Dimitiebar, dimitiebaris, v. dimitiebare, dimitiebatur, *Rozmierzałem.*	Dimetiebamur, dimetiebamini, v. dimetiebaminor, dimetiebantur.

Præteritum perfectum.

Dimenſus, a, um, ſum, vel fui, es, vel fuiſti, eſt; v. fuit, *Rozmierzyłem.*	Dimenſi, æ, a, ſumus, vel fuimus, eſtis vel fuiſtis, ſunt v. fuerunt, v. fuere.

Præteritum plus quàm perfectum.

Dimenſus a, um, eram, vel fueram, eras, vel fueras erat, vel fuerat, *Rozmierzyłem był.*	Dimenſi, æ, a, eramus, vel fueramus, eratis, vel fueratis, erant, vel fuerant.

Futurum.

Dimetiar, dimetieris, vel dimetiere, dimetietur, *Rozmierzę.*	Dimetiemur, dimetiemini, dimetientur.

Imperativi Modi tempus præſens.

Dimetire, vel dimetitor, dimetiatur, *Rozmierz.*	Dimetiamur, dimetiamini, vel dimetiaminor, dimetiantur.

Futurum ſive Modus mandativus.

Dimetitor tu, dimetieris, v. dimetiere, dimetitor, ille, v. dimetietur, *Rozmierzyſz, rozmierz więc*	Dimetiminor, vel dimetimini, dimetiuntor, vel dimetientur, *Rozmierzycie, rozmierzą więc.*

Optativi Modi tempus præſens, & imperfectum.

Utinam dimetirer, dimetireris, v. dimetirere, dimetiretur, *Obym rozmierzał*	Utinam, dimetiremur, dimetiremini, v. dimetireminor, dimetirentur.

Præ-

Præteritum perfectum.

Utinam dimensus, a, um, sim, v. fuerim, sis v. fueris, sit v. fuerit, *Obym rozmierzył.*	Utinam dimensi, æ, a, simus, vel fuerimus, sitis, vel fueritis, sint, v. fuerint.

Præteritum plus quàm perfectum.

Utinam dimensus, a, um, essem v. fuissem, esses, vel fuisses, esset, v. fuisset, *Obym był rozmierzył.*	Utinam dimensi, æ, a, essemus, v. fuissemus, essetis, vel fuissetis, essent, vel fuissent.

Futurum.

Utinam dimetiar, dimetiaris, vel dimetiare dimetiatur. *Obym rozmierzył.*	Utinam dimetiamur, dimetiamini, vel dimetiaminor, dimetiantur.

Conjunctivi Modi tempus præsens.

Cum dimetiar, dimetiaris, vel dimetiare, dimetiatur. *Gdy rozmierzam.*	Cum dimetiamur, dimetiamini, dimetiantur.

Præteritum imperfectum.

Cum dimetirer, dimetireris, vel dimetirere, dimetiretur, *Gdym rozmierzał.*	Cum dimetiremur, dimetiremini, vel dimetireminor, dimetirentur.

Præteritum perfectum.

Cum dimensus, a, um, sim, v. fuerim, sis, v. fueris, sit, vel fuerit. *Gdym rozmierzył.*	Cum dimensi, æ, a, simus, v. fuerimus, sitis, vel fueritis, sint, v. fuerint.

Præteritum plus quàm perfectum.

Cum dimensus, a, um, essem vel fuissem, esses v. fuisses, esset v. fuisset, *Gdym był rozmierzył.*	Cum dimensi, æ, a, essemus, v. fuissemus, essetis vel fuissetis, essent vel fuissent.

Futu-

Futurum.

Cum dimenſus, a, um, ero v. fuero, eris v. fueris, erit v. fuerit. *Gdy rozmierzę.*

Cum dimenſi, æ, a, erimus, v. fuerimus, eritis, v. fueritis, erunt, vel fuerint.

Infinitivi Modi tempus præſens, & imperfectum.

Dimetiri, *Rozmierzać* & *iż rozmierzam, &c, rozmierzałem.*

Præteritum perfectum, & plus quàm perfectum.

Dimenſum, am, um, eſſe vel fuiſſe. *Rozmierzać* & *iż ia rozmierzyłem &c.* Et paſſive, *że go rozmierzano,* Dimenſos, ſas, ſa, eſſe vel fuiſſe &c.

Futurum Activum.

Dimenſurum, am, um, eſſe. *Rozmierzać będę, co ma rozmierzać,* & *iż rozmierzę.*

Dimenſuros, ras, ra, eſſe, *Rozmierzać będą &c.*

Futurum Paſſivum.

Dimenſum iri v. dimetiendum, am, um, eſſe. *Rozmierzon bydź ma, że rozmierzą mnie, ciebie &c.*

Dimenſum iri, vel dimetiendos, as, da, eſſe. *Że nas rozmierzą, was, ich.*

Futurum præteritô mistum activum.

Dimenſurum, am, um, fuiſſe, *Że rozmierzyłbym był.*

Paſſivum.

Dimetiendum, am, um, ſuiſſe. *Że rozmierzonoby mię było.*

Gerundia.

Dimetiendi, - *Rozmierzania.*
dimetiendo, - *rozmierzaiąc.*
dimetiendum, - *ku rozmierzaniu.*

Supina.

Dimenſum, - *Rozmierzać.*
Dimenſu, - *do rozmierzania.*

Participia præſentis & imperfecti.

Dimetiens, dimetientis. *Rozmierzaiący.*

Participia perfecti, & plùs quàm perfecti.

Dimenſus, ſa, ſum, *Rozmierzony.* Fu-

Futuri Activi

Dimensurus, ra, rum, *Który ma rozmierzać.*

Futuri Passivi

Dimetiendus, da, dum, *Którego maią rozmierzać.*

ADMONITIO. II.

De natura Verborum Deponentium, & Communium agemus suis locis: hic tantum moneantur pueri. I. Participia tam Communium quàm Deponentium in DUS, finita, & quod inde suppletur, Futurum Infinitivi. II. Futurum Infinitivi, quod in Verbis Communibus fit ex supino priore, & infinito IRI. III. Supinū posterius eorundem passive duntaxat usurpari. PRÆTER HÆC *in Deponentibus quidem nihil esse, quod passive significet in Communibus vero participium præteriti & quæcunque Tempora ex eo supplentur, tum active, tum passive significare.*

VERBORUM ANOMALORUM CONJUGATIO.

CAPUT XII.

POSSUM, *Verbum Neutrum*, Anomalum, *sic conjungabitur.*

Indicativi Modi tempus præsens.

Numerô singulari.	*Numerô Plurali.*
POssum, *Mogę*, potes, potest.	Possumus, potestis, possunt. *Możemy.*

Præteritum imperfectum

Poteram, poteras, poterat, *Mogłem.*	Poteramus, poteratis, poterant.

Præteritum perfectum

Potui, potuisti, potuit, *Zmogłem, przemogłem.*	Potuimus, potuistis, potuerunt, vel potuere.

Præteritum plus quàm perfectum

Potueram, potueras, potuerat, *Mogłem był.*	Potueramus, potueratis, potuerant.

Futurum

Potero, poteris, poterit, *Będę mogł, przemogę.*	Poterimus, poteritis, poterunt.

Imperativi modi tempus præſens

Poſſis, vel fac, poſſis. • *Moż, przemoż*

Optativi Modi tempus præſens, & imperfectum.

Utinam poſſem, poſſes, poſſet. *Obym mogł.*	Poſſemus, poſſetis, poſſent.

Præteritum perfectum

Utinã potuerim, potueris, potuerit. *Obym przemogł.*	Utinam potuerimus, potueritis, &c.

Præteritum plus quàm perfectum

Utinam potuiſſem, potuiſſes, potuiſſet. *Obym był przemogł.*	Utinam potuiſſemus, potuiſſetis, potuiſſent.

Futurum.

Utinã poſſim poſſis, poſſit. *Obym kiedy mogł, żmogł,*	Poſſimus, poſſitis, poſſint.

Conjunctivi Modi tempus præſens.

Cum poſſim, poſſis, poſſit, *Gdyż mogę.*	Poſſimus, poſſitis, poſſint.

Præteritum imperfectum

Cum poſſem, poſſes, poſſet, *Gdym mogł.*	Poſſemus, poſſetis, poſſent.

Præteritum perfectum

Cum potuerim, potueris. potuerit. *Gdym przemogł.*	Potuerimus, potueritis, potuerint.

Præteritum plus quàm perfectum

Cum potuiſſem, potuiſſes, potuiſſet, *Gdym przemogł był, gdyś przemogł.*	Potuiſſemus, potuiſſetis, potuiſſent.

Futurum.

Cum potuero, potueris, potuerit. *Gdy będę mogł.*	Potuerimus, potueritis, potuerint.

Infinitivi Modi tempus præſens, & imperfectum.

Poſſe, *Modz, że mogę, mogłem.* Præ-

Præteritum perfectum, & plus quàm perfectum,
Potuiſſe, *że zmogłem.* Cæteris carent.

Eodem fere modo flectuntur cœtera compoſita, â Sum, Adſum, Deſum, inſum.

Przybywam, Niemaſz mię, Jeſtem, mam.

S C H O L I O N I.

De Anomalis univerſim, quid illa ſint, tum ſpeciatim de Verbo SUM, & Compoſitis.

ANOMALA Græcè, Latinè *inæqualia* univerſim dicuntur illa, quæ non ubique æquabiliter ac Regularium aliarum vocum normam procedunt. Unde *Verba Anomala* ea ſunt, quæ aliqua in re à communi quatuor Conjugationum norma aberrant. Unde eadem & IRREGULARIA vocantur ab aliis. Præcipua ſunt. *Sum, Fero, Volo,* vis, nam, *Volo.* as, *latum* Regulare eſt. *Fio, Eo, Nequeo, Edo,* & horum compoſita.

SUM, quod ſupra poſuimus, ex tribus fere antiquis Verbis, *ESUM, FUO, FORE,* conſtatur. De primo horum Varro lib: 1. Anal: *Sum,* inquit, *olim dicebatur. Eſum, hinc. Es, Eſt, Eram Eſſem. Eſſe, & alia, quæ ab E, inchoantur.* Unde Priſcis *Eſſunto* pro *Sunto* Cic: lib: 1. de leg: *Diſcordiæ civium* Eſſunto, *ne amplius ſex menſes.* De ſecundo Virg: 11. Æn: *Tros, Rutulůſq; ſuat* * Plaut: cap: *Caveto mihi iratus ſuas* i, *ſis ſit:* hinc eſt. *Fui, Futurus,* & alia à tertio, *FORE* i, *Eſſe,* & *FOREM* i. *Futurus eſſem* (quamvis, *Fore,* interdùm nihil aliud, quam, *Eſſe,* ſignificat) Compoſita ut: *Adſorat: Æn:* * *Adſore 7. Aen: & 1. Metamorph:* * *Conſore: Ter: Andr:* * *Deſore: Cic: in Rull:* * *Profore. Hor: l. 1. ep: 18. & alia.*

3. In Imperativo, *ES,* pro *Sis,* vel *Eſto,* non parum eſt in uſu Cic: l. 1. Att: ep: 8. *Bono animo es,* i, *ſis SIC* in Compoſitis quoque * Virg: Ecl: 9. *Huc ades o Galatea* i. *adſis* E contra verò in Plurali, *Eſtote,* v. *Eſte,* magis uſitatum: Plautus tamen *Curc: act: 1. SITE mihi propitiæ,* i *Eſte.*

4. CON-

4. CONJUNCTIVI Præſens plenum eſt, *Siem, ſies, ſiet* quo paſſim utuntur Plautus, Terrentius, alii interdum, Hinc, *Poſſem* apud eoſdem. Nunc tamen utimur imminuto *Sim, ſis, ſit,* * Cic: in Orat: *Siem*, inquit, *plenum eſt. SIM imminutum.*

5. *ESSENDI, Eſſendo, Eſſendum,* quamvis legantur apud Donatum, apud Veteres tamen nullum reperies.

6. PARTICIPIUM Præſentis Temporis, *Ens*, ab *Es*, formavit Sergius Flavius, quod durum quidem, minime tamen aſpernandum cenſet. Quintilianus lib: 8. c. 3. Tu cave illud uſurpes, ſi eleganter loqui velis.

7. Compoſita, *Abſum, Adſum, Deſum, Interſum, Obſum, Præſum, Subſum, Superſum* Simplicis *SUM*, normam ſequuntur, præpoſitis, *Ad, Ab, De, Inter, Ob, Præ, Sub, Super,* ut *Abſum. Abes, Abfui, Abero, Deſum, Dees, Defui, Deero,* ſic alia.

8. Eodem modo *Inſum*, & *Perſum*, verùm ab *Inſum*, Præteritum *Infui*, ac derivata vix ſunt in uſu * Plaut: Aſin: *Age, loquere quid ibi infuerit.* PROSUM verò interijcit, D. literam iis locis quibus, *Sum* ab E, incipit ut: *Prodes, Proderam, Prodero, Prodeſſe.*

9. Duo tantùm Compoſita, *Præſum*, & *Abſum*, Participium, *Præſens*, & *Abſens*, ab *Ens*, Participio Verbi Subſtantivi formant. At, *POTENS*, potius Nomen dixeris, quàm Participium á *Poſſum*.

10. POSSUM, Compoſitum eſt ex Nomine, *Potis*, & Verbo, *Sum*, In eo Nomen. *Potis*, ſemper *IS*, ſyllabam conſuevit rejicere. T. verò ſyllabæ ejuſdem litera integra manet tunc, cum ſimplex, SUM, ab *E*, incipit, ut, *Po-tes, Pot-eſt, Pot-eram &c.* Quare etiam, *Pot-Eſſem*, & *Pot-Eſſe*, & *Pot Eſſerem, Pot Eſſero*, dicebant Priſci, nunc tamen, *Poſſem, Poſſe, &c.* dicimus. Ubi verò. *Sum*, ab F. incipit, in Compoſito, *Poſſum*, F. deperit ut *Potui*, non *Potſui, Potueram, Potuerim, Potuero.* non *Potſueram &c.*

11. IMPERATIVI Præſens Diomedi eſt, *Poſſis*, quod

quod tamen rectiùs Subjunctivo tribuas: hoc utimur in Imperativo, quia *Fac* Verbum ſubintelligitur: Quod etiam Plaut: in Pſeud: expreſſit C. *non Poſſum PSEUD: Fac Poſſis.*

12. Priſcis etiam apud Nonium & Diomedem paſſiva hujus Verbi vox adhibebatur, *Poteſtur*, *Poteratur*, *poſſetur*. * Lucr: l. 3. *Quod tamen expleri nulla ratione poteſtur* Sic aliqui legunt illud Virgil: lib: 8. *Quod fieri ferrô, liquidòq; poteſtur electrô.* Ubi tamen legitur rectiùs, *Poteſt*, ut ſit verſus Spondaicus, cum, *Electrum* primam producat, incipit enim Græcis ab E. longo. Unde Ovid: 2. Metamorph: *De ramis electra novis &c.*

Fero Activum.

Indicativi Modi tempus præſens

FERO, fers, fert. - *Nioſę.*

Pluraliter

Ferimus, fertis, ferunt.

Feror Paſſivum

Feror, ferris, vel ferre, fertur. *Nioſą mnie.*

Pluraliter

Ferimur, ferimini, feruntur.

Præteritum imperfectum

Ferebam, ferebas, ferebat, *Noſiłem.*

Paſſivè.

Ferebar, ferebaris, &c. *Noſzono mnie.*

Præteritum perfectum

Tuli, tuliſti, &c. *Nioſłem &c.* Paſſivum, Latus, a, um, ſum, vel fui, es, vel fuiſti, eſt, vel fuit. *Przynieſiono mię, przynieſiono cię, przynieſiono go.*

Præteritum plus quám perfectum

Tuleram, tuleras, tulerat. *Nioſłem był, przynioſłem był.* Paſſivum, Latus, a, um, eram, vel fueram, eras, vel fueras, &c. *Nieſiono mnie było kiedyś.*

Futu-

Futurum.

Feram, feres, feret. - *Przyniosę.*

Passivum.

Ferar, fereris, vel ferêre. &c. *Przyniosą mnie.*

Imperativi Modi tempus præsens.

Fer, vel ferto, ferat. *Nieś, przynieś.*

Pluraliter.

Feramus, ferte, vel fertote, ferant.

Passivum.

Ferre, vel fertor, *Niech cię niosą.*

Pluraliter.

Feramur, feramini, vel feraminor, ferantur.

Futurum sive Modus mandativus.

Ferto tu, vel feres, ferto ille, xel feret. *Poniesz więc*

Pluraliter.

Fertote, vel feretis, ferunto, vel ferent.

Passivum.

Fertor tu, fereris vel ferere, fertor ille, vel feretur. *Niech cię więc niosą.*

Pluraliter.

Fereminor, vel feremini, feruntor, vel ferentur.

Optativi modi tempus præsens & imperfectum.

Utinam ferrem, ferres, ferret *Obym niosł.*

Pluraliter.

Ferremus, ferretis, ferrent. *Obyście nieśli.*

Passivum.

Utinam Ferrer, ferreris, vel ferrere, ferretur, &c. *Oby mnie niesiono.*

Pluraliter.

Ferremur, ferremini, ferrentur.

Præteritum perfectum.

Utinam tulerim, tuleris, tulerit &c. *Obym niosł.*

Passivum.

Latus, lata, latum, sim, vel fuerim, sis, vel fueris &c *Oby mnie niesiono.*

Præteritum plusquam perfectum.

Utinã tulissem, tulisses, &c. *Obym był niosł, przyniosł.*

Passivum.

Latus, a. um essem, vel suissem, esses, vel fuisses, &c *Oby mnie przyniesiono było.*

Futurum.

Utinam, Feram, feras, ferat &c *Obym niòsł.*
Ferar, feraris, vel ferare, feratur. *Oby mnie niesiono.*

Conjunctivi Modi tempus præsens.

Cum Feram, feras, ferat &c. *Gdy niosę.*
Ferar, feraris, vel ferare, feratur &c. *Gdy mnie niosą.*

Præteritum imperfectum.

Cum Ferrem, ferres, ferret *Gdym nosił.*

Pluraliter.

Cum Ferremus, ferretis, ferrent.

Passivvm.

Cum Ferrer, ferreris, vel ferrere, ferretur. *Gdy mnie niesione.*

Pluraliter.

Cum Ferremur, ferremini, ferrentur.

Præteritum perfectum.

Cum tulerim, tuleris, &c. *Gdym przyniosł.*
Latus, a. um, sim, vel fuerim, sis, vel fueris, sit. vel fuerit.

Præteritum plusquam perfectum.

Cum Tulissem, tulisses, &c. *Gdy był przyniosł.*
Latus, a, um, essem vel suissem, esses v, fuisses, &c.

Futurum.

Cum tulero, tuleris, tulerit &c. *Gdy przyniosę.*
Latus, a. um, ero vel fuero, &c. *Gdy mnie przyniosą.*

Infinitivi Modi tempus præsens & imperfectum.

Ferre, *Nieść.* Ferri, *Bydź niesionym.*

Præteritum perfectum & plusquam perfectum.

Tulisse, *przynieść.* Latum, am, um, esse vel fuisse. Bydź przyniesionym.

Fu-

Futurum

Laturum, am, um, esse. *Co ma przynieść.*
Latum iri, vel ferendum esse. *Co maią przynieść.*

Futurum praeteritô mixtum

Latum, am, um, fuisse. *Ze przynioſłbym był.*
Ferendum, am, um, fuisse. *Ze przynieſionoby mię było &c.*

Gerundia

Ferendi, *nieſienia,* Ferendo, *nioſąc,* Ferendum, *ku nieſieniu.*

Supina.

Latum, *Nieść.* Latu, *ku nieſieniu.*

Participia activa praesentis.

Ferens, ferentis. *Nieſący.*

Futuri.

Laturus, latura, laturum *Co ma nieść.*

Participia passiva Futuri.

Ferendus, a, um. *Ktorego maią nieść.*

Praeteriti

Latus, a, um. - *Nieſiony.*

S C H O L I O N. II.

De FERO; ejuſque Compoſitis univerſim, & ſpecialim

Verbi, *Fero*, Praeteritum Perfectum & Plusquam perfectum non invenitur. Sic Quintilianus lib: 1 cap: 6. Nam, *Tuli*, & *Tuleram* sunt è *Tollo*, cuius antiquum Praeteritum, *Tetuli* nunc *Suſtuli*.

2. Composita ex illo, *Antefero, Circumfero, Confero Defero, Infero, Profero, Praefero, Refero, Transfero, Differo*, & si quae alia sunt, simplicis normam sequuntur, additis Praepositionibus, *Ante Circum, Con, De In, Per, Prae, Pro, Re. Trans.* Verùm *Infero*, & *Confero*, in Supiuis *N*. Literam mutant, in L. ut *Illatum, Collatum*.

3 Caeterae quoque Praepositiones, *Ad, Ob, Sub, Ab, Ex, Dis*, cum Verbo *Fero*, compositae mutationem ali-

quam patiuntur, *AB*, enim sequente. *L*. manet: ut, *Ablatum*, ante Te, assumit S. ut *Abstuli*, ante F. mutat. *B*. in *U*. ut *Aufero OB*. & *SUB*, in Supino manent; ut, *Oblatum* sequente *E*. migrant in *F*. ut, *Offero*, *Suffero*, in Præterito manet, *Ob*, ut *Obtuli*, SUB, mutat B. in S. ut *Sustuli*. AD sequente; F. T. L. in has ipsas literas mutat, *D*. *ut Affero*, *attuli*, *allatum* EX manet in Præteritis posterioribus, ut, *Extuleram*: in Supino X. deperditur, ut, *Elatum*: sequente, F. X. quoque migrat in *F*. ut *Effero*. *DIS*, in Supino perdit. *S*. ut *Dilatum*, in Præteritis posterioribus manet; ut. *Distuli*, *Distuleram*. sequente, F. mutatur in *E*. *Differo*.

V O L O

Indicativi Modi tempus præsens.

VOlo, vis, vult. - *Chcę*.

Pluraliter.

Volumus, vultis, volunt.

præteritum imperfectum.

Volebam, volebas, volebat. - *Chciałem*.

Pluraliter.

Volebamus, volebatis, volebant.

Præteritum perfectum.

Volui, voluisti, voluit. *Zechciałem*.

Pluraliter.

Voluimus, voluistis, voluerunt, vel voluere.

Præteritum plus quam perfectum

Volueram, volueras, voluerat; *Zechciałem był*.

Futurum.

Volam, voles, Volet. *Zechcę*.

Pluraliter.

Volemus, voletis, volent.

Imperativi Modi tempus præsens.

Velis, *Chciey*. vel, fac, velis.

Optativi Modi tempus præsens, & imperfectum.

Utinam Vellem, velles, vellet, *Otym chciał*.

Plu-

Pluraliter.

Vellemus, velletis, vellent.

Præteritum perfectum

Utinam, Voluerim, volueris, Voluerit, &c. *Obym był zechciał.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Utinam Voluissem, voluisses, voluisset, &c. *Obym był chciał.*

Futurum

Utinam Velim, velis, velit. *Obym zechciał.*

Pluraliter.

Velimus, velitis, velint. *Obyśmy zechcieli.*

Conjunctivi Modi tempus præsens.

Cum velim, velis velit. *Gdy chcę.*

Pluraliter.

Velimus, velitis, velint.

Præteritum imperfectum.

Cùm vellem, velles, vellet. *Gdym chciał.*

Pluraliter.

Vellemus, velletis, vellent.

Præteritum perfectum.

Cùm voluerim volueris, voluerit &c *Gdym zechciał.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Cùm voluissem, voluisses, voluisset. &c. *Gdym był zechciał.*

Futurum.

Cùm voluero, volueris, voluerit, *Gdy zechcę.*

Infinitivi Modi tempus præsens, & imperfectum.

Velle. - *Chcieć.*

Præteritum perfectum & plus quam perfectum.

Voluisse. - *Chcieć było.*

Participium præsentis temporis.

Volens, volentis. *Chcący.*

NOLO.

N O L O

Indicativi Modi tempus præsens.

NOlo, non vis, non vult. *Niechcę.*

Pluraliter.

Nolumus, non vultis, nolunt.

Præteritum imperfectum.

Nolebam, nolebas, nolebat. &c *Niechciałem.*

Præteritum perfectum.

Nolui, noluisti, noluit *Niechciałem.*

Pluraliter.

Noluimus, noluistis, noluerunt, vel noluêre.

Præteritum plus quam perfectum.

Nolueram, nolueras, noluerat. &c. *Niechciałem był.*

Futurum.

Nolam, noles, nolet. *Nie będę chciał. Nie zechcę.*

Pluraliter.

Nolemus, noletis, nolent.

Imperativi Modi tempus præsens.

Noli, vel nolito, nolit. *Niechciey.*

Pluraliter.

Nolimus, nolite, vel nolitote, nolint.

Futurum sive Modus mandativus.

Nolito tu, nolit ille. *Niechciey więc.*

Pluraliter.

Nolite. vel nolitote, nolunto, &c.

Optativi Mod. tempus præsens, & imperfectum.

Utinam Nollem, nolles, nollet. *Obym niechciał.*

Pluraliter.

Nollemus, nolletis, nollent.

Præteritum perfectum.

Utinam Noluerim &c. *Obym był niechciał.*

Præteritum plus quam perfectum.

Utinam noluissem, &c *Obym był niegdy niechciał.*

Futu-

Futurum.

Utinam Nolim, nolis, nolit. *Obym niechciał na potym.*

Pluraliter.

Nolimus, nolitis, nolint.

Conjunctivi Modi tempus præsens.

Cùm Nolim, nolis, nolit. *Gdy niechcę.*

Pluraliter.

Nolimus, nolitis nolint.

Præteritum imperfectum.

Cùm Nollem, nolles, nollet. *Gdym niechciał.*

Pluraliter.

Nollemus, Nolletis, nollent.

Preteritum perfectum.

Cùm noluerim, nolueris, noluerit. *Gdym niechciał był.*

Præteritum plùs quàm perfectum.

Cùm noluissem, &c. *Gdym iuż był niechciał.*

Futurum.

Cùm noluero, nolueris, noluerit. *Gdy nie zechcę.*

Infinitivi Modi tempus præsens & imperfectum.

Nolle. - *Niechcieć.*

Præteritum perfectum, & plus quàm perfectum.

Noluisse. - *Niechcieć było.*

Participium præsentis temporis.

Nolens. - *Niechcący.*

M A L O

Indicativi Modi tempus præsens.

MAlo, mavis, mavult. *Wolę.*

Pluraliter.

Malumus, mavultis, malunt. - *Wolą.*

Præteritum imperfectum.

Malebam, malebas, malebat. *Wolałem.*

Præteritum perfectum.

Malui, maluisti, maluit. - *Volałem.*

Præ-

Præteritum plus quàm perfectum.

Malueram, malueras, &c. *Wolałem był.*

Imperativi Modi tempus præsens

Malis, *Woley więc*, vel, fac, malis.

Optativi Modi tempus præsens, & imperfectum.

Utinam Mallem, malles, mallet *Obym Wolał.*

Pluraliter.

Mallemus, melletis, mallent.

Præteritum perfectum.

Utinam Maluerim, malueris, &c *Obym był wolał.*

Præteritum plus quam perfectum.

Utinam maluissem, &c. *Obym był kiedyś wolał.*

Futurum.

Utinam malim, malis, malit, *Obym wolał.*

Pluraliter.

Malimus, malitis, malint.

Conjunctivi Modi tempus præsens.

Cùm malim, malis, malit. *Gdy wolę.*

Pluraliter.

Malimus, malitis, malint.

Præteritum imperfectum.

Cùm Mallem, malles, mallet. *Gdym wolał,*

Præteritum perfectum.

Cùm maluerim, malueris, &c. *Gdym wolał był.*

Præteritum plus quam perfectum.

Cùm maluissem, &c. *Gdym był przedtym wolał.*

Futurum.

Cùm Maluero, malueris, &c. *Gdy będę wolał.*

Infinitivi Modi tempus præsens & imperfectum.

Malle, - *Woleć.*

Præteritum perfectum, & plus quam perfectum.

Maluisse, *Woleć było.* cæteris caret.

SCHO-

SCHOLION III.

De VOLO, ejusque Compositis.

VOLO, as, avi, *Lát m*, Verbum est regulare Conjugationis primæ; *Volo vis.* Anomalum seu irregulare: hujus Imperfectum, *Volebam*, *Malebam*, *Nolebam*, Perfectum, *Volui*, *Nolui*, Plus quàm perfectum, *Volueram*, *Malueram*, *Nolueram*, & quæ ex his formantur, secundæ Conjugationis normam sequentur.

2. FUTURUM, *Volam*, tertiæ Conjugationis lege inflectitur, Eô utitur * Cic: Attic: lib: 2. ep: ult: *Volam illum scire ex te, me id fecisse.* * Hor: lib: 2. ep: 2. *Scire volam, quantum &c.* & alii.

3. IMPERATIVO propriô, caret, pro quo utimur. *Fac, velis.* * Cic: Att: l. 3. *Itaque fac, ut me velis esse aliquem*, Sic: *Da operam, ut velis* & similibus, Diomedes addit: *Volito*, *Volitote*, sed in usu non sunt. Sic & *Malo*.

4. INFINITIVI & Participii Futuris caret, nec non Supinis. Sic etiam Gerundiis. Authore Phoca & Diomede; qvamvis apud Donatum sint, *Volendi*, *Volendo*. *Volendum.*

5. NOLO, & MALO. Composita ex *Volo*, idem sunt, ac *Non volo*, ac *Magis volo*, ut docet Cicero in Oratore: Apud Plautum, *Mavolo*, *Mavellem*, & *Mavellim*, invenies. *Nevolo* pro *Nolo*, *Nevis*, *Nevult*, apud eundem. *Filiam meam tibi desponsam esse audio, nisi tu nevis.*

6. IMPERATIVI voces, *Noli*, *Nolite*, frequentes sunt apud Ciceronem & alios, Futuri *Nolito*, *Nolitote*, apud Nonnium, *Nolens*, Participium Lucan: lib 2.

7. MALAM, Futurum Indicativi, præsertim in prima persona non videtur esse usitatum, utemur proinde potius ejus locò, *Malim*, *malis*, *malit.* * Cælius tamen lib: 8 Fam: ep: 4. *Sed ut spero, bonos & Senatum malet.*

F I O.

Indicativi Modi tempus præsens.

FIO, fis, fit. *Staię się, czynią mnie.*

Eius

Pluraliter.

Fimus, fitis, fiunt.

Præteritum imperfectum.

Fiebam, fiebas, fiebat. *Stałem się, czyniono mnie.*

Pluraliter.

Fiebamus, fiebatis, fiebant.

Præteritum perfectum.

Factus, facta, factum, sum, vel fui. *Stałem się.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Factus, facta, factum, eram, vel fueram. &c *Stałem się był był.*

Futurum.

Fiam, fies, fiet. - *Stanę się*

Pluraliter.

Fiemus, fietis, fient.

Imperativi Modi tempus præsens.

Fias, fiat. *Stań się.* vel, fac, fias.

Pluraliter.

Fiamus, fiatis, fiant.

Optativi Modi tempus præsens, & imperfectum.

Utinam Fierem, fieres, fieret. *Obym się stał.*

Pluraliter.

Fieremus, fieretis, fierent.

Præteritum perfectum.

Utinam factus, a, um, sim vel fuerim &c. *Obym się stał.*

Præteritum plus quam perfectum.

Utinam factus, a, um, essem, vel fuissem. &c *Obym się stał był kiedyś.*

Futurum.

Utinā, Fiam, fias, fiat. *Obym się stał, oby mnie uczyniono.*

Conjunctivi Modi tempus præsens.

Cùm Fiam, fias, fiat, &c. *Gdy się staię.*

Præteritum imperfectum.

Cùm Fierem, fieres, fieret. *Gdym się stał.*

Præ-

Præteritum perfectum.

Cùm Factus, a, um, sim, vel fuerim &c *Gdym się stał.*

Præteritum plus quàm perfectum.

Cùm Factus, a, um, essem, vel fuissem, &c. *Gdym się był stał.*

Futurum.

Cùm Factus, a, um, ero, vel fuero. *Gdy się stanę.*

Infinitivi Modi tempus præsens, & imperfectum

Fieri. - *Stać się.*

Præteritum perfectum & plus quam perfectum.

Factum, am, um, esse vel fuisse. *Stać się było.*

Futurum.

Factum iri; vel faciendum, am, um, esse. *Ma się stać.*

Participia præteriti.

Factus, facta, factum *Uczyniony sprawiony.*

Futuri.

Faciendus, da, dum, *Co ma bydź sprawionym.*

SCHOLION IV.

De FACIO & Fio eorúmque Compositis.

1. FACIO. Activum Conjugationis tertiæ, regulariter format omnes modos & Tempora. Passivum ejus olim *Facior*, cujus exstat apud Nonium ac Prisc. exemplar sed jam exolevit, eiq; successit *Fio*, significatione Passiva. Hoc in Præsenti & Imperfecto Modorum omnium propriam flexionem habet, Præteritum *factus sum*, cum derivatis, fit ab Activi Supino. *Factum.*

2. Imperativum non habet proprium. * Plautus tamen Curcul: act: 1. dixit: *Fi mihi obsequens;* & mox: *fite mihi violentes,* Apud eundem Amphitr: & Pænul: Prol: & apud Nonium, *Fitote*. * Hor: lib: 2. Sat: 5. *Fi cognitor ipse.* Diomedes etiam agnoscit. *Fito, Fitote, Fiunto:* qui addit Gerundia, *Fiendi, do dum,* & Participium, *Fiens,* quibus minimè uteris, nisi apud idoneos Authores reperias: nec, *Fiendus,* dices, sed, *Faciendus.*

3. FA-

3. FACIO, si cum Præpositionibus componetur, A suum mutat in I. ut *Afficio, Conficio, Deficio, Efficio, Inficio, Interficio, Officio, Perficio, Reficio, Sufficio,* & ejusmodi Composita, quæ simplicius flexionem sequuntur Passivumq; habent à *Facior*, ut *Afficior, Coficior. &c.* Præter *Officio, Proficio*, quæ Passivum non habent, nisi fortè Impersonaliter. QUODSI *Facio*, cum aliis componatur, particulis, *A.* suum retinet, & Passivum habet à *Fio*, ut *Calefacio, Liquefacio, Madefacio, Frigefacio, Tepefacio, Calefio, Liquefio, Madefio, Frigefio, Tepefio*. Reperiuntur tamen etiam *Confio, Defio, Interfio*, passivè, pro *Conficior &c.* * Balbus lib: 9. ad Att: *Res tota confieret.* * Æn: 4. *Confieri possis &c.* * Ter: Adelph: *Hoc confit quod volo.* * Hor: act: 3. *Nihil apud me tibi defieri patiar.* * Lucr: lib: 3. *Aut flammis interfiat.*

E O.

Indicativi Modi tempus præsens.

EO, is, it. - *Idę.*

Pluraliter.

Imus, itis, eunt.

Præteritum imperfectum.

Ibam, ibas, ibat, - *Szedłem.*

Pluraliter.

Ibamus, ibatis, ibant. - *Szli.*

Præteritum perfectum.

Ivi, ivisti, ivit - *Poszedłem.*

Pluraliter.

Ivimus, ivistis, iverunt, vel ivère.

Præteritum plus quàm perfectum.

Iveram, iveras, iverat *Poszedłem był.*

Pluraliter.

Iveramus, iveratis, iverant.

Futurum.

Ibo, ibis, ibit. - *Poydę.*

Plu-

Pluraliter.

Ibimus, ibitis, ibunt.

Jmperativi Modi tempus præsens.

I. vel, ito, eat. - - *Idź.*

Pluraliter.

Eamus, ite, vel itote, eant.

Futurum

Ito tu, vel ibis, ito ille, vel ibit. *Podź, niech poydzie.*

Pluraliter.

Itote, vel ibitis, eunto, vel ibunt.

Optativi Modi tempus præsens, & imperfectum.

Utinam Irem, Ires, iret, &c. *Obym szedł.*

Præteritum perfectum.

Utinam Iverim, iveris, iverit. *Obym poszedł,*

Præteritum plus quam perfectum.

Utinam Ivissem, ivisses &c. *Obym był poszedł.*

Futurum.

Utinam Eam, eas, eat. - *Obym poszedł.*

Pluraliter.

Eamus, eatis, eant.

Conjunctivi Modi tempus præsens.

Cum Eam, eas, eat. - *Gdy idę.*

Pluraliter.

Eamus, eatis, eant.

Præteritum imperfectum.

Cum Irem, ires, iret. - *Gdym szedł.*

Præteritum perfectum.

Cum Iverim, iveris, iverit, &c. *Gdym poszedł.*

Præteritum plus quam perfectum.

Cum Ivissem, ivisses, &c *Gdym był poszedł.*

Futurum.

Cum Ivero, iveris, iverit. *Gdy poydę.*

Infinitivi præsens, & imperfectum.

Ire. - - - - - *Iść.*

Præteritum perfectum, & plus quam perfectum.

Ivisse. - *Iść było.* Fu-

Futurum.

Iturum, am, um, esse. - Co má iść.

Gerundia.

Eundi. - Iścia.

eundo - idąc.

eundum. - na iście

Supinum

Itum. - do iścia.

Participium præsentis.

Iens, euntis. - Idący.

Participium Futuri.

Iturus, itura, iturum. - Co ma iść.

SCHOLION V.

De EO, & Compositis, item de QUEO & Nequeo.

1. EO. Verbum anomalum in Præsenti, Imperfecto, & Futuro propriam habet flexionem, in ulterioribus verò Præteritis eorumq; derivatis leges Quartæ Conjugationis sequitur; ut, *Ivi. Iveram Iverim, Ivissem, Ivero*, sicut. *Audivi, Audiveram &c.*

2. COMPOSITA nôrmam simplicis sequuntur in omnibus: sunt verò: *Abeo, Adeo. Anteeo, Circumeo, Coeo, Exeo, Ineo, Intereo, Obeo, Pereo, Praeeo, Praetereo, Subeo, Transeo, SIC* etiam *Prodeo*, & *Redeo*, quæ tamen literam, D. interserunt, CIRCUMEO iis locis, quibus Tempora Verbi EO, ab, I. incipiunt, ut, *Ibam Ibo*, &c. potest M. retinere vel abjicere: v. g. *Circuis, Circuibo, &c.* vel *Circumis, &c.*

3. VENEO, Compositum est ex, *Venum*, & EO, unde per omnia sua Tempora simplici, EO, se conformat, ut *Abeo, Adeo*, & alia ex EO, Composita. Defectivum tamen est ex magna parte, certè Imperativô propriô, aut ad minimùm secunda ejus Persona num: sing: *Veni*, vel *Venito*, caret, *Veneas, Veneat, &c* ex Conjunctivo, ut in *Volo, Malo*, ac aliis supplentur. Caret item Gerundiis, Supinis & Participiis. *Venum*, enim Nomen poti-

potiùs est, vide infrà: cap: XVIII. Scholio: 16 n. 5.

4. Reperies apud * Tibul: el: 4. *Transict ætas*, i *Transibit*. * & Sen: l. 2. de Benef: *Nullam init gratiam*, i. *inibit*, perinde quasi Verbum hoc sit Quartæ Flexionis. Sicut etiam Quartæ Flexionis Verba ad hujus Verbi normam Imperfectum & Futurum inflectunt. *Nutribit*, *Mollibit &c.* ut diximus Cap: 9. Schol: 1.

5. QUEO, & *Nequeo*, flectuntur ut EO, Infinitum tamen: *Quire*, & Gerundia, Supina ac participia non videntur in usu.

6. *QUITUR*, *Queatur*, *Quitus est* Passiva voce dicebant Veteres Authore Diomede, sicut eadem voce, *Potestur*, *Poteratur*. *Possitur*, Sic etiam, *Nequitur* & *Nequitum est*, apud Festum, * *Lucr: l.* 1. *Dum veniant aliæ, ac suppleri summa queatur.* * *Ter: Hec: act:* 4. *sc:* 1. *Forma in tenebris nosci non quita est.* Vide ibidem Donatum.

EDo, Comedo, Exedo.

Jem, Ziadam, Wyiadam.

Indicativi præsens.

Edo, es, est. Comedo, comes, comest.
Exedo, exes, exest. *Pluraliter.* Estis.

Imperativi Modi præsens.

Es. *Pluraliter.* Este, estote.

Modus Mandativus.

Comestô, tu, comesto ille.

Optativi præsens & imperfectum.

Utinam Essem, esses, esset.

Pluraliter.

Essemus, essetis, essent.
Comessem, comesses, comesset.
Comessemus, comessetis, comessent.

Conjunctivi imperfectum eodem modô.

Infi-

Infinitivi præſens & imperfectum.

Eſſe, Comeſſe, Exeſſe.

Indicativi Paſſivi præſens.

Eſtur. - *Jedzą.*

SCHOLION VI.

De EDO, & Compoſitis.

1. EDO, edis, edidi, editum; priore ubique producta; id eſt *Emitto*, vel *Exſtruo* verbum eſt Activum Regulare Conjugationis tertiæ. Sic etiam, *Edo*, *Edis*, vel *es*, priore correpta in Præſenti & Imperfecto: *Edi*, *Eſum*, priore in Perfecto ac ſupino producta, i. *Veſcor*, ſive *Manduco*, Regulare quoque eſt, omneſq; Modos habet, ſicut & compoſita; *Comedo*, *comedis*, *comedi*, *comeſum*, *Exedo*, *exedis*, *exedi*, *exeſum* & alia, ut, *Adedo*, *Ambedo*, *&c.*

2. In hac tamen poſteriore ſignificatione nonnullas voces ſumit, EDO, à Verbo, *Sum*, eſtq; *Abundans* cum *Comedo*, &*Exedo*, Redundantes itaque ejuſmodi flexionum formas, poſuimus in Paradigmate, ne quis aut ubiquê his Verbis uti licere arbitretur; aut ubinam liceat, ubi nefas ſit, dubius hæreat.

3. *ES* & *Comes*, Præſens Indicativi. * Plaut: Maſſ: *Quem abſentem comes.* II. *EST*, *Comeſt exeſt.* * Virg: 4. Æn: *Eſt mollis flamma medullas.* * Id: in Epigr: *Qui ſemper lacerat comeſtq; mente* * Lucr: libr: 3. *Quem volucres lacerant. atque exeſt anxius angor.* * Cic: l. 3. Tuſc: *Lacerat, exeſt animum planeque; conficit.* III. *ES*, in Præſenti Imperativi. Plaut: Mil: *ES*, *bibe*; *animo obſequere*, & in plurali, ESTE, Id: * Maſſe: *Eſte*, *effarcite vos.* IV. *Eſto Comeſto*, Futurum imperativi * Cato de Re Ruſt: *Braſſicam eſto vel coctam*, *vel crudam.* * Id: ibi: *ubi cœnaveris comeſto quinque folia.* V. *ESSEM*, *Comeſſem.* Imperfectum Subjunctivi. * Valer: Max: lib: 4. c. 3. *Si Dioniſium adulare velles*, *iſta non eſſet.* * Virg: 3. 1. Geor: *Ut molli culmos*

mos esset rubigo * pro Sext: Rosc: *Ut bona sua comesset:* * Ter: Eun: act: 3. *Ut de symbolis essemus.* VI, *ESSE.* PræsEns & Imperfectum Infiniti * Cic: l. 2. de Or: *Fænum alios ajebat esse oportere.* Sic: *comesse* apud Plinium & Plautum Maff:

4. ESTUR, Passiva voce dicitur * Plin: l. 10. c. 3. *In Ægypto propter amaritudinem non estur:* * Ovid: 1. de Pon: El: 1. *Estur ut occultâ &c.*

5. *ESTIS* Indicativo, *Este*, *Estote*, Imperativo addit Diomedes, quas voces, non est, cur rejiciamus.

DIC. DUC. FAC.

DIC, *Mow*, Duc, *Wiedz*, Fac, *Czyń*, in Imperativô Modo Anomala & Irregularia sunt, quôd *E*, literam etiam in compositis amiserunt.

S C H O L I O N. VI.

DICE, *Duce*, *Face*, Antiqui dicebant, unde, hæc apud Comicos interdum reperiuntur, *Plaut: Cap: 3. *Dice monstra præcipe.* Quare & in Composito * Virg: l. 11 Æn: *Armari Volscorum edice mancipiis*, *i*, *edic*, * Plaut. Maff: *Duce me, amabo:* * Ter Adelph ac: 5. sc. 7. *Tu abi & traduce*, & act: 4. sc: 3. *Hunc adduce.*

2. FACE, etiam apud Pòëtas invenias * Ter: Andr: *Me missum face.* * Ovid: ep: phyll: *Face expectes*, (ut veteres legunt codices,) Id: 1. Fast: *Jane face æternos pacem pacisq; ministros*, Et: l. 2. de pont: el: 3. *Verba face, ut vita &c.* Author hic Aldus & alii.

3. COMPOSITA tamen ex *Facio*, quæ *A* in *I*. mutant in Imperativo. *E*. retinent ut *Confice*, *Perfice*, *Effice &c.*

VERBORUM DEFECTIVORUM.

CONJUGATIO.

CAPUT XIII.

DEFECTIVA PERSONALIA.

Memini, Odi, Novi.
Pamietam, Nienawidzę, Znam.

Indicativi præsens, & præter: perfectum.

Memini, memi-nisti, meminit. *Plu:* Meminimus, meministis, me-minerunt, *vel* meminère.	Odi, odisti odit, *Pluraliter.* Odimus, odistis, oderunt, *vel,* odêre.	Novi novisti, *vel* nôsti novit. *Plu:* novimus novistis, *vel* nôstis, nove-runt *vel* nôrunt. *vel* novêre.

Præteritum plus quàm perfectum.

Memineram &c.	Oderam &c.	Noveram &c.

Imperativi præsens & futurum mandat:

Memento, *v.* memine-ris, memento, *vel* me-minerit. *Plur:* mentote *v.* memineritis, memi-nerint..	Oderis, Oderit. *Pluraliter.* Oderitis, Oderint.	Noveris, no-verit. *Plur:* Noveritis, Noverint.

Optativi præsens & Præteritum Perfectum.

Utinam Meminerim &c. § Oderim, &c. § Noverim, &c.

Præteritum plus quàm perfectum.

Meminissem, &c. § Odissem, &c. § Novissem, &c.

Conjunctivi præs: perfe: & plusq: perfectum sicut in Optativo.

Infinitivi præsens, & plus quàm perfectum.

Meminisse, § Odisse, § Novisse,

COEPI, *Záczynam.*

Indicativi perfectum.

Cæpi, cæpisti &c. ut, *legi, legisti*, &c.
Passivè. Cæptus, a, um, sum, *vel* fui &c.

Plus quam perfectum.

Cæperam, cæperas &c.
Passivè. Cæptus, a, um, eram, &c.

Imperativi.

Ceperis, cæperit, &c. ut supra. *Noveris, Oderis &c.*

Optativi præsens, & perfectum.

Cæperim, ris, rit, &c. *Passivè.* Cæptus, a, um, sim &c.

Plus quàm perfectum.

Cæpissem &c. *Passivè.* cæptus, a, um, essem v. fuissē &c.
Conjunctivi præsens perf: & plusq: perf: eodem modo.

Futurum.

Cæpero, ris, rit, &c. *Passivè.* Cæptus, a, um, ero *vel* fuero &c.

Infinitivi præsens, perfectum, & plus quam perfectum.

Cæpisse. *Passivè.* Cæptum, am, um. esse *vel* fuisse.

Futurum.

Cæpturum, am, um, esse &c.

Futurum præteritô mistum.

Cæpturum, am, um fuisse, &c.

Supinum.

Cæptum, *Participium Futuri.* Cæpturus, a, um, *Part: præt:* Cæptus, a, um.

S C H O L I O N I.

De Verbis Defectivis universim & in specie.

1. DEFECTIVA Verba Diomedi ac Phocæ sunt ea, quibus Modi nonnulli aut Tempora, Numeri, Personævè deficiunt: unde quædam horum *Personalia*, quædam *Impersonalia sunt, Defectivorum* vocabulô

Probus *Anomala* quoque complectitur; verùm non omnia *Defectiva* sunt *Anomala*, nam *Memini*, *Odi*, *Novi*, *Cœpi*, etsi multis destituantur Temporibus, Tertiæ tamen sive Quartæ Conjugationis leges servant: *Memini*, *Meministi*, *Meminerim*, *Meminero*, sicut *Legi*, vel *Audivi*, *Legisti*, vel *audivisti* &c. *Audivero*, sic in aliis.

2. QUATUOR hæc Verba *Præteritum* solùm habent: sed tria priora sumuntur etiam pro *Præsenti*, quo carent. CÆPI tamen solum, *Præteritum* adsignificat, nam olim, *Cœpio*: præsenti tempore in usu fuit. *Plaut: Menæch: *Lites Cœpio*. id Truc: *Alium questum cœpiat*. Hinc: * Ter. Adelph: act: 3. sc: 3. *Priusquam ille quidam, cœperit*, i, *inciperet*. Prisc: 10.

3. FUTURI Indicativi, quo carent hæc verba, vice fungitur Futurum Subjunctivi, *Meminero*, *Odero*, *Novero*. *Cœpero*.

4. MEMINI habet in Imperativo præsens, *Memento*, & *Mementote*, *Memineris* verò *Oderis*, *Cœperis*, *Noveris*, quæ in Imperativo usurpantur, voces sunt Conjunctivi.

5. ODI, Participium Præteriti habet *Osus*, apud Gell: l. 4. c. 8. & Futuri, *Osurus*; apud Cic: de Amic: *Ita amare oportere, ut si esset osurus*: Quæ quamvis non multùm sunt in usu, *Exosus* tamen & *Perosus* passim occurrunt.

6. COEPI, aliud habet præteritum Passivæ vocis, *Cœptus*, *a*, *um*, *sum v fui*: *eram v. fueram*, in aliis etiam Modis: ut *Cœptus fuerim*, *Fuissem*, *fuero* &c. jungiturq; Passivis Infiniti Modi; ut *Res cœpit fieri vel cœpta est fieri* Sic * Cic: de Clar: Orat: *Ad Majores causas adhiberi cœptus est*.

7. HABET & Participium Præteriti, *Cœptus*, *a*, *um*, & Futuri *Cœpturus a*, *um*,

IN-

INQUAM *mowię*, AJO *mowię*.

Indicativi presens.

Inquam, inquis, inquit.	§ Ajo, ais, ait.
Plural: Inquimus, inqui-	§ *PLURALITER.*
tis, Inquiunt.	§ Ajunt.

Præteritum imperfectum.

	§ Ajebam, ajebas, ajebat.
Inquiebat, vel inquibat.	§ *PLUR:* Ajebamus, ajeba-
	§ tis, ajebant.

Præteritum perfectum.

Inquisti, inquit.	§ *Caret.*

Futurum.

Inquies, inquiet	§ *Caret.*

Imperativi præsens.

Inque, vel Inquito.	§ Aji, *vel,* ai.

Optativi & Conjunctivi præsens.

Caret. -	§ Ajas, ajat.

Participium.

Inquiens, inquientis.	§ Ajens, ajentis.

SCHOLION II.

De Verbis, INQUAM & AJO.

1. INQUAM, prima est Positio, seu Thema Verbi, ut censet Phocas ac Diomedes. Quanquam *Inquio* reperitur apud * Catullum epigr: 10. *Deferri manè inquio puellæ*, sed rarum est: *Inquam, inquis, inquit*, passim occurrunt.

2. *INQUIMUS*, * Hor: l. 1. sat: 3. INQUIBAT. *Cic: in Top: *Ad Ciceronem inquibat Gallus noster*: ut habent emendatissimi libri Aldini, Gryphiani, Manutiani, Lambineani, INQUIEBAT * Cic: l. 2. Acad: quæst: sic: *Ursum inquiebant hujusmodi esse*. INQUISTI. Cic: 2. de Or: INQUIT, Catul: epig: 10. INQUIES Cic: Att: l. 6. INQUIET, ad Heren: l. 4. Proen: INQUE, Imperat. Ter: Hec: act: 4. & Pharm: INQUITO, Plaut: Aul:

3. AJO, Phocas ait Præsens tantùm & Imperfectum habere. Probus addit etiam Præteritum, *Ai, aisti, ait,* quod tamen non est in usu. Imperativo, *Aji,* Plaut: *Vel ai, vel nega.*

FOREM, *Byłbym,*

Optativi & Conjunctivi præsens & imperfectum.

Forem, fores, foret, *PLURALITER*, Forent.

Futurum Infinitivi. Fore.

FAXO, Futurum Indicativi, pro Faciam. *Dokażę, uczynię* * *Virg:* I. 9. *Aen: Haud sibi cum Danais rem faxo &c.* * *Liv: l. 6. &c.*

FARIS *mowisz,* quidam à *For* quod nusquam legitur, alii à *Fero* deducunt. *Ego Defectivum* esse verbum malim dicere, è quo hæc tantum usurpantur, *Indicat: Præsens,* Faris, v. fare; fatur, *Imperat:* Fare: *Infinitiv:* Fari, *Gerund:* Fandi, fando, *Supin:* Fatum quod Prisciano Passivè significat: at potiùs Nomen esse crediderim *Particip: Præs:* Fans, apud Propter: l. 3. el: 7. parum tamen usitatum videtur *Partic: Præt:* Fatus *Partic: Fut: Passiv:* Fandus. *COMPOSITA, Affaris, Effaris, præfaris, Profaris,* Simplicis formam sequuntur. * Cic: l. 9. ep: 22. habet, *Præfamur.*

QUÆSO *Proszę,* Olim dicebatur *Quæso, quæsis quæsit.* * Lucret: l. 5. *Non Divum pacem votis adit, & prece quæsit.* Phocas *Quæsere,* apud Tullium ac Salustium ait legi. Nunc duæ tantùm personæ Præsentis Indicativi: *Quæso Quæsumus,* in usu sunt.

AVE, *Witay,* Avete reperies apud Suet: in Claud: c. 21. *Aveto,* apud Saluft: in Cail: *Aveo* autem, id est, *Concupisco,* plura habet tempora, quanquam itidem *Defectivum* sit, ùt quod *Præteritô* ac supinô, eorùmq; Derivatis caret.

SALVE, *Witay, Miey się dobrze &c.* Salvebis, salveto, est apud Plaut: in Pæn: qui etiam in Truc: dixit *Salveo,* quod Probus ridiculè positum putat, ut rusti-

cæ

cæ personæ serviret. *Salvebis*, habet Cic, Att: l: 6.

CEDO, *Nużeż, Day, Mów Wroć.* * Ter: Phor: *Tu mihi argentum cede.* Probus ait, *Cedite.* Numerô multitudinis apud Comicos reperiri.

INQUIT, *Mowi, Powiada, Zaczyna*, Tertia Persôna Indicativi pro *Incipit* vel *inquit* * apud Virg: l: 5. & l. 10. Æn: & alibi, *Inquio*, reperitur apud Varronem teste Prisc: l. 8.

DEFIT, pro *Zchodzi ná czym*; pro *Deest.* * Virg: Eccl: 2. *Lac mihi non æstate novum non frigore defit. Defiet* i *deerit*; *Defiat*, i, *desit.* * Plaut: Menoch: *Defieri* pro *deesse* Ter: Hec: act: 5. sc: 2.

APAGE. *Precz z tąd zchoway się.* Imperativus est. Plaut: Cas: *Apage te*, *à dorso meo: A zaśię tobie &c.* * Id: Cur: *Apage hanc caniculam. Apage sis*, i, *Apage si vis.* Pluraliter. *Apagete* habet Diomedes.

QUÆ *sequuntur in IM, ad Futurum Optativi aut Præsens vel Futurum Conjunctivi, aut ad Præsens vel Futurum Potentialis Modi pertinent, pleraque tamen eorum in usu non sunt.*

EDIM, *edis*, *Edit*: Plur: *Edimus*, *Editis Edint*, i, *Edam &c.* * Cæcil. i. *Nihilne tibi esse quod edim?* i. *edam?* *Plaut: Capt: act: 2. *Qui quod edit, quærit*, i, *edat*, * Nævius *Quod editis*, (i, *edatis*,) *nihil est.* * Plaut: Pæn: *Est domi, quod edimus*, i, *edamus.* Sic etiam.

COMEDIM. *Comedis* pro *Comedam*, *comedas* * Cic: Fam: l. 9. ep: 20. *Cura ut valeas, ne ego te jacente bona tua comedim.* * Plaut: Bacchid. id ipsum habet, legunt tamen aliqui, *Comedam* utrobique.

FAXIM, *faxis*, *faxit*, PLUR. *Faxitis*, *faxint*, pro *Faciam*, *fecerim*, *fecero*. *Faxim* * Plaut. Aul: & Truc: *Faxis*. * Ter: Andr: Heaut: * *Faxit.* Cic: de leg: qui secus faxit. * *Faxitis*. Liv: de am: 3. l. 3. *Faxint.* * Cic: Att: l. 16. ep, 1. & Ter: Heau: act: 1.

AUSIM, *ausis*, *ausit*, i, *Audeam*, *Ausus sim*, *v. fuerim*, *Ausus ero*, *vel fuero.* * Liv: l. 1. *Nec si sciam, dicere ausim*

AU-

AUXIM, *auxis*, i. *Augeam*, * Liv: l. 29. *Ea vos omnia bene juvetis, bonis actibus auxitis*.

Axim, *axis*, *axit*, pro *Egerim*. * Nævius ex Pacuvio. *DUIM*, *duis*, *duit*, *duint*, pro *Dem*, *des*, *det dent*; vel *Dederim*, *dedero*, *DUIS*, *dederis*, * Liv: l. 1. Festus *DUIT* * Plaut: Aul: *DUINT*. * Ter: Andr: & Phorm: act: 4. sc: 5.

PERDUIM, *perduis*, *perduit*: pro *Perdam*, &c. *Perduit*, habet Plaut: Amphitr: *Perduim* Habet: * Ter: Heaut; & Phor: act: 1.

CREDUIM, *Creduis* pro *Crediderim* habetur apud Plaut: Amphitr: & Capt: Dicitur: & *Creduam*, ut Festus: adnotat. * Ter: Phorm: act: 4. *Cave isti quidquam creduas*.

Defectiva Impersonalia.

POENITET, PUGNATUR.

Zal mi Biiq sig.

Indicativi præsens, Pænitet, Pugnatur.
Præt: imperf: Pænitebat, Pugnabatur.
Præt: Perfect: Pænituit, Pugnatum est,
Præt: plusq; per: Pænituerat, Pugnatum erat &c,
Futurum. Pænitebit. Pugnabitur.
Imperat: præs: Pæniteat Pugnetur.
Opt: præs: & imperf: Utinam Pæniteret, Pugnaretur,
Præt. perfect: Pænituerit, pugnatum sit &c,
Præt: plusq; perf. Pænituisset, pugnatum esset.
Futurum. Pæniteat, pugnetur,
Conjunctiv. præs: Cùm Pæniteat, Pugnetur,
Præt: imperf Pæniteret, pugnaretur.
Præt: Perfect: Pænituerit, pugnatum sit, &c,
Præt: plusq; perf: Pænituisset, pugnatum esset.
Futurum Pænituerit, pugnatum erit &c.
Inf: præs: & imperf: Pænitere, pugnari.

Præs-

Perf: & plusq; perf: Pænituisse, pugnatum esse &c.
Futur: passiv: caret. Pugnatum iri.
Gerundia Pænitendi, pæ- *caret.*
nitendo, dum,
Particip: præs: Pænitens, tis. *caret.*
Part: præteriti. caret. Pugnatus.
Part: fut: passiv: Pænitendus, a, um, *caret.*

S C H O L I O III.

De Verbis Impersonalibus.

Impersonalia Verba inter Defectiva numerat Donatus, Diomedes, Phocas, qui ait ea esse, *quæ Personis deficiunt*, neque his omnibus, sed præcipuis, *Primâ* & *Secundâ*. Duplicis ea sunt generis, *Passivæ* ac *Activæ* vocis vid: l. II. c. 8.

2. A Verbo POENITET, Futurum Infinitivi *Pœniturum fuisse*, & Participium, *Pœniturus* quo Salustius usus est Authore Fabio l. 9. c. 3. jam exoleverunt. *Pœnitendus*, à prisco verbo, *Pœniteor*, remansit: sic, *Pudendus*, *Pigendus*, ab inusitatis *Pudeor*, *Pigeor*. Liv: l. 1. *Sub haud pœnitendo magistro*, i *sub magistro, cujus ei pœnitendum non fuit* * Cic: Phil. 1. *Ut jam pudendum sit honestiora esse &c.* * Ov: ep: 7, *Nulla parte pigendus erit*, i, *mihi illius pigendum non erit* Prop: l, 4. el; 1. *Verba pigenda lyra.*

3. Participii *Pugnatus*, exempla habes infra, C. IX. ad finem.

C A P U T XIV.

R U D I M E N T A

Seu de octo Partibus Orationis.

A D M O N I T I O.

Ne puerorum ingenia multitudine obruantur, paulatim iis velut angustis vasculis hæc atque alia præcepta sunt infundenda, hunc fere in modum procedendo:

1. *Pri-*

I. *Prima Generum, Declinationum, Anomalorum, Præteritorum, Supinorum cæterarumq; id genus rerum rudimenta ita iis erunt inculcanda, ut primum Patrio sermone singula partitim declarentur, tum quidquid hunc in modum perceperint, Latinè etiam memoriæ mandare jubeantur.*

II. Nequaquam igitur in primo discendi exordio simul devincta, ubi ea habetur, & soluta numeris oratione præcepta memoriter recitare cogantur; quæ gemina præmonitionis hujus capita, in Syntaxi etiam, seu constructione, cùm ea primùm explicabitur, diligenter erunt observanda.

III. EX PRÆCEPTIS *et si* NON OMNIA SINT ÆQUE INCULCANDA, *nullum tamen videtur esse negligendum, claudicant enim plerique Tyrones in altioribus scholis, si rudimenta non bene perceperint.*

IV. Ludimagister itaque Gymnasii sui promovendi studiosus, omnia diligentissimè exponat suo tempore, quæ verò utilissima *judicabit,* sæpius *intra hebdomadam vel mensem* recolat: *& quod fieri potest, curet ut memoriâ conserventur. Tota enim scientia puerilis oblivione præceptorum elabitur, & penitus evanescit. Quanquam id non ita accipiendum, ut prolixiora quædam Præcepta, præcipue ubi Verborum aut Nominum aliarùmve Orationis partium catalogi quidam contexuntur, non liceat, citra puerilis memoriæ fatigationem, exercitatione ipsa in usum deducere. Id enim non modò minimè fugiendum, verùm consectandum etiam ultrò est, magna tamen circumspectatione & prudentia*

1. Literæ, quibus utuntur Latini, sunt tres & viginti; A. Be. Ce. De. E. eF. Ge. Ha. I. Kappa. eL. eM. eN. O. Pe. Qu. eR. eS. Te. U. iX. Ypsilon. Zeta.

2. Literæ dividuntur in Vocales & Consonantes.

3. Vocales sunt sex. A. E. I. O. U. Ypsilon: quarum ultima tantùm in dictionibus Græcis locum habet, ut *Hieronymus, Dionysius.*

4. Cæ-

4. Cæteræ appellantur Consonantes, quòd Vocalibus junctæ simul sonent.

5. Syllaba fit ex literis una, vel pluribus; ut *Aleas.*

6. Syllaba, quæ fit ex duabus vocalibus, vocatur Diphtongus,

7. Diphtongi sunt sex: æ, au, ei, eu, œ, yi; *Præmium, aurum, hei, Europa, Pœna, harpya.*

8. Dictio fit ex syllabis, ut, *Aleas*, interdum fit ex una syllaba, ut *mors.*

9. Oratio fit ex dictionibus, ut *Aleas fuge, mortem meditare.*

PARTES ORATIONIS.

P*Artes Orationis sunt octo.* Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Præpositio, Adverbium, Interjectio, Conjunctio.

Harum quatuor: Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, declinantur. *Reliquæ.* Præpositio, Adverbium, Interjectio, Conjunctio declinationis sunt expertes.

DE NOMINE

Quid, & quotuplex sit Nomen.

1. NOmen est pars orationis. quæ Casus hebet, neque Tempora adsignificat; ut, *Musa, Dominus.*

2. Nomen duplex est; SUBSTANTIVUM, seu *Fixum*, & ADJECTIVUM, seu *Mobile.*

3. *Substantivum* est, quod per se cum Verbo sensum facere potest in Oratione, v. g. *Dux imperat, Miles obtemperat, Puer ludit, Liber jacet.*

4. *Adjectivum est*, quod in Oratione sensum facere non potest sine Substantivo aperto vel occulto. Aperto; ut *Dux prudens, si strenuos milites, dictique audientes habeat, hostes facilè superabit.* Occulto; *Qui tertianâ laborant, non vescuntur bubulâ;* hoc est *tertiana febri, bubula carne.* PRONOMINA *Ego, Tu, Sui,*

Sub-

Substantivis, reliqua, ut & PARTICIPIA Adjectivis annumerantur.

Substantivum quotuplex sit.

1. Substantivum Nomen triplex est: Proprium, Appellativum, & Collectivum.

2. Proprium est, quod res proprias, atque certas significat; ut *Romulus*, *Roma*.

3. Appellativum est, quod res communes, atque incertas significat; ut *Rex*, *Oppidum*.

4. Collectivum est, quod numerô singulari significat multitudinem; ut, *Populus*, *gens*, *turba*.

Quot formas habeat, & quotuplex sit Adjectivum?

1. Adjectivum nomen vel habet tres formas, ut *Bonus*, *bona bonum*; vel duas, ut *brevis breve*, vel unam, ut, *prudens felix*.

2. Adjectivum dividitur in *Interrogativum*, *Relativum*, *Redditivum*, *Possessivum*, *Patrium*, *Gentile*, *Partitivum*, *Numerale*, *&c.*

3. Interrogativum est, quô de re aliqua quærimus, *ut Quis? uter? quantus?*

4. Interrogativum substantiæ est, cui respondemus per nomen substativum vel pronomen demonstrativum; *Quis*, *quæ*, *quod*, *Uter*, *utra*, *utrum*, *ut*, *Quis hic loquitur? Davus ille*.

5. Interrogativum accidentis est, cui respondemus per nomen adjectivum; *Quantus*, *qualis*, *quot*, *quotus*: *Cujus*, *a*, *um*. *Cujus* v. g. *Qualis fuit Hector? fortis*, *magnanimus*.

S C H O L I O N I.

INTERROGATIVIS Accidentis sic respondemus: QUANTUS? *Magnus*, *Parvus*, *Longus*, *Brevis &c.* Qualis? *Bonus*, *Malus*, *Doctus*, *Imperitus*. Quot? *Unus*, *Duo*, *Tres &c.* Quotus? *Primus*, *Secundus*, *&c.* Quoteni? *Singuli*, *Bini*, *&c.* Quotuplus? *Simplus*, *Duplus*, *Triplus*, *&c.* Quotuplex. *Simplex*, *Duplex*, *&c*

Quotennis: *Anniculus*, *Binus*; vel, *Biennis*, *Trinus*, vel *Triennis*, *Quadrinus*, vel *Quadriennis*, *Quinquennis*, *Sexennis*, *Septennis*; *Octennis*, *Novennis*, *Decennis*, *&c.* Cujus, a, um? v. g. *Cuja vestis*? *mea*, *tua*, *&c.* *Cæsaris Lælii &c.* Cujas? *Italus*, *Romanus*, *Stoicus*, *Platonicus &c.*

II. QUOTENI, *Quotuplus*, *Quotuplex*, *& Quotennis* sunt in usu: non tamen: *Cujus*, *a*, *um*, pro quo libentiùs adhibeam Genitivum provocabuli *Quis*, Quantquam & * Virg. Ecclogâ 3. dixit *Cujũ pecus* & * Cic: Act: , in Verr: l. 1. *Cuja res sit*, *cujum periculum &c.*

6. Relativum est, quod nomen antecedens in memoriam reducit, id duplex est, *Substantiæ & Accidentis*,

7. Relativum substantiæ est, quod nomen substantivum in memoriam reducit; ut, *Qui*, *quæ*, *quod*, v. g. *Legi Ciceronem*, *qui fuit eloquentissimus Romanorum*.

8. Relativum accidentis est, quod in memoriam reducit nomen adjectivum; ut, *Quantus*, *qualis*, *quot*: v. g. *Cicero fuit eloquens*, *qualis fuit Hortensius*.

9. Redditiva sunt: *Tantus*, *talis*, *tot totidem*, quæ relativis, *Quantus*, *qualis*, *quot*; ante vel post redduntur; *v. g. Quales in Republ: Principes sunt*, *tales reliqui solent esse cives*. *Cura ut talis sis*, *qualis haberi vis*, *Quot homines*, *tot sententiæ*.

10 *Quis*, vel *qui*, *quæ quod*. *Uter*, *utra*, *utrum*, *Quantus*, *qualis*, & cætera interrogativa, quando, ponuntur post verba: *audio video*, *scio*, *intelligo*, *nescio*, & alia ejusdem significationis, appellantur *infinita*, ut, *Nescio quis sit*, *audio*, *quid dicat*; *ignoro quantus*, *aut qualis sit*.

S C H O L I O N II.

QUID verò sunt Infinita ejusmodi? Sunt ea Adjectiva, quæ certam non recipiunt Personam, sed cuilibet aptari possunt.

II. *Quis* etiam in compositione cum Particulis *Si*, *Nisi*, & *Ne*, Infinitum dicitur; ut, *Siquis Nisiquis*,

Ne-

Nequis, Siquæ vel *ſiqua, Siquod,* vel *ſiquid &c.*

III. *QUIS* & *QUID* nunquam ſunt *Relativa* ſed vel *Interrogativa:* vel *infinita,* cave igitur, dixeris, *Ten co wczora;* Ille *Quis* heri &c. ſed *Qui,* Pariter, ne dixeris; nihil habeo, *Quid* tibi dem; ſed: *Quod &c.*

11. Poſſeſſivum nomen eſt, quod rem poſſeſſam aut ad aliquem pertinentem ſignificat; ut, *equus Regius; miles Pompejanus.*

12. Patrium nomen eſt, quod Patriam indicat; ut, Romanus, *Rzymianin,* Cracovienſis, *Krakowczyk.*

13. Gentile nomen eſt, quod gentem, vel nationem indicat: ut, *Italus Polonus.*

14. Partitivum nomen eſt, quod unum ex multis ſignificat; aut multa ſingillatim.

15. Unum ex multis ſignificant: *Quidam, aliquis, quiſpiam; quiſquam, nonnullus,, quiſquis &c.* quæ etiam particularia vocantur.

16. Quæ multa ſingillatim ſignificant, fere ſunt univerſalia; ut, *omnis, cunctus, quicunque, nemo, nullus.*

17. Nomen numerale eſt; quod numerum ſignificat: hujus tres ſunt ſpecies: Cardinale, Ordinale, & diſtributivum.

18. Cardinale nomen eſt, quod numerum abſolutè ſignificat; ut, *unus, duo, tres, &c.*

19. Ordinale nomen eſt; quod numerum ordine digeſtum ſignificat, aut ultimum ex eo numero; ut, *primus, ſecundus,* vel *alter, tertius, quartus, &c.*

20. Diſtributiva ſive diviſiva nomina ſunt, quæ diſtributionem, ſeu diviſionem ſignificant, quibus ſere utuntur Oratores numerô multitudinis; ut, *ſinguli, bini, terni, quaterni &c.* v. g. *Victores redite domum bini: aut terni, ad ſummum quaterni; cavete, ne ſinguli eatis. Heu! tu dato victoribus quaterna mala, victis ſingula, ne animis concidant.* Quaterna, id eſt, unicuique quatuor, ſingula, hoc eſt, unicuique unum; *każdemu po iednemu.*

21. Possunt his adjungi etiam *Diminutiva*, quæ tum Substantiva, tum Adjectiva apud Latinos passim invenias; ut, *Cultellus*, *Gladiolus*, *Virgula &c.* *Candidulus*, *Dulciculus &c.* Apud Polonos horum maxima copia, ut, *Mały*, *Maluchny*, *Malutzki*, *Malusienki &c.* ac in Substantivis ac Propriis etiam quibusvis; ut, *Jan*, *Janek*, *Jaś*, *Jásio*, *Jasieczek*; *Szymon*, *Szymek*, *Szymcio*, *Szymeczek &c.* His si Latina Diminutiva non correspondeant; circumscriptione quapiam pro re nata utendum est; ut si *exiguitas* significetur, dicam: *parvus Joannes*, *pusio*, *puppus Joannes &c.* *si teneritudo animi*, dicam: *Corculum meum Simon*. *Ocellus meus Jacobus*, item, *mea lux*, *meum desiderium*, *meæ deliciæ &c.* Sic Cicero, sic alii Latini Authores loquuntur: vide Thes. Cnap: sub *Moy*, *ty*, item sub: *Piesiu &c.* & Cic: Fam: l. 13. ep: 2. 4. 5. 7. 14. &c.

S C H O L I O N III.

De Numeris Cardinalibus, Ordinalibus, & Distributivis.

NON abs re fuerit hoc loco seriem *Cardinalium*, *Ordinalium* ac *Distributivorum*. Numerorum subtexere, quò Tyronibus, cùm opus fuerit, ad manus sint.

I. CARDINALES Numeri sunt, *Unus, a, um*. *Duo, æ, o*, *Hi, & hæ Tres & hæc Tria*. Declinationis tertiæ. Deinceps non declinantur usque ad Centum. *Quatuor*, *Quinque*, *Sex*, *Septem*, *Octo*, *Novem*, *Decem*, *Undecim*, *Duodecim*, *Tredecim* (non Tresdecim) *Quatuordecim*, *Quindecim*, *Sedecim*; vel *Sexdecim*; *Septemdecim*, *Octodecim*: vel *Duodeviginti*: *Novemdecim*; vel *Unde viginti*. (Sic deinceps de aliis) *Duodetriginta* i. 28. *Undetriginta* i, 29. *Duodequadraginta*; i, 38. *Undequadraginta* i, 39. &c. *viginti*; &c. *Unus & viginti*; vel, *Unus supra viginti*: *Viginti duo*; vel, *duo & viginti*: vel *Duo supra viginti &c.* *Triginta*, *Quadraginta*, *Quinquaginta*, *Sexaginta*, *Septuaginta*, *Octoginta*, *Nonaginta*; *Centum*; *Centum unus*; *Duo &c.* vel, *Unum & Centum*, vel *Unus supra Centum &c.* usque ad

Cen-

Centum nonaginta Novem, *Bis Centum*, *Ter Centum*, *Quater Centum &c.* vel Declinando deinceps: *Ducenti æ, a, Trecenti, æ, a.* Sic *Quadringenti, Quingenti, Sexcenti, Septingenti, Octingenti, Noningenti,* vel rectiùs, *Nongenti* (non vero, *Duocentena, Triacentena &c.* ut vulgo perperam quidam loquuntur) *Mille Mille unus*, vel *Mille & unus*, vel *Unus supra Mille &c.*

II. MILLE Nomen si accipiatur in plurali Numero, Adjectivum est indeclinabile, Generis Omnis; ut Mille milites; *Tysiąc żołnierzy*, Mille militum, *Tysiąca żołnierzy?* Mille militibus, *Tzsiącowi żołnierzy &c.* Sic *Mille oves, Mille ovium, Mille ovibus &c. Mille mancipia &c:* SI VERO singulari Numerô accipiatur, Substantivum est Neutrius Generis, in singulari indeclinabile, ac more Substantivorum Genitivo jungitur, ut Mille militum interfectum. *Tysiąc żołnierzy zabito.* In Plurali verò declinabitur, *Millia Millium, Millibus &c.* ut Duo, Tria, Quatuor Milla militum capta sunt. *Dwa, Trzy, Cztery tysiące żołnierzy zabrano.* Gell. l. 1. c. 16. Macrob. Saturn: cap: 5 Dicimus igitur: *Bis Mille milites; Ter Mille; Quater mille &c.* vel *Duo Millia militum; Tria Millia; Quatuor Millia, Decem Millia,* vel *Decies Mille; Centum Millia,* vel *Centies Mille; Ducenta Millia; Trecenta Millia; Decies centena Millia;* i Milion: *Undecies centena Millia*, i Milion sto tysięcy: *Vicies centena Millia*, i. Dwa miliony; *Tricies centena Millia.* i. Trzy Miliony Cave autem, dicas; *Duo Centum, Duo Mille;* sed ut supra, *Bis centum*, vel *Ducenti*, *Bis mille*, vel *Duo Millia &c.*

III. Tyrones ita paucis id habeant. Duo sunt signa, quæ certò indicant Nomen, *Mille*, Substantivè usurpari. I. Cùm ei additur Adjectivum aliquod; v. g. *Unum mille. Totum mille &c.* II. Cùm pluraliter usurpatur, *Millia Millium &c.* Cæteris locis à placito loquentis pendet, Substantivinę an Adjectivi more

usur-

usurpetur. Hæc est compendiaria cognoscendi ratio, quæ vero utendi regula? HÆC ESTO. I. Si constat è datis modò signis *Mille* Substantivum esse, cum Genitivo plurali usurpetur v. g. *Unum Mille equitum, duo millia peditum &c* Si non adsunt hæc signa, substituat interim puer Nomini *Mille*, aliud Nomen declinabile v. g. *Myrias*, *Millio &c.* & videat: quo nam Casu efferendum id Latinè esset. Ubi deprehenderit, efferat eodem Casu Genitivum illum, qui Patrio in sermone Nomini, *Mille*, adhæserat, ipsum autem *Mille*, invariatum eidem præponat. Res in exemplo pateat v. g. vernaculam hanc locutionem, *Tysiąc piechoty wzięli, tysiąc czerwonych złotych w zapłacie;* velit Latine efferre, dicet interim: *Millio peditum recepit millionem aureorum stipendii nomine*, pergat porro, & Genitivos *peditum* ac *aureorum* efferat per eum casum, quem indicat adhærens iis nomen *Millio*, dicendum erit: *Mille pedites receperunt mille aureos. &c Mille* enim ut jam monuimus, invariatum manere debet. Hæc Tyroni sufficiant.

IV. ORDINALES Numeri sunt: *Primus*, *Secundus*, sive *Alter*. *Tertius*, *Quartus*, *Quintus*, *Sextus*, *Septimus*, *Octavus*, *Nonus*, *Decimus*, *Undecimus*, *Duodecimus*, *Decimus tertius*; vel *Tertiusdecimus*; *Decimusquartus*; vel *Quartusdecimus*; *Quintusdecimus*, *Sextusdecimus*, *Decimus septimus*; vel *Septimusdecimus*, *Decimusoctavus*, v. *Octavusdecimus*; vel, *Duodevicesimus*: *Nonusdecimus*, v. *Undevicesimus* (sic etiam *Undetricesimus*, *Duodetricesimus*: & *Duodequadragesimus*. *Undequadragesimus &c*) *Vigesimus* seu rectiùs, *Vicesimus*, *Vicesimus primus*; vel, *Primus & vicesimus*, sic deinceps *Trigesimus*, v. rectiùs, *Tricesimus*, *Quadragesimus*, *Quinquagesimus*, *Sexagesimus*, *Septuagesimus*: *Octogesimus*, (non Octuagesimus) *Nonagesimus*, *Centesimus*, *Centesimus primus*, v. *Primus & Centesimus*, sic ultra. *Ducentesimus*, *Trecentesimus*: *Quadringentesimus*, *Quingentesimus*, *Sexcentesimus*, *Sep-*

ptingentesimus, Octingentesimus, Nongentesimus, v. *Noningentesimus; Millesimus, Millesimus primus*, v. Primus & *millesimus, Bis millesimus. Ter millesimus, Quatermillesimus & Centies millesimus Ducenties millesimus &c.*

V. DISTRIBUTIVI Numeri quibus præcipuè utimur, cum idem pariter in plura dividimus, quoq; iis Nominibus adjungimus, quæ singulari Numero carent, sunt: *Singuli*, æ, a *Po iednemu*. Bini æ. a. *Po dwa*, Sic, *Terni; Quaterni: Quini, Seni: Septeni, Octeni; Noveni, Deni Undeni; Duodeni; Ternideni; Quaternideni Quinideni*, vel per syncopem; *Terdeni Quaterdeni, Quindeni, Senideni, Septenideni, Octonideni*; vel *Duodeviceni, Novenideni*, vel, *Undeviceni* Sic *Duod triceni*, Po dwadzieścia ośm : *Undetriceni* Po dwadzieścia i dziewięć. *Et Duodequadrageni* Po trzydzieści ośm; *Viceni*, Po dwadzieścia, *Viceni singuli*, vel *Singuli & Viceni, Viceni bini*, vel *Bini & viceni, Viceni terni &c. Triceni*. Po trzydzieści; *Quadrageni, Quinquageni; Sexageni. Septuageni, Octogeni*, (non Octuageni) *Nonageni, Centeni*, Po sto. *Centeni singuli*; vel *singuli & centeni, Centum bini & Ducenteni*. Po dwieście, *Trecenteni. Quadringenteni, Quingenteni, Sexcenteni, Septingenteni, Noningenteni*, vel *Nongenteni* DICIMUS etiam per syncopen; *Duceni, Triceni, Quadrigeni, Quingeni, Sexceni, Sepingeni, Octingeni; Norgeni & Trecenteni, Quatercenteni &c. Milleni*. Po tysiąc: *Bis milleni, Ter milleni* : & sic deinceps. Reliqua quæ ad Syntaxim Distributivorum spectant, dicemus l. 2.

VI. QUIA verò sæpiùs Adverbiorum Numeralium adminiculò, in Cardinalium, Ordinalium, & Distributivorum Numerorum nominibus uti consuevimus: age, ea quoque, quamvis inter Adverbia recensenda essent, hoc locô attexamus.

CARDINALIS igitur Numeri Adverbia hæc sunt: *Semel*, Raz. *Bis, Ter, Quater, Quinquies. Sexies, Septies, Octies, Novies*, (non Nonies) *Decies, Undecies, Duodecies*,

cies, *Tredecies*, *Quatuordecies* (fic * Plin: l. 7. ep: 7. ut habent Aldini, aliique; emendatiffimi libri * Cicero tamen act: 2 in Verrem, nifi mendax eft liber, dixit: *Hinc HS*. Quaterdecies *P. Taido munerata*, id eft: quatuor decies centena millia feftertium &c. *QUINDECIES*, *Sexdecies*, *Noviesdecies* vel *Deciesfepties Octies*, *decies*, vel, *Deciesoctiès*, *Noviesdecies*, vel, *Deciesnovies*, vel, *Undevicies*, (fic etiam, *Duodetricies*, dwadzieścia i ośm razy: *Undetricies*, dwadzieściadziewięć razy. *Et Duodequadragies Undequdragies &c. Vicies* Dwadzieścia razy; (per fyncopen pro *Viginties*) *Vicies femel*, vel. *Semel & vicies*, *Bis & vicies*, *Ter & vicies &c. Tricies* Trzydzieści razy; *Quadragies*, *Quinquagefies*, *Sexagefies*, *Septuagefies*, *Octogies*. (non Octuagefies) *Nonagies*, *Centies*, *Centies femel*; vel, *Semel & centies &c*, *Ducenties Trecenties*, *Quadringenties*, *Quingenties*, *Sexcenties*, *Septingenties*, *Octingenties*, *Nongenties*, *Millies*, *Bis millies*, *Ter millies*. *&c*. *Centies millies*, Sto tyfięcy razy, *Ducenties millies*; Dwa kroć fto tyfięcy razy &c. *Millies millies* Tyfiąc tyfięcy razy, albo milion razy. Potiùs tamen, *Decies centies millies*; Sic *Vicies millies*, *&c*,

ORDINALIS Numeri adverbia funt; *Primò* Pierwfzy raz. Pierwfzą razą: Pierwfzym razem; *Secundò*. vel *Item*. *Tertiò*, *Quartò*, *Quinto*, & alia ab Ordinalium Ablativo formata. Horum tamen locò ufurpari poffunt: *Primum Secundum &c*.

DE NOMINIBUS
Comparativis, *&* *Superlativis*.
Quid illa; fint & unde provenant?

1. Nomen Pofitivum five abfolutum eft, quod rem abfolute fimpliciterque fignificat, ut: *Magnus*. *Parvus*.

2. Comparativum eft, quod rem vel attolit, vel deprimit, ut: *Major*, *Minor*.

3. Superlativum eſt, quod rem vel in ſummo loco vel in infimo collocat; ut, *Maximus*, *Minimus*.

4. Nomina Comparativa, & Superlativa fiunt á nominibus adjectivis, quibus adverbia, *magis* vel *minùs* recte adjungi poſſunt; ut *Juſtus*, *fortis*, *magis Juſtus*; *magis fortis*.

Unde provenire non poſſint?

1. Nomina Subſtantiva, Pronomina, item Interrogativa, Relativa, Infinita, Redditiva, Poſſeſſiva, Patria, Gentilia, Partitiva, Numeralia & quæ materiam adſignificant; ut, *Aureus*, *argenteus*, *cedrinus &c.* ad hæc *frugifer*, *alienus*, *mediocris*, *omnipotens*, *medius*, *modicus* *heſternus*, *fugitivus*, *errabúndus moribundus*, & nonnulla alia, neque Comparativa neqùe Superlativa pariunt.

SCHOLION IV.

A SUBSTANTIVIS interdum, risûs gratia. * Plautus Superlativum fingit: ut in Pan: *O patrue mi patruiſſime*.

ET à Gentili, *Pœnus*, format comparativum, *Pœnior*.

Sic * Gellius lib: . c. 3. â Poſitivo, *Plautinus*, ducit ſuperlativum, *Plautiniſſimus*. Catullus à Subſtantivo *Cinedus*, *Cinedior*; Plinius, colorem dixit *Purpuriſſimum*. A Pronomine, IPSE, *ipſiſſimus* format Græco more Plautus.

II. NONNUNQUAM & Adjectiva, quæ *Magis minúſve* non recipiunt, quorum ſignificatio nec augeri poteſt, nec minui, Gradus formant. * Macrob. *Omnipotentiſſimus*. * Virg: *Intentior*; * Cic: *Infinitior*. * Id: l. 1. ad Att: ep: ult: *Hoc vellem mediocrius*.

Comparativa & Superlativa quomodò formentur?

Comparativa fiunt à caſu I. litera finito, additâ ſyllaba Or: Superlativa verò additâ literâ S. & ſyllaba *ſimus*: ut *Juſtus juſti juſtior juſtiſſimus*.

EXCEPTIO I.

Poſitiva *Er* ſyllabâ terminata, gignunt Superlativa additâ *Rimus*: ut tener *mlody*, tennerrimus: &c.

SCHO-

S C H O L I O N V.

I. *VETERRIMUS* & *Maturrimus*, non dicuntur a Positivis usitatis, *Vetus Maturus*; sed ab inusitatis, *Veter*, *Matur*: dicitur etiam *maturrimus*.

II. *A Dexter* & *Sinister*; Comparativus tantùm formatur, *Dexterior*, *Sinistrior*; sine superlativo. *Dextimus* enim & *Sinistimus* idem sunt ac *Dexter* & *Sinister*

III. *DETERIOR*, & *Deterrimus*; fiunt ab obsoleto, *deter*, *detera deterum*.

E X C E P T I O II.

Quinque hæc Adjectiva, *Facilis*, *gracilis*, *humilis*, *similis*, *imbecilis* Superlativa pariunt syllaba is, mutata in *limus*; ut, *facillimus gracillimus*, *humillimus*, *imbecillimus*; vel *imbecillissimus*, *simillimus*.

S C H O L I O N VI.

UTILIS habet *Utilissimus*. * Dolabell: Fam: l. 9. ep: 9. *Sic enim facillimè*, *quod tibi* utilissimum erit capies. * Q. Curt: l. 9. *se Dario non fuisse inimicum*, *imo etiam*, *quæ credisset* utilissima *esse*, *suasisse*. * Cicero de senect: compositione uti videtur; *Multas ad res*, *perutiles Xenophontis libri sunt* * Id l. 2. de Offic: maluit dicere, *Magis utile*, *Maximè utile*. Ita & Ter: Andr: *Quibus id maximè utile est*; *illum esse quàm deterrimum*. * GRACILLIMUS Sunt in * Nor. cap 52 *Fuit gracillimis cruribus* * *IMBECILLIMUS*, habet Sen: ep: 89. *Imbecillissimus*, est apud * Cels: l. 9. c. 18 & alibi.

NONNULLI addunt, *Agillimus* & *Docillimus*, nobis exempla non suppetunt.

E X C E P T I O III.

Nomina, quæ ante US syllabam, vocalem habent, rarò Comparativa aut Superlativa gignunt: ut, Idoneus *Godny*; noxius *szkodliwy*; arduus *trudny*.

S C H O L I O N VII.

Reperiuntur tamen nonnulla apud probatos Scriptores * Lucr: l. 4. *Nam nihil egregius*; i, *magis egregium*. * Juv: Sat: xi. *Egregius*, i. *magis egregie*. Var: de

Re-

Re Rust: l. 2. c. 9. *Assiduior*: Suet: Aug: c. 71. & * Cic: Brut: *Assiduissime* * Ovid: ep: 14. *Pars exiguissima*. Saluft * Catil: *Strenuissimus*. Sic & * Tacit: l. 20. * *Piissimus*, Curt: l. & Quintil: Decl: Quanquā Cicero Philipp: 13. negat ejusmodi verbum esse in Latina lingva. TENUIOR, sæpe est apud Cic: lib: 2. de Off: & Lucr: lib: 3. sic Cic: l. 2. de Nat: Deor: *Tenuissimas membranas* dicit.

EXCEPTIO IV.

A Nominibus ex Verbis *Facio*, *dico*, *Volo*, compositis, Comparativa in *entior*, Superlativa in *entissimus*, ut *Magnificus*, *magnificentior*, *magnificentissimus*, *Mirificus*, olim habuit *mirificissimus*; ut, *facinus mirificissimum*, *Ter*: * Phorm Act: 5. Sc. 6.

ANOMALA & DEFECTIVA.

1 Annomala *Comparatione* illa sun, quæ Comparativum quidem, & Super: gradum habent; eos tamen non formant juxta ullas supra præscriptas regulas, unde & *Irregularia* vocantur. Horum quædam dupliciter Superlativum habent, unde & *Redundantia* appellantur.

2. *Defectiva* verò sunt, quæ aliquo Gradu deficiunt. En singula.

ANOMALA SIMPLICIA

Positivus, Comparativus, Superlativus.

Bonus, Melior, Optimus, Malus, Pejor, Pessimus Magnus, major, Maximus, Parvus, Minor, Minimus, Nuperus, Nuperior, Nuperrimus. Nequam, Nequior, Nequissimus, Multum, Plùs, Plurimum, Parùm Minùs, Minimè *vel*, minimum, Valde, Magis, Maximè

ANOMALA ABUNDANTIA.

Externus, Exterior, Extremus, Extimus, Inferus Inferior, Infimus, Imus, Superus, Superior, Supremus, Summus, Posterus, Posterior, Postremus, Posthumus.

Defectiva Positivô carentia.

Interior, intimus, Citerior, Citimus, Ulterior, Ultimus, Propior, Proximus, Deterrior, Deterrimus. Li-

cen-

centior, Licentiſſimus. Ocyor, Ocyſſimus. Prior, Primus. Diutior, Diutiſſimus. Potior, Potiſſimus.

Defectiva Comparativô carentia.

Inclytus, Inclytiſſimus. Invictus, Invictiſſimus. Novus, Noviſſimus. Meritus, Meritiſſimus. Sacer, Sacerrimus.

Defectiva Superlativô carentia.

Adoleſcens, Adoleſcentior. (
Juvenis, Junior. - - - (Subſtantiva.
Senex, Senior. - - - (
Siniſter, Siniſtrior.
Dexter, Dexterior, &c.

Anterior, *Poſitivô, & Superlativô caret.*

DE PRONOMINE

I. PRONOMEN eſt Pars Orationis, quæ loco Nominis poſita, certam determinatamq; adſignificat perſonam, ut *Ego, Tu, Nos. &c.*

2. Pronomina ſunt duplicia: *Privata,* ſeu *Primigenia;* & *Derivata,* ſeu potiùs *Derivata.*

3 Primitiva ſunt, quæ à ſemetipſis oriuntur. ſuntque novem: *Ego, Tu, Sui, Hic, Iſte, Ille, Ipſe, Is, Qui,* atque hæc propriè *Pronomina* ſunt, cætera potius *Pronominalia*

4 Derivativa, vel potiùs Derivata ſunt, quæ à Primitivis derivantur; ut. *Meus, Tuus, Suus, Noſter, Veſter, Noſtras, Veſtras, Quidam &c.*

5. Ex Primitivis illa vocantur *Demonſtrativa,* quæ rem demonſtrant; ut. *Ego, Tu, Hic, Iſte, Ille, Ipſe, Is*

6 Ex iiſdem dicuntur Relativa hæc quinque: *Hic, Iſte, Ille, Ipſe, Is,* & ex eo compoſitum, idem quæ rem antecedentem in memoriam referunt; ut: *Virgilius carmina compoſuit; Idémque ipſe ea cecinit.*

7 Ex *Derivatis* vocantur *Poſſeſſiva* ea, quæ poſſeſſionem ſignificant, ut, *Meus. Tuus. Suus, Noſter, Veſter.*

8 Ex iiſdem Gentilia appellantur, quæ Gentem vel

Patriam imò & quæ *ſectam*, *Partèſve* ſignificant; ut, *Noſtras Veſtras.*

9. Tandem *Reciproca* duo ſunt. *Primitivum* SUI & *Derivativum* SUUS.

DE VERBO.

VERBUM eſt Pars Orationis, quæ habet Modos, & Tempora, neque declinatur per Caſus.

2 VERBUM eſt duplex: *Perſonale*, & *Imperſonale*,

3 Perſonale eſt quod omnes tres Perſonas, utriuſque Numeri habet: ut, *Amo*, *Amas*, *Amat*, PLUR: *Amamus*, *Amatis*, *Amant*.

4 Imperſonale eſt, quod primâ, & Secundâ Perſonâ ûtriuſque Numeri, & fere Tertiâ Plurali caret.

5 Imperſonale Duplex eſt, Activæ vocis: ut, *Pudet*, *Pænitet* & *Paſſivæ*; ut *Pugnatur*, *Curritur*.

6 Genera Verbi Perſonalis ſunt quinque, *Activum*, *Paſſivum*, *Neutrum*, *Commune* & *Deponens*.

7 Activum eſt, quod deſinit in O. & habet Paſſivum in *Or*; ut: *Amo*, *Amor*.

8 Paſſivum eſt, quod deſinit in Or. & fit ex Activo deſinente in O. ut *Amor*, *Amo*.

9 Neutrum eſt; quod deſinit in M. *v.* O. v. J. neque habet Paſſivum Perſonale in Or, ut *Sum*, *Forem*, *Sto*, *Servio*; non enim dicitur *Stor*, aut *Servior* : ODI, *Novi* &c. etiam *Activa defectiva* dici poſſunt.

10 Commune eſt, quod ſemper terminatur in Or: & ſignificationem ſimul Activam, ſimul Paſſivam habet, ut. *Experior*, *Complector*.

11. Deponens eſt, quod ſemper terminatur in *OR*: & ſignificationem tantùm Activam vel Neutram habet; ut: *Sequor*, *morior*.

SCHOLION VIII.

Neutrorum quædam Paſſivam vocem habent in Præterito, hæc tamen Paſſivè non ſignificant: ut Gaudeo *Gaviſus*, Soleo *ſolitus*: Fido *Fiſus*.

FA-

FACIO, cum Compoſitis, quæ, *A* retinenti, ut *Calefacio &c.* eſto Activum ſit, propria tamen Paſſiva voce in Or: deſtituitur ſæpe, & Neutrum eſt.

Neutrorum, Diomedi tria ſunt genera, quædam Actionem ſignificant, ut: *ambulo*, *Curro*; quædam Paſſionem; ut, *Vapulo*, *Veneo*, *Fio*, *Exulo*, *Liceo*; quædam nec Actionem nec Paſſionem, quæ *Supina* id eſt *Ocioſa* appellant; ut, *Soleo*, *Jaceo*.

Commune Verbum Activam quidem ſignificationem habet iu omnibus Modis, & Temporibus, Paſſivam tamen ſere tantùm in iis Temporibus, quæ ex Participio Præteriti, & Verbo *Sum*, ſupplentur &c. vide lib: 2. cap: 6. imo & ſupra Cap: 10. *fin:*

Variæ Verborum formæ.

I. VERBUM *Inchoativum* eſt, quod rem quidem inchoatam, ſed ad finem perfectionemque tendentem ſignificat; ut, *Caleſco* i. *calidus fio*: *Frigeſco*, *Frigidus fio*.

2. Verbum *Perfectum* eſt, quod rem perfectam, abſolutamque ſignificat, ut, *Caleo*, i. *Calidus ſum*, *Frigeo*, i. *Frigidus ſum*, *&c.*

3. Verbum *Meditativm* eſt, quod aſſiduam alicujus rei meditationem ſignificat; ut, *Eſurio*, *Cænaturio*, *&c.* Qui enim eſurit, nihil niſi cibum meditatur.

4. Verbum Frequentativum eſt, quod rei alicujus frequentationem, iterationemque ſignificat; ut, *Rogito*, *Lectito*.

5. Verbum *Diminutivum* eſt, quod minùs, quàm Primigenium ſignificat: ut, *Sorbillo*, *a ſorbeo*, *Potiſſo*, *à Poto*.

S C H O L I O N IX.

INCHOATIVA Tertiæ Conjugationis ſunt omnia, formantur fere à Neutris ſecundæ Conjugationis, addita ad ſecundam Perſonam Præſentis, indicativi, CO, ſyllaba, ut, *Friges*, *Frigeſco*, *Cales*, *Caleſco*. Unum

aut

aut alterum ab activis: ut, *Auges*, *Augesco*, *Integras*, *Integrasco* * *Ter: And: act: 4. Hoc malum integrascit.* Nonnulla à Nominibus fiunt ut: Sylvesco, Lapidesco, Sterilesco; à *Sylva*, *Lapis*, *Sterilis*. Interdum his additur *Incipiendi* Verbum * *Cæs: 3. Bell: Civ: Jamque maturescere frumenta incipiebant.*

II. MEDITATIVA Quartæ Conjugationis sunt omnia fiúntque à Supino posteriore, addita *Rio*, ut, *Esu*, *Esurio*, *Cœnatu*, *Cœnaturio*, *Nuptu*, *Nupturio*.

II. FREQUENTATIVA, Primæ Conjugationis sunt omnia, quæ interdum mutant *Atum*, supini primæ Conjugationis in *Ito*, ut, Rogatum *Rogito &c.* Interdum *UM* Tertiæ, vel in *Ito*, ut: scriptum, *scriptito &c.* vel in O, ut: Cursum *Curso*; Raptum, *Rapto*: vel ad Tertiam Personam singularis Indicativi O. addunt; ut: Quærit, *Quærito*. Nat, *Nato*, Poloni à nullis fere perfectis Frequentativa non ducunt: ut *Mam*, *miewam*. *Stoię*, *stawiam*: *Chodzę*, *chadzam*, *Jestem*, *bywam &c.* quibus si Latina Frequentativa non respondeant, utendum Perfectis, ut *Soleo*, vel *Suevi* Præteritô &c.

DE PARTICIPIO.

Quid sint, quomodò terminentur, & unde proveniant Participia?

I. PArticipium est pars Orationis, quæ & Casus, & Tempora habet: ut *Legens*, *Lectus*, *Lecturus*, *Legendus*.

2 Participia Præsentis Temporis desinunt in ANS, vel ENS, & proveniunt ab omni genere Verborum, exceptis Passivis, ut *Amans*, *Complectens*, *serviens*, *Utens*.

3 Participia Præteriti desinunt, in *Tus*, *Vus*, *Sus*, & *Xus*, & provêniunt ab iis verbis, quibus Passiva est terminatio: videlicet à *Passivis*, *Communibus*, & *Deponentibus*, ut, *Amatus*, *Mortuus*, *Usus*, *Complexus*.

4. Tandem Participia Futuri quædam in RUS, quædam in DUS, desinunt.

5. Quæ in RUS, desinunt, proveniunt ab omnibus Verbis, exceptis solis Passivis: ut, *Amaturus, Complexurus, Serviturus, Usurus.*

6. Quæ tandem in DUS exeunt, fiunt à Passivis & Communibus; ut: *Amandus, Complectendus.* INTERDUM etiam à Deponentibus, quæ aliquando fuerunt Communia; ut, *Sequendus, Execrandus, Ulciscendus &c.* vide l. 2. cap: 14.

Quomodo formantur Participia?

Participia Præsentis Temporis formantur à prima Persona Præter: Imperfect: *Bam*, vel: *Bar*; mutata in, NS, ut *Amabam: Amans; Utebar, Utens.*

2. PRÆTERITI, à Posteriore Supino, additâ, S. ut, *Amatu, Amatus, Doctu Doctus.*

3. Futuri in RUS, à Priore supino in UM, literâ M. versâ in RUS; ut, *Amatum, AmatuRUS; usum, UsuRUS.*

4. Futuri in DUS à Genitivis Participiorum Præsentis Temporis, *TIS* syllabâ mutatâ in *DUS, DA, DUM*, ut *Amans, AmanTIS, AmanDUS, a, dum.*

5. QUÆ Verba carent aliquo Tempore, carent & reliquis omnibûs, quæ ab eo formari deberent. Hinc *Odi, Novi, Cœpi Memini*, carent Participiô Præsentis Temporis, quia carent Imperfectô in BAM; carent item Participiô Futuri in DUS quia Participiô Præsentis destituta sunt.

QUÆ item supinis carent, carent Participiis Futuri in RUS & Præteriti; carent Perfectô & plusquam perfectô Passivæ vocis omnium Modorum, ac Futurô Passivo Conjunctivi; carent denique Futurô Infinitivi tam agendi, quàm Patiendi.

SCHOLION X.

De Participio.

PARTICIPIUM Varroni l. 3. de Anal: eſt, *quod cum Caſibus ac Temporibus declinatur.* Differt Au- thore eodem, à Nominibus Verbalibus; ut *Amator, Lector, Viſus* Widzenie, *Auditus* Słuch, &c. quòd nullum tempus Præſens, Præteritum, Futurumve ſignificant, quæ tamen ſignificant Participia, *Amans, Amatus, Amaturus &c.*

II. PARTICIPIA in, *Ans*, vel *Ens*, & Futuri in *Rus*, à quocunque Verborum Genere fiant, Activè ſolum ſignificant, niſi Verbum ipſum Paſſivè ſignificet; ut, *Vapulans, Vapulaturus.* Præteriti verò Participia Paſſivè tantùm; ut: *Amatus:* niſi Verbum ipſum vel Commune ſit, ut *Complexus*, vel Activè ſignificet; ut: *Secutus* vide tamen l. I, 2, c. 14. Præc: l. App: n. 5.

III. PARTICIPIA Futuri in DUS, ſemper Paſſivè ſignificant, etiamſi à Communibus, vel Deponentibus fiant; ut, *Complectendus, Sequendus*, Quamvis ea non rarò neceſſitatem officium, debitum, aut ſimile quid ſignificent potiùs quàm Tempus Futurum, ut diximus cap: 9. ſchol: 10. n.6. Cic:de Aruſp: *Senatus meū domum ex ærario ædificandam, à Pontificibus liberandam, à Magiſtratibus defendendam putavit* i, *putavit ædificari debere, aut dignam eſſe, quæ ædificaretur.*. Sic interdum & Participia in Rus officium aut animi quandam deliberationem ſignificant; ut, *Non ſum deſerturus Remp:* i. *deſerere non debeo, ſtatui non deſerere.*

IV. A SUPINIS in *Itum* vel *Ctum*, Primæ Conjugationis; Participia in *Rus*, per *A*, fiunt; ut: à *Sonitum, Plicitum, Frictum, Sectum; Enectum; Sonaturus. Plicaturus, Explicaturus, Implicaturus, Fricaturus, Refricaturus, Defricaturus, Secaturus, Enecaturus.* Hor: l. 2. Sat: 4. *Magna ſonaturus &c.* Verùm à *Domitum*, etiam *Domiturus*, * Virg: 4. Georg: *Bacchi domituræ ſaporem.*

V. PARTICIPIIS Præsentis & Futuri in DUS, carent hæc Verba; *Fio, Malo, Reor, Sum*, cum Compositis, præter *Abſens* & *Præſens*, quamvis non carent Imperfectô. Carent & Imperſonalia, præter *Pænitens, Pænitedus, Pudendus, Pigendus*, Nam. *Libens, Pudens*, & *Potens* Nomina potiùs ſunt. *FRUENS*, Participium non legi: *Fruiturus*, & *Fruendus*, non rarò invenies.

VI. PARTICIPIA Futuri in *Rus*, à Verbo, *Ruo*, & Compoſitis; item á *Paſtum, Solitum, Satum, Saltum, Manſum* à Mando, *Žuiç*, non invenio. Carent iiſdem, *Reor, faris*, & Imperſonalia, præter *Licitum à Licet*. Cic: Att: l. c. ep: 1, * & *Puditurum*. Plin: l. 36. cap: 15. & *Pœniturum*. * Saluſt: apud Quintil: l. 9. c. 3. Carent iiſdem & Verba Meditativa, ac Inchoativa. Quamvis Ter: Heaut: act: 5. *Eſuriturus* dixerit.

VII. *MORIOR, Orior, Pario, Naſco*, habent Participia, *Moriturus, Oriturus, Pariturus, Naſciturus*: non verò *Morturus, Orturus, Parturus, Naturus*. A Supinis verò, *Statutum, Reſtitutum*, & *Fluxum*, ritè formantur, * *Statuturus* Cic: 4. Att: ep: 1. *Reſtiturus*. 2. in Verr: * *Fluxurus*. Colum: l. 3. cap: 2.

QUAMVIS à *Lugeo; Sorbeo*, v. *Sorbo, Sapio, Arceo*. nonnulli putent eſſe Supina *Luctum, Sorptum*, vel *Sorbitum, Arcitum, Sopitum*; non tamen Participia Præteriti *Luctus, Sorpitus*, vel *Sorbitus, Sopitus, Arcitus*. Rite tamen dicimus *Coërcitus, Exercitus*. Reliqua quæ ad Participia ſpectant, habes infra l. 2. cap: 14.

DE PRÆPOSITIONE.

I. PRæpoſitio eſt Pars Orationis, quæ cæteris Partibus aut ſeperata, aut conjuncta fere præponitur. SEPARATA; ut, *Non ſum apud me præ iracundia*. CONJUNCTA, ut, *Præſtat millies mori, quàm minimum è Divinis mandatis tranſgredi*. PRÆSTAT ex Præpoſitione *Præ*: *Tranſgredi*, ex *Tranſ*: componitur.

2. *Tranſ:*

2. *Transf: Apud, Adversus, quarto jungantur, & Ante*
Ponè, Per, Adversùm Juxta, prope, Versus & Infra,
Post, Ad, Ob, Infra, Erga Circa, Secus, Usque Secundùm,
Et propter, Contra, Supra, Penes, Inter, & Ultra.

2. Accusativum regunt: *Transf: Apud*, & reliquæ carmine comprehensæ.

3. *Abs, Ab, & A, Cum, Clam, poscunt sibi sumere*
sextum.
Et Tenus atq; Palam, Procul, Absque fruantur eodem.
Ex, E, De, Coram, Præ: Pro: Sine 4. Ponitur ante.
Post Patrium ferme numero TENUS una secundo.

3. Ablativum regunt *Abs: Ab, A*, & reliquæ in carminibus enumeratæ.

4. Præpositio TENUS, una inter omnes Præpositiones invenitur, quæ Genitivo postponitur, si Nomen, quod ab ea regitur, Plurale sit; ut, *Comarum tenus, aurium tenus.*

6. *Sub, Supter, In, Subter, quarto modò juncta videbis.*
Pro vario sensu, modò sextum assumere Casum

5. *Sub, Super, In & Subter*, modò, cum Accusativo: modò cum Ablativo ponuntur, pro vario locutionis sensu. Hic verò Polono Juveni non malè ex Patrio idiomate uidetur posse innotescere; cùm in usu Præpositionum harum Ablativi nostrates Ablativis, & Accusativis Latinis correspondeant v. g. *Pod górę*, sub montem: *Pod górą*, sub monte &c.

6. Hæ Præpositiones non usurpantur nisi conjunctæ DIS DI, SE, RE, AM, CON: ut, Dirimo, Dis-par, Se-jungo, Re-pello, Am-bigo, Con-stituo.

SCHOLON XI.

AM, Præpositio in Compositis, *Circum* significat, & per M. scribitur, ut, *Amputo*, sed sequente C, F, Q, per *N*, scribenda; ut, *Ancisus, Anfractus, Anquiro*: Vocali sequente intercipit, B, ut, *Ambesus, Ambitus, Ambustus*, sic, *Ambesus, Ambustus, &c.*

DE ADVERBIO.

1. ADverbium est Pars Orationis, quæ vocibus addita earum significationem explanat: ac definit, seu circumscribit; ut, *Rarò loquitur, bene peritus, Vehementer iratus, Parùm diligenter.*

2. Adverbiorum significationes, & species sunt plurimæ.

OPTANDI, *Ut, Utinam, O si, Sic Ita,* vide libri hujus *Cap: IX. Schol: IV. num.* 1.

VOCANDI. *O, Heus, Eho, Ehodum.*

INTERROGANDI *Cur, Quare, Quid ita, Quamobrem, Quidam*

RESPONDENDI affirmativè, *Ita, Etiam, Maximè, Quuidni.*

CONFIRMANDI, *Certè, Profectò, Sanè, Scilicet*.

NEGANDI, *Non, Haud, Nequaquam, Haudquaquam, Minimè.*

DUBITANDI, *Forsan, Forsitan, Fortassis.*

HORTANDI, *Eja, Age, Agite, Agedum.*

PROHIBENDI, *Ne.*

DEMONSTRANDI, *En, Ecce, Hem.*

ELIGENDI, *Potiùs, Imò.*

COMPARANDI, *Magis, Minùs,* Comparativa.

CONGREGANDI, *Simul; Unà Pariter, Universè, Certatim.*

SEPARANDI, *Seorsim, Separatim, Secreto, Singillatim, vel Singulatim, Quadrifariam, Multifariam.*

INTENDENDI, *Acriter, Studiosè Vehementer Valdè Apprimè, Omnino Penitùs, Prorsus.*

REMITTENDI, *Segniter, Oscitanter, Remisse. Ægrè, Paulatim, Pedetentim, Sensim.*

TEMPORIS, *Heri, Hodie, Cras, Perendie, Nudius tertius, Pridie, Postridie, Jam diu. Jam dudum. Quando. Cum, Ex quo,* v. g *Annus est, cum* vel *Ex quo,* vel *Ut obiit, Jam olim* v. g. *Jam olim sub Evandro &c.*

Prope-

Propediem, *Continenter*, *Continuo*, *Assiduè*, *Perpetuè*, *Adhuc*, *Olim*, *Quondam*, *Antequàm*, *Priusquàm*, *Postquàm*, *Posteaquàm*, *Ut*, *Ubi*.

LOCI, *Hic*, *Illic*, &c: vide Mib: 2. Cap: 18.

NUMERI, *Semel* &c: vide supra Schol: 3.

ORDINIS, *primùm*, *Imprimis*, *Deinde*, *Postremò*, *Postremùm*, *Tandem*.

EVENTUS, *Fortè*, *Fortuitò*, *Fortè*, *Fortunà*, sed hoc *Forte*, Ablativus esse potest à *Fors*

SIMILITUDINIS, *sicut sicuti*: *Ut*, *Uti*. *Quemadmodum* *Tanquam*, *Acsi*, *Velut*, *Veluti*, *Instar*.

DIVERSITATIS; *Aliter*, *Secus*.

QUALITATIS, *Prudenter*, *Eleganter*, & similia quàm plurima.

QUANTITATIS, *Parùm*, *Multùm*, &c.

JURANDI, *Medius fidius*. At illa *Hercule*, *Hercle*. *Mehercule*, *Mehercle*, *Ecastor*, *Mecastor*, *Pol*: *Aedepol*: &c. Christianis non licent.

EXCLUDENDI, *Solùm*, *Tantùm*, *Vix*, *Tantummodò*.

EXPLANANDI, *Nimirum*, Virg: *Nimirum hæc illa Charybdis*, *Nempe*, *Videlicet*, *Scilicet*.

REI nondum plene peractæ, *Fere*, *Ferme*, *Prope*, *propemodum*.

DE INTERJECTIONE.

INTERJECTIO est Pars Orationis, quæ varios animi affectus indicat.

Interjectionum variæ sunt species.

LAUDANTIS, & aliquando, Exultantis. *Euge*.

EXULTANTIS, & interdum Insultantis. *Vah*.

LÆTANTIS, & INGEMISCENTIS; *Ah! Heu! Heu! heu! Hei!*

INDIGNANTIS & se ipsum corripientis, *Hem!* *Sulp: 4. Fam: *Hem! nos homunculi indignamur* &c. Eadem Demonstrantis est *Hem puer*. * Ter: Andr:

SUSPI-

SUSPIRANTIS, *Ah! ah! ah!*
EJULANTIS, *Oh! oh! oh,*
ADMIRANTIS, *O! Vah!*
ADMIRANTIS & interdum Ironiæ, *Hui!*
IRRIDENTIS, *O!* Cic: Philipp: 3. *O præclarum custodem ovium (ut ajunt) lupum!*
EXCLAMANTIS, *O! Proh! Pro!*
SILENTIUM indicentis, *St.*
TIMENTIS, *Hei.*
DEPREHENDENTIS ex improvisò, *At, at:*
PRÆSAGIENTIS mala, Miserentis, vel minantis: *Væ!*
REJICIENTIS cum fastidio. *Apage, Apage sis.*
STOMACHANTIS *seu* Indignantis *malum* By cię u kata, u diabła (*impium est*) Hinc illa. *Quid malum?* Jako? * Cic: Or: 4. in Catil: *Quæ malum fuit ista amentia?* Co u katá zá szaleństwo było takie &c.
EXECRANTIS. *Nefas Nefandum.*

DE CONJUNCTIONE.

1. CONJUNCTIO est Pars Orationis, connectens, ordinansq; alias Orationis Partes.
2. Conjunctionis species plurimæ.
COPULATIVÆ, *Ac, Atque, Et, Vè, Quoque, Nec, (Neque,*
DISJUNCTIVÆ *Vel, sive, seu, aut, ne.*
DIVERSATIVÆ, *Etsi, Tametsi, Quanquam, Quamvis, Tamen, Attamen.*
ILLATIVÆ sive Rationales, *Ergo, Igitur, Itaque. Quare, Quocirca, Quapropter.*
CAUSALES, *Quia, Nam, Namque, Enim, Etenim, Siquidem, Quoniam, Propterea.*
EXPLETIVÆ, *Dum,* * Cic: seu potiùs Atticus ad Cic: l. 2. Tusc: *Iteradum eadem ista mihi.* Powiedz ieno ieszcze to samo, sic, *Adesdum.* Pódź ieno, *Manesdum.* Poczekay ieno. * Quidem v. g. *Ille quidem volui. &c.* Cic: l. 2. Tusc: *Neoptolemus quidem, Equidem, &c.*

3. Hæ ipsæ Conjunctiones dividuntur in tres classes: aliæ enim sunt *PRÆPOSITIVÆ*, sive *Principes*, quæ in Oratione præeunt, suntque: *Aut*, *Ac*, *Atque*, *Ast*, *Vel*, *Nec*, *Neque*, *Nisi*, *Si*, *&c.*

4. Aliæ *SUBJUNCTIVÆ* sive *Subditæ*, quæ subeunt, sive postponuntur, sunt verò: *Què*, *vè*, *Nè*, *quidem*, *Quoque*, *Autem*, *Vero*, *Enim*, non enim dicitur, *Armaque virum*, sed *Arma virumque*; nec: *Quoque tu*, sed *Tu quoque*; nec, *Verò ego Brute &c.* sed *Ego verò Brute &c.*

5. Aliæ tandem *MEDIÆ* sive *Communes*, quæ modò præeunt, modò subeunt, suntq; *Ergo*, *Igitur*, *Itaque*, *Equidem*.

DE ACCIDENTIBUS
Sive Attributis Partium Orationis.

1. ACCIDENTIA, sive Attributa Partium Orationis sunt ea, quæ Partibus Orationis accidunt, eásq; comitantur.

2. Sunt verò ejusmodi Accidentia, novem: *Numerus*, *Casus*, *Genus*, *Declinatio*, *Modus*, *Tempus*, *Persona*, *Figura*, *Species*.

3. NUMERI Nominum, Pronominum, Verborum, & Participiorum sunt duo: Singularis; ut, *Musa*, *Ego*, *Amo*, *Amans*: & Pluralis; ut, *Musæ*, *Nos*, *Amamus*, *Amantes*.

4. CASUS Nominum, Pronominum, & Participiorum sunt sex: *Nominativus*, *Genitivus*, *Dativus*, *Accusativus*, *Vocativus*, *Ablativus*, Nominativus & *Vocativus* vocantur *Recti*: cæteri *Obliqui*. Nominativus vocatur aliter, *Casus primus*, *Rectus*, *Prima positio*, *Positio*, *Thema*. Genitivus vocatur aliter, *Casus secundus*, *Casus interrogandi*, *Casus Patrius*, *Casus Paternus*, *Casus Possessivus*, *Casus secundus*. Dativus vocatur aliter, *Casus tertius*, *Casus dandi*, *Casus Commen-*

dati

dativus, Accusativus vocatur aliter, *Casus quartus. Casus accusandi. Casus Causativus. Casus incusativus*, Vocativus dicitur aliter, *Casus salutandi*, vel *salutatorius. Casus vocandi*, *Casus quintus.* Ablativus aliter vocatur, *Casus Latinis.* (Quia Græci carent Ablativò) *Casus sextus*, *comparativus.* Præterea uterque *Rectus* dicitur à Grammaticis, *Casus ante se*; quivis verò *Obliquus* dicitur ab iisdem, *Casus post se*; seu quem Partes Orationis habent, *post se*; quia videlicet in Ordine Grammatico *Recti* præcedunt, *Obliqui* subeunt, seu subsequuntur.

5. GENERA Nominum, Pronominum & Participiorum præcipua sunt tria, *Masculinum* sive *Virile*, cui præponitur Pronomen, *Hic*, ut *Hic* Dominus, meus, doctus. *Fæmininum* sive *Muliebre*, cui præponitur Pronomen, *Hæc* ut *Hæc* Ancilla, nostra, docta. *Neutrum*, cui præponitur Pronomen, *Hoc*; ut *Hoc* Mancipium, vestrum, doctum. Ex his tribus præcipuis nascuntur alia quatuor. I. Commune duorum, *Rodzay wspolny dwom*, quod sub una terminatione convenit, tum Maribus tum Fæminis, & ideo præponuntur illi duo Pronomina, *Hic* & *Hæc*, ut *Hic* & *Hæc Parens &c.* II. *Commune trium. Rodzay wspolny trzem*, aliter dictum *Omne*, quod sub una terminatione convenit tum Maribus, tum Fæminis, tum Neutris, & ideo præponuntur illi tria Pronomina; *Hic*, *Hæc*, *Hoc*; ut *Hic*, *Hæc*, *Hoc*, *Felix*. *III. Epicenum* sive *promiscuum*, *Rodzay mięszaiący*, *nie niebrakuiący*; quod sub una terminatione & uno Articulo seu Pronomine, potest significare tàm Matrem, quàm Fæminam; ut *Hæc* Aquila, *Hæc* Vulpes, *Hic* Lepus, *Hic Accipiter*, *Hæc* Ciconia, *Hæc Grus*, sive Mares sint, sive Fœmellæ. IV. *Dubium*, *Rodzay wątpliwy*, quod sub una terminatione & significatione modò hunc, modò illum Articulum habet; ut, *Hic*, vel *hæc* Dies, *Hic*, vel *hoc* vulgus, &c.

6. DECLINATIONES Nominum ſunt. 5. Prima cognoſcitur ex Genitivo ſingulari deſinente in Æ diphtongum, ut *virga virgæ*. Secunda ex Genitivo ſingulari deſinente in *i*, ut, *Dominus domini*. Tertia ex Genitivo ſingulari in *Is*, ut, *Sermo, ſermonis*. Quarta ex Genitivo ſingulari deſinente in *us*: *ut Senſus ſenſus*. Quinta ex Genitivo ſingulari deſinente in literas diviſas *E*, *J*, ita, ut Genitivus excedat Nominativum ſyllabarum numerô; ut *Dies diei*.

PRONOMINA *Meus*, *Tuus*, *Suus*, *Noſter*, *Veſter* ad *Primam* & *Secundam* Nominum Declinationem ſpectant; *Noſtras* & *Veſtras*, ad Tertiam; cætera habent proprias formas.

PARTICIPIA in *Ans*, vel *Ens*, ad Tertiam; cætera ad Primam & ad ſecundam ſpectant.

VERBORUM Declinationes ſive Conjugationes ſunt quatuor.

PRIMA cognoſcitur ex ſecunda Perſona Præſentis Indicativi in *As*, & Infinitivo in *Are*, ut, *Amo*, *Amas*, *Amare*.

SECUNDA in *Es*, & Infinitivo in *Ere* longum: ut, *Doceo*, *Doces*, *Docere*.

TERTIA in *Is*, & Infinitivo in *Ere* breve: ut, *lego*, *legis*, *legere*.

QUARTA in *Is*, & Infinitivo in *Ire*; ut, *Audio*, *audis*, *audire*.

Paſſivorum Conjugationes ex Activis cognoſcuntur ut, *Amor*, ex *Amo*. Deponentium, & Communium ex Paſſivis, ad quorum normam flectuntur; ut, *Abominor*; *aris*, *ari*, ex *Amor*, *aris*, *ari*. Intueor, *Intueris Intueri*, ex *Doceor*, *Doceris*, *Doceri*; ſic, *Utor* ex *Legor*, *Dimetior* ex *Audior*, *&c.*

7. MODI Verborum triti ac communes ſunt quinque. *Indicativus*, *Imperativus*, *Optativus*, *Conjunctivus*, & *Infinitivus*. Minimè tamen prætereundi ſunt, *Potentialis* & *Permiſſivus*.

8. *TEM-*

8. *TEMPORA* Verborum sunt 5 *Præsens*, *Præteritum imperfectum*, *Præteritum perfectum*, *Præteritum plùs quàm perfectum*, *& Futurum*.

9. PERSONÆ Pronominum & Verborum sunt Tres, *Prima*, ut *Ego Amo*; secunda; ut, *Tu Amas*, Tertia; ut, *Ille Amat*, sic Pluraliter, Prima, ut, *Nos Amamus*, Secunda, ut, *Vos Amatis*, Tertia, ut, *Illi amant*.

Pronomina omnia (præter *Ego*, *Tu*, *Ille*, & pluraliter, *Nos*, *Vos*, *Illi*,) Sunt tertiæ Personæ. At *Ipse*, & *Qui*, cujusvis esse possunt; ut, *Ipse video*, *Ipse vides*, *Ego*, *qui scio*. *Tu qui scis &c.*

Nomina, Participia, & Verba Infinita omnia incertæ sunt Personæ, eam enim induunt, cujus est Verbum, cui adhærent: ut, *Ego M. T. Cicero defendi Remp: adolescens, non deseram senex*. Unde vocandi casus, quia Secundis Personis semper adhærent, secundæ semper sunt Personæ.

10. FIGURÆ Nominum Pronominum, Verborum, Participiorum, Præpositionum, Adverbiorum, & Conjunctionum, sunt duæ: *Simplex*, *& Composita*, Simplex, ut, *Prudens*, *Is*, *Amo*, *Amas*, *Abs*, *Prudenter*, *Enim*, Composita; ut, *Imprudens*, *Adamo*, *Adamas*, *Absque*, *Imprudenter*, *Etenim*.

11. SPECIES Nominum, Pronominum, Verborum, Adverbiorum, reperiuntur duæ, *PRIMITIVA*: ut, *Pater*, *Tu*, *Caleo*, *Clam*; *DERIVATIVA*: ut, *Paternus*, *Tuus*, *a*, *um*, *Calesco*, *Clanculum*.

GENERALIA
CONSTRUCTIONIS PRÆCEPTA
CAPUT XV. P. S. O. I. C.

I. ADjectivum Nomen concordat cum Substantivo in *genere*, *numero*, *& casu*; ut, *Puer ingeniosus*, *Memoria Infirma*, *Ingenium tardum*.

2. Re-

2. Relativum *Qui*, *Quæ*, *Quod*, cohæret cum Antecedente in *Genere* & *Numero*, in *Casu* Modò cohæret; ut, *Non est diligendus* Puer *Ingeniosus*, Qui *verecundiam non amet*. Modo non; ut, *Accepi tuas literas*, quæ *mihi jucundissimæ fuerunt*. *Legi tuum* epigramma, quod *mihi mirum in modum placuit*. *Vidi nuper germanum tuum* fratrem, à quo *de tua debili valetudine multa audivi &c.*

3. Quotiescunque duo Nomina Substantiva ad res diversas pertinentia in Oratione ponuntur fine Conjunctione, toties unum illorum, quod respondet interrogationi *Cujus?* erit Genitivi Casûs; ut, *Libertas Pompeji*, *Ciceronis Epistola*, *Carmen Virgilii*, *Præceptum Dei*.

4. Verbum Personale *Finiti Modi* postulat ante se Nominativum ejusdem *Numeri* & *Personæ*, ut, *Ego lugeo*. *Tu rides*. *Præceptor docet*. *Nos legimus*. *Vos Scribitis*. *Aleatores vapulant*. *Gaudeo*, *quod* tu *bene vales*, *Doleo*, *quod* frater *tuus ægrotat*.

5. Verbum verò, *Infiniti Modi* Nominativi locó, Accusativum habet; ut, *Gaudeo* te *bene valere*. *Doleo* fratrem *tuum ægrotare*.

6. Verbum Substantivum SUM, non solùm ante se, sed etiam post se Nominativum petit, ut, *Parsimonia EST magnùm vectigal*. *Avus tuus FUIT Vir doctus*.

7. Omne Verbum Personale Finiti Modi potest utrinque habere Nominativum pertinentem ad eandem rem; ut, *Hic vocatur Paulus*, *Ego vivo miserrimus*. *Boni moriuntur læti*.

8. Verbum Activum post se Accusandi Casum postulat; ut, *Pueri ingenui* amant *literas*. *Pater tuus* legit *Ciceronem diligenter*.

9. Verbum Passivum pro Accusativo Nominativum, pro Nominativo autem Ablativum cum Præpositione *A*, vel *Ab*, postulat, ut, *Literæ* amantur *à pueris ingenuis*. Cicero legitur. *à Patre tuo diligenter*.

10. Quodvis Verbum admittit præpositionem cum suo Casu; ut, *Fui in Templo. Eo in gymnasium. Sedeo in scamno.*

11. Omne Verbum & multa Nomina Dativum habere possunt ejus rei, cui damnum aliquod vel commodum datur: ut. *Laboras aliis, tibi soli es otiosus. Catilina fuit perniciosus Reip:*

12. Nomina, quæ tempus enuntiant, ad interrogationem *Quando*, Ablativô, ad *Quamdiu* meliùs Accusativô efferuntur; ut, *Quando cœpisti dare operam Grammaticæ?* Anno superiore. *Quamdiu vixit Pater tuus?* Quinquaginta annos, *vel* annis, & Menses duos, *vel* & Mensibus duobus.

13. Cuicunque Verbo potest addi Ablativus, qui significet Pretium; ut, *Emi librum decem denariis: vendidisti atramentarium tribus sestertiis.* vel instrumentum: ut, *scribo calamô. Percutio ferulâ, Pugnatum est gladiis;* vel causam: ut, *servus tuus interiit fame. Tabesco dolore?* vel partem: ut, *Pater meus duxit me manu in templum;* vel Modum v. g. *Vidi duos morriones tractu capillorum, secum certantes.*

14. Gerundia, Supina, Participia postulant post se Casus Verborum, à quibus oriuntur; ut, *Scribendo literas obdormivi. Ibo quæsitum fratres meos. Sum dicturus orationem.*

15. Comparativa Nomina, & Adverbia; cum Ablativo: Superlativa cum Genitivo construuntur. ut, *Terra minor est sole. Sol* velocius *currit pernicissimis equis. Mare est* profundissimum *omnium aquarum. Frater meus scribit omnium condiscipulorum* pulcherrimè.

16. *Collocatio Partium Orationis, quæ &* naturalis *&* Grammaticus Ordo *appellatur, his fere legibus continetur. I. Inveniendus est Casus Rectus cum suo Verbo: si adest. II Præpositiones, Adverbia, Interjectiones, & Conjunctiones, si adsunt, disponendæ sunt iis locis, quibus eas disponi sensus exigit. III. Obliqui Casus, si qui*

adsunt

adsunt, apponi debent iis Partibus Orationis, à quibus reguntur. Alii hæc aliter, & pluribus, nos ista Tyronibus initiò sufficere experti sumus.

DE
GENERIBUS NOMINUM DIFFICILIORIBUS.
CAPUT XVI.
P. S. O. I. C.

De Generibus Nominum, quæ ex significatione cognoscuntur.

PRÆCEPTUM I. DE MASCULINIS TANTUM.

1. *Quæ Maribus solùm tribuuntur, Mascula sunto.*
2. *Mascula censentur specie depicta virili.*
3. *Et quibus Appositum tantùm tribuisse Virile, Credibile est Veteres; ceu Latro, Præsul, & Hospes.*

SCHOLION SEU EXPLICATIO I.

1. Tam *Propria*, quàm *Appellativa* Nomina, quæ solis *Maribus* conveniunt, sunt Generis Masculini: v. g. *Adam*, *Cicero*, *Bucephalus*, & cætera Propria v. g. *Pater*, *Frater*, *equus*, *lupus*, *culumbus* & cætera Appellativa, sive *Hominum* sive *Brutorum* sint *Propria*, aut *Appellativa*.

2. Nomina eorum, quæ pinguntur specie *Viri*, sunt gen: masc: v. g. *Michaël*, *dæmon*, *Angelus Apollo*, *Satyr*, & alia omnia Nomina Deorum gentilium, Angelorum; dæmonum, ventorum, Tempus tamen semper est Neutrum.

3. No-

3. Nomina Appellativa, quæ ſub eadem terminatione tam *Maribus*, quàm *fœminis* convenire poſſunt, non reperiuntur tamen apud Latinos, niſi cum Articulis Maſculinis, ſunt tantùm generis Maſcul: v. g. *Homo*, *Fur*, *Exul*, *Latro*, *Pugil*, *Vigil*, *Præſul*, *Cocles*, *Eques* & ſimilia.

Hoc eodem verſiculô comprehendi poſſunt, *Lepus*, *Mus*, *Vultur*, *Turtur*, & ſimilia, quæ licet promiſcuè tam *Marem* quàm *Fœminam* ſignificare poſſunt (unde *Promiſcuum genus* apud Grammaticos ortum duxit,) ſunt tamen Maſculina tantùm. VERNACULAM vocabulorum interpretationem alibi reddemus cum fænore.

PRÆCEPTUM II. DE FÆMININIS TANTUM.

1. *Fœmineum eſt Nomen, quod fœmina ſola repoſcit:*
2. *Jungito fœmineis queis eſt muliebris imago.*
3. *Quæve Adjectivum tantum muliebre requirunt.*

S C H O L I O N II.

1. Tam *Propria*, quàm *Appellativa* Nomina, quæ ſolis fæminis conveniunt; ſunt gen: fæm: v. g. *Eva*, *Terentia*, *Amalthea*; & cætera Propria hominum & brutorum: *uxor*, *mater*, *ſoror*, *equa*, *lupa*, *columba*, & cætera appellativa pariter *hominum & brutorum*.

2. Nomina eorum quæ pinguntur ſpecie fæmineâ, ſunt gen: fæm: v. g. *Pallas adis*, *Fortuna*, *Libitina*, & cætera nomina Dearum gentilium, Muſarum, Nympharum, Furiarum.

3. Nomina Appellativa, quæ ſub eadem terminatione tam *Maribus*, quám *Fœminis* convenire poſſunt, non reperiuntur tamen apud Latinos, niſi cum Articulis fæmininis, ſunt tantùm generis Fæminini, v. g. *Operæ*, *Vigiliæ*, *Cuſtodiæ*, *Excubiæ*, *Suppetiæ*, etiam cùm homines ſignificant; unde * Cic: Att: l. 1. *Operæ Clodianæ pontes occupárunt.* * Id: ad Q. Fr: l. 1. *Operas ſuas Clodius confirmat.* * Trajan: ad Plin: l. 10.

Nihil

Nihil opus est mi Secunde carissime, ad continendas custodias plures commilitones converti. TALIA item sunt *Pecus udis, avis, bestia, vulpes, aquila, noctua* & similia, quæ *Promiscui Generis* vocant Grammatici, non immeritò tamen etiam huc revocari possunt, tanquam perpetuò fæminina.

PRÆCEPTUM III. DE NEUTRIS TANTUM.

Quæ Neutro Articulò gaudent Neutralia sunto.

S C H O L I O N III.

Nomina Appellativa, quæ sub eadem terminatione tam *Maribus*, quàm *Fæminis* convenire possunt, non reperiuntur tamen apud Latinos, nisi cum Articulis Neutris, sunt tantùm gener: Neutr: v. g. *Famulitium, Municipium, Animal, Jumentum &c.*

PRÆCEPTUM IV. DE COMMUNIBUS DUORUM & TRIUM.

1. *Est* Commune duum, *sexum quod claudit utrumque Articulò geminô, veluti; Bos, Civis & Hostis. Interpresq; Parens, & quæ tibi suggeret usus.*

2. Est commune trium, *generi quod convenit omni.*

S C H O L I O N IV.

Nomina Appellativa, quæ sub eadem terminatione tam *Maribus*, quàm *Fæminis* convenire possunt, & reperiuntur apud Latinos tam cum Masculinis, quàm cum Fæmininis Articulis, sunt *Generis Communis* v. g. *Adolescens, Affinis, Antistes,* (quod etiam habet fæmin: *Antistita*) *Augur, Author, Bos, Canis, Civis, Cliens,* (dicitur, & fæmin: *Clienta,*) *Comes, Conjux, Dux, Hospes,* (quod tamen potiùs Masculinum est, fæminino enim genere dicitur, *Hospita,* potiùs quàm *Hospes.*) *Hostis, Infans, Interpres, Juvenis. Municeps, Obses, Parens, Patruelis, Sacerdos, Testis, Vates.* NOTA I. Substantiva hic enumerata non pro libitu adjungi debent Masculinis aut Fæmininis Adjectivis, sed, si de *Maribus* sermo sit *Masculina*, si de

de *Fœminis*, fœminina Adjectiva debent Assumere v. g. *Meus Parens*, de Patre; *Mea Parens*, de Matre; sic in reliquis. II. Sequentia Substantiva vix fœminino genere usurpata invenias. * *Ovid: Ep:* 11. *Nova miles.* * *Lucan: l.* 10. *Sæva Judex.* * *Plaut: Merca De lanificio* Neminem *metuo, unâ ætate.* Quæ *sit.* * *Titinnius ap: Prisc: l.* 6. *Neminem bonam decet.* Vigil Substantivum, Masculinum tantùm est, Adjectivum, est *Generis omnis.* III. Substantiva Nomina hominum *A*, finita, docent aliqui *Communis Generis* esse, ut, *Auriga, Conviva, Homicida, Parricida, Transfuga, Advena, Agricola*, & similia, non tamen illa cum fœminino Adjectivo apud idoneos Authores reperias, Unum *Conviva* Pomponius pervetustus Author apud Prisc: l. 5. cum fœm: adhibuit: *Conveni*, inquit, *omnes convivas meas.* VI. Adjectiva, IS finita: item Comparativa in OR, Communis sunt generis, sed priore duntaxat sui parte, pars enim altera, quæ in E. aut US, exit, seorsim ad Neutrum Genus pertinet. V. Genus hoc dicitur *Commune duûm*, i. Duorum: *Rodzay wspolny dwoygu* quia se duobus sexibus ita communicat, ut proprium alterutrius Adjectivum pro re locòq; assumat. Item, quia duo prima Genera *Masculinum & Fœmininum* speciali ratione complectitur. Atque hæc causa est, cur sequens, de quo mox, Genus, & *Commune trium, & Omne* appellatur, quia sc: omnia tria Genera; *Masculinum, Fœmininum, & Neutrum*, sub eadem terminatione complexum est.

2. Nomina, quæ sub eadem terminatione tam *Maribus*, quàm *Fœminis & Neutris* convenire possunt, & reperiuntur apud Latinos tam cum Masculinis, quàm cum Fœmininis & Neutris Articulis, sunt generis *Communis trium* seu *Omnis*, v. g. *Felix, Prudens, Atrox, Vetus, Intercus, Nostras, Arpinas* & reliqua Adjectiva *unius formæ*.

EX HIS I. INDECLINABILIA SUNT.

Frugi, *Nequam*, *Nihil*, *Præſto*, (quod cum Verbo, *Sum*, ſemper ponitur,) & omnia Numeralia, Cardinalia à *Quatuor* uſque ad *Centum*, & *Mille*. v. c. 14. ſch: 3. ſupra.

II. NEUTRIUS GENERIS NOMINATIVO.

Accuſativô & *Vocativô* *Plurali* *carent* *ſequentia*: *Ales*, *Arpinas* cum reliquis Patriis; ut, *Ravennas* &c. *Bicolor*, cum reliquis compoſitis ex *Color*, ut, *Diſcolor* &c. licet Plin: 10 c. 12. *Littora verſicoloria* dixit. *Cicur*. *Degener*, *Deſes*, *Dives*, *Locuples*, *memor*, *Immemor*, *Pauper*, *Præceps*, *Præpes*, *Reſes*, *Soſpes*, *Superſtes*, *Supplex*, *Teres*, *Uber*.

III. *DIS* Adjectivum Priſciano *Commune duûm*, aliis *Commune* trium eſt, quidquid ſit, habet caſus neutros plurales in *IA*.

NOTA, ſunt, qui cum Probo, l. 2. Subſtantiva *Verna*, *Advena*, *Aligenigena*, *Author*, *Judex*, *Comes*, *Teſtis* & ſimilia *Omnis Generis* eſſe docent, quòd cujuſvis Generis Subſtantivis apponantur, ut cùm Lucan: l. 1. dixit: *Utendum eſt judice bellô*, & l. 5. *Rerum vos ſumma ſequetur*, *Imperiumque Comes*. Cum item Plin: l. 14. c. 6. *Vinum indigenam* & Hor: l. 4. Carm: *Teſtem flumen* vocavit. Sed hoc ego argumentô *Delicias*, *deſiderium* & innumera alia *Omnis Generis* eſſe probaverim, cum pariter legamus apud Cic: & alios *Deliciæ noſtræ Æſopus*. *Deſiderium meum Tulliola* &c. Potiùs igitur ad *Subſtantiva Continuata*, quam nonnulli Figuram, *Appoſitum*, vocant, hæc retulerim.

PRÆCEPTUM V. DE MENSIBUS, MONTIBUS, FLUVIIS.

In maribus, 1. *Menſis*. 2. *Montes*. 3. *Fluvioſq;* *repone*.

S C H O L I O N V.

Nomina Propria. 1. *Menſium*. 2. *Montium*. 3. *Fluviorum*, ſunt gen: Maſc: 1. Menſium, v. g. *December*,

Quin-

Quintilis, *Sextilis*, *Julius*, *&c.* 2. Montium v, g. *Carpathus*, *Olympus*, *Athos*, *Taurus*. *Alpes* tamen sunt gen: fæmin: *Ætna*, *Ossa*, Fluviorum v. g. *Araris*, *Tyberis*, *Tyras*, *Borysthenes &c*: At quæ fæmininam terminationem habent, etiam fæminina sunt v. g. *Alia*, *Sequana*, *Druentia*, *Styx*, *Lethe*, v. infra.

PRÆCEP: VI. DE INSULIS, REGIONIBUS &c.

Insula fæminea est. Regio, Urbs, cum Nave Pòësis.

S C H O L I O N VI.

Nomina Propria. 1. *Insularum* 2. *Regionum*. 3. *Urbium*, 4. *Navium* 5 *Pòëmatum* sunt gen: fæm: 1. *Insularum*, v. g. *Cyprus*. *Delos*, *Lethos*, *&c*: 2. Regionum, v. g. *Ægyptus*, *Persis*, *Peloponesus*, *Polonia*, *Russia* 3. Urbium, v. g. *Leopolis*, *Roma*. Ex his tamen potiùs Masculina sunt, *Acragas*, *Narbo*, *Hippo*, *Sulmo*, *Croto*, & quæ in Græcum, OS; Latinè in US contractum desinunt; ut, *Amathus*, *Daphnus*, *Emmaus &c*. Neutra, *Tibur*, *Argos*, *Gadir*, *Cære*, *Præneste &c*. v. infr: Præc: 26. Fæminina item non sunt, quæ terminatione ipsa excipiuntur v. g. *Carodunum*, *Byzantium*, *Parisii*, *Susa &c*. Navium v. g. *Argo*, *Pistris*, *&c*: quæcunque navibus imponuntur, ut, *Peregrinus*, *Gabriel*, *Victoria &c*. 5. Nomina Pòëmatum Heroicorum; ut, *Æneis*, *Thebais &c*. Comicorum; ut, *Eunuchus*, *Adelphi*, *Heautontimorumenos*, *Miles &c*. Tragicorum; ut, *Medea*, *Hercules &c*. quæ si quando Masculino genere usurpata invenies, rationem Personæ habitam esse conjicies.

PRÆCEPTUM VII. DE ARBORIBUS.

1. *Fæminea est arbor.* 2. *Neutrum cum Subere Robur.*
Atque Acer, atq; Siler. 3. *fit mas, quod desinit in* Ster
Et Dumus, Spinus: 4. *Dubia est arbuscula Thuris.*

S C H O L I O N VII.

1. Nomina Propria Arborum sunt gen: fæm: v. g. *Abies*,

Abies, Platanus, Ficus, Pinus, Cupressus, Malus, Pyrus, Prunus, Morus &c.

2. Excipiuntur Primo *Suber, Robur, Siler, Acer,* neutra.

3. Excipiuntur Secundo desinentia in *ster*, v. g. *Oleaster, Pinaster, Pyraster*, item *Dumus, Spinus* Masculina:

4. Thus, cum arborem significat incerti est generis, *Styrax* quoque est gen: Masc: sed cum succum Arboris, non cum Arborem ipsam significat. *Hic Platanon*, locus est platanis consitus, non arbor, ut falsò putet Despauter.

PRÆCEPTUM VIII. DE LITERIS & VOCIBUS PRO SE SUMPTIS.

1. *Adde notas Neutris.* 2. *vocem & pro nomine sumptam*
3. *Et quodvis verbum nuda pro voce repostum.*

SCHOLION VIII.

1. Omnia nomina literarum Alphabeti. 2. Omnes Orationis Partes per modum Nominis sumptæ. 3. Omnes voces non pro suo significato, sed pro se ipsis acceptæ sunt generis neutr: Exempla primi, *A. B. C. &c.* v. g. *A Latinum, Cappa Græcum, B. majusculum, E. simplex &c.*

Secundi v. g. *Amo est Activum, Relego est compositum ex simplici Lego. Bene & Male, sunt opposita sibi Adverbia*

Tertii v. g. *Lux est monosyllabum, &c.*

DE GENERIBUS NOMINUM.

QUÆ.

Ex terminatione cognoscuntur.

Terminationes Vocalium.

PRÆCEPTUM IX. DE PLURALIBUS in A. E. Æ. & I.

1. *Plurale A, neutrum est.* 2. *I, mas, ut, Susa, Philippi.*
3. *E simplex neutrum.* 4. *diphtongum, sit muliebre.*

SCHO-

SCHOLION IX.

1. Nomina desinentia in A. quæ tantùm pluraliter declinantur, sunt gen: Neutr: ut, *Arma*, *Biblia*, *castra*. Ideo *Echatana*, *Susa*, *Bactra* quamvis sunt Propria *Urbium*; item *Bucolica*, *Georgica*, *Argonautica*, quamvis sunt *Propria Poëmatum*, sunt gen: neutr:

2. Nomina desinentia in I. quæ tantum pluraliter declinantur, sunt gen: masc: v. g. *Philippi*, *Puteoli*, *Treviri*, *Parisii*. quamvis sunt Propria Urbium.

3. Nomina desinentia in *E*. simplex, quæ tantùm pluraliter declinantur, sunt gener: neutr: v. g. *Cete*, *Tempe*, *Mele*, indeclinabilia.

4. Nomina desinentia in *Æ*, diphtongum, quæ tantùm pluraliter declinantur, sunt gen: fem: v. g. *Nundinæ*, *Nuptiæ*, & alia enumeranda infra c. 7.

PRÆCEPTUM X. DE SINGULARIBUS IN A.

1. *Fæmineum A. primæ est, veluti, Panthera, Sagitta.*
2. *Adria mas* (æquor) *Mammona, Cometa, Planeta.*
3. *Sed neutris jungunt cum Paschate Manna Latini,*
4. *Nomen in A ternæ neutrum est: ceu Stigma, Toreüma.*

SCHOLION X.

1. Nomina primæ declinationis desinentia in A. sunt gen: fæm: v. g. *Pharetra*, *Sagitta*, *Panthera* &c. Excipiuntur illa, de quibus præcipuè sch: 4. n. III. & alia ad alias communes regulas referenda.

2. EXCIPIUNTUR: *Adria* (cum significat mare Venetum) *Mammona*, *cometa*, *Planeta*, quœ sunt gen: masc:

3. *Pascha*, *paschatis*, & *Manna* Indeclinabile apud Latinos, neutra sunt. *Manna* tamen, cum significat micas thuris, est gen: fæm: Plin: l. 12. cap: 12. *Micas concussu elisas mannam vocamus.* Usurpatur quanquam rariùs & *Pascha*, *Paschæ*, fæminino genere.

4. No-

4. Nomima tertiæ declinationis A, ſunt gen: neutr: v. g. *Embamma, Pemma, Poëma, Epigramma &c.*

PRÆCEPTUM XI. DE FINITIS IN E.

1. *In neutris numerantur in E. finita Latina.*
2. *At Græca, ut Rhodope, ſemper muliebria ſunto.*

S C H O L I O N XI.

1. Nomina Latina deſinentia in E. ſunt gener: neutr: v. g. *Mare, Cubile, Sedile, Alveare Mille,* Subſtantivum &c.

2. Nomina Græca deſinentia in E. ſunt gener: fæm: v. g. *Pentecoſte, Rhetorice &c.* primæ declinationis omnia.

PRÆCEPTUM XII. DE FINITIS IN I. O U.

1. I. *neutris tribue.* 2. O. *maribus, ceu, Pugio, Gummi.*
3. *Fœmineis verbale in* J-O. *Caro & Talio, dentur.*
4. *Et,* DO. GO. *finita, velut, Dulcedo, Propago. Teſtudo.* 5. *Verùm neutris adſcribito Pondo.*
6. *Harpago mas, Udo, Cudo, Cardoque, Ligoque.*
7. *U. neutris junge; ut Tonitru, Cornúque Geluque;*

S C H O L I O N XII.

1. Nomina deſinentia in I. ſunt gen: neutr: u: *Synapi, Cynnabari Hydromeli, Otnomeli, Gummi, &c.*

2. Nomina deſinentia in O. ſunt: maſc: v. g. *Tyro. Myoparo* Unio *Perła* (nam unio zgodá, iednośċ, fæmininum eſt,) *Stellio, Carbo Crabro, Titio &c.*

3. Nomina Verbalia, ſeu à Verbis derivata, deſinentia in I-O. ſunt generis fæminini.

4. Item Nomina deſinentia in DO. & GO: ſunt gen: fæm: v. g. *Lectio; Oratio; Scriptio; Occupatio; Quæſtio &c. Imago, Conſuetudo, Hebetudo; Grando &c.*

5. Excipitur; *Pondo;* neutrum. 6. Excipiuntur: *Ordo, Ligo, Margo, &c.* in carm: maſculina.

7. *No-*

7. Nomina desinentia in, U, sunt nen: neutr: v. g. *Veru &c.* in carm: dicitur, & hoc *Tonitrum, & hic Tonitrus, ús.*

PRÆC: XIII. de FINITIS in C. D. L. T. M.

1. *C. D. da neutris, testes tibi, Lac, Id, & Alec*
2. *L. T. sit neutrum.* 3. hic *Mugil: Sal, solq; reposcunt.*
4. *Um, neutris junges* 5. *hominum si dropria demas*

S C H O L I O N XIII.

1. Nomina dasinentia in C. D. (2) L. T. sunt: gen: neutr: v. g. *Mel, Fel, Vectigál, nihil, Caput, Sinciput, Occiput, &c.* in carm:

3. Excipiuntur *Mugil, Sal, Sol,* quamvis desinant in L. sunt generis masc: Sal, reperitur & Neutrum.

4 Nomina desinentia in UM, sunt gen: neutr: v. g. *Tropheum, Cadurcum, Conopæum, &c.* Ideo *Mancipium, Jumentum, Armentum,* & alia sunt gen: neutr: quamvis conveniant, tum maribus, tum fæminis. Ideo, item Neutra sunt *Byzantium, Dyrrachium, Saguntum* & alia Propria Urbium. Item *Rhenum, Metaurum,* (melius dicitur, *Rhenus Metaurus,*) Propria fluviorum. Item *Buxum,* nomen arboris.

5. Excipiuntur sola Nomina Hominum, quæ si sunt Propria Virorum, sunt gen: masc: si fæminarum, fæminini: sed hæc paucula reperias. Virorum, v. g. *Dynatium, Pægnium &c.* Fæminarum v. g. *Phanium, Eustochium, Glycerium.* Hæc talia per blanditias fere tantum usurpabant tum Græci, tum Græcorum more Latini; sic *Glycerium;* i. *Dulcicula,* pro *Glicera,* i. *Dulci &c.* quibus & nostra Diminutiva blandientia respondent nonnulla v. g. *Chłopczyszczę, Chłopczysko. Psiątko &c.* nisi quod nostra Primitivorum Genus non retineant.

PRÆCEPT: XIV. de finitis in AN. IN. ON.

1. *AN. IN. ON.* hic 2. hæc *cum Sindone poscit Aedon. Queis adde Alcyonem.* 3. *Neutris da cuncta secundæ,*

S C H O L I O N XIV.

1. Nomina desinentia in An, In, On, sunt, gen: masc: v. g. *Pæan*, *Delphin*, *Agon* &c.

2. Excipiuntur *Sindon*, *Aëdon*, *Alcyon*, *Icon*, fæminina.

3. Excipiuntur item omnia nomina Græca in On, secundæ decl: quæ apud Latinos modo retinent suam terminationem, modò mutant in UM, suntq; gen: neutr: x. g. *Ilion*, *Pelion*, *Barbyton*, *Crembalon* &c. vel *Ilium* &c.

PRÆCEPTUM XV. DE FINITIS in EN.

1. *En dabitur neutris* 2. *sed Hymen, ren, mascula sunto.*
Et splen atque Lien, Attagen, cum Pectine Lichen.

S C H O L I O N XV.

1. Nomina desinentia in En sunt gen: neutr: v. g. *Carmen*, *Limen*, *Vimen*, *Germen* &c.

2. Excipiuntur masculina, *Hymen* &c. in carm:

PRÆCEPTUM XVI. DE FINITIS in AR, ER, IR. OR. UR.

1. *Postulat Ar, neutrum; ceu par cum nectare, calcar.*
2. *Er maribus dona.* 3. *Cicer hoc cum Vere, Cadaver,*
Uber, Iter, Verber, Tuber, Piper, atque Papaver,
Zingiber & Laser, Siser 4. *Hir muliebre videtur;*
5. *Or maribus servit.* 6. *muliebris demitur Arbor.*
7. *Accedunt neutris Cor, ador, cumque æquore marmor.*
8. *Exigit Ur, neutrum.* 9. *hic furfur cum vulture turtur.*

S C H O L I O N XVI.

1. Nomina desinentia in Ar, sunt generis neutr: v. g. *Par*, Para; *Jubar*, *Pulvinar*, *Far*, *Baccar* &c. *PAR.* *Równy* cum Compositis Adjectivum est gen: omn:

2. Nomina desinentia in ER, sunt gen: masc: v. g. *Imber*, *Agger*, *Carcer*, *Vesper*, *Later* *Asser*, *Linter* &c.

3. Excipiuntur *Spinter*, *Laser* &c. (in carm) neutra. Tuber *Guz*, *Grzyb*, *Bedłka*, est gen: neutr: Cum

Arbo-

Arborem significat; *fœmininum*: cum fructum Arboris, masc: est.

4. Hir incertum, cujus sit generis, neutrius, an fæminini, utrumque probabile, magis tamen, quod fæminini sit. *Abadir*, masculini, *Vir*: *Levir*: *Trevir*: *Triumvir* &c: masculina ad 1. Præcept: spectant.

5. Nomina desinentia in OR, sunt gen. masc: v. g. *Honor*, *Decor*, *Amor*, *Timor*, *Dolor*, &c.

8. Excipitur hoc Nomen *Arbor* quod est gen: fæm:

7. Excipiuntur item *Ador*, *Æquor*, *Marmor* neutra.

8. Nomina desinentia in UR, sint gen: neutr: v. g. *Fulgur*, *Murmur*, *Sulphur*, *Guttur*, &c.

9. Excipiuntur, *Fur*, *Furfur*, *Vultur*, *Turtur*, gen: masc:

PRÆCEPTUM XVII. DE FINITIS in AS.

1. *Fœmineum*, *As*. 2. *Neutrum* Vas, (*vasis*) *fasq*; *nefasq*;
3. *Mascula sunt Elephas*, *Adamas*, *As*, *atque Tiaras*,
Vas (*vadis*) & *quævis Græcanica Nomina Primæ*.
4. *Artocreas* & *Erysypelas neutralia sunto*.

S C H O L I O N XVII.

1. Nomina desinentia in AS, sunt gen: fæminini v. g. *Tempestas*, *Lampas*, *Charitas*, *Suavitas*, *Faustitas*.

2. Excipiuntur primo *Vas*, (vasis) *Fas*, *Nefas*, gen: neutr:

3. Excipiuntur item, *Elephas*, *Adamas*, *As*, *Tiaras*, *Vas*, (vadis,) & omnia Græca in AS, primæ declinationis, quæ sunt gen: masc: *Tiara*, fæm: gen: usitatius est, quam *Tiaras* æ. generis masculini.

4. *Artocreas*, *Erysipelas* sunt gen: neutr: Dicitur: & *Artocreas*, æ, gen: fæm: Hoc Ceras, *adis*, nomen est loci inusitatum teste Prisc. *Cera* item Græcum i. cornu, Latine usurpatur quidem, sed vox hæc Civitate donata non est.

PRÆCEPTUM XVIII. DE FINITIS in ES.

1. *Fœmineum est*, *ES*: *ceu Compes*. 2. *Sed mascula Limes*
Pes, *Fomes*, *Trames*, *Gurges*, *cum Cespite Vepres*

Et Merges, Termes, Pariésq; Antèsq; Tudèsq; Besq; Tapesq; Merique dies, & pleraque Græca.
3. *Hippomanes neutris, Panaces, Cacoëthes adhærent.*

S C H O L I O N XVIII.

1. Nomina desinentia in ES, sunt gen: fœm: v. g. *Moles, Sedes, Rupes Seges, Proles, Soboles, &c.*

2. Excipiuntur, *Acinaces*, & cætera carmine comprehensa, item Græca plurima, masculina, v g. *Aromathites, Absinthites, Myrtites, Boótes, Psaltes, Sophistes &c.*

3. Excipiuntur item: *Hippomanes, Panaces Cacoëthes, Solæcophanes, Nepenthes*, quæ sunt neutra.

PRÆCEPTUM XIX. DE FINITIS in IS.

1. *IS dato fœmineis.* 2. *Maribus da Postis, Aqualis, Anguisq; & Vectis, Callisq; & Pulvis & Ensis.*
Glis, Lapis & Follis, Cucumisq; & Collis, & Unguis,
Et Sanguis, Piscis cum Fascis, & Axis, & Amnis,
Et Vermis, Fustis, Torris cum Vomere, Mensis.
Cassis, (Rete) *Orbis, Sentis, cum Caule, Canalis,*
3. *Nis quoque finitum; ut Funis; compostaq; ab* Asse.

S C H O L I O N XIX.

1. Nomina desinentia in IS, sunt gen: fœm: *Basis, Clavis, Cassis, Restis, Avis.*

2. Excipiuntur, *Postis, Aqualis &c.* (in carm:) generis masc: NOTA Cassis (*is*) *sieć*, Cenchris (*is*,) *wąż nakrapiany*, sunt gen: masc: Sed Cassis (*idis*,) *Szyszak*; Cenchris (*idis*) *Postułka*, sunt fæminina. Pollis (*inis*) apud Phocam, Masculinum: apud Carisium, Probum Cæsarem, fæmininum: cum his sentire maluerim: *Pollen.* nutrum est.

3. Nomina desinentia in NIS, item omnia significantia partes *Assis*, sunt gen: masc: v. g. *Panis, Cinis, Finis, Funis &c. Decussis, Vigessis, Tricessis, Centussis &c.*

PRÆCEPT: XX. DE FINITIS in OS.

1. *Mascula in OS, sunto.* 2. *Dos, Cos mulicbris & Arbos.*
3. *Da Chaos, atque Melos neutris, Os, Argos, Epósque.*

SCHOLION XX.

1. Nomina desinentia in OS, sunt gen: masc: v. g. *Ros, Flos, Honos, Lepos.*

2. Excipiuntur primò, *Dos, Cos, Arbos, Eos,* quæ sunt generis fœminini.

3. Excipiuntur item, *Os,* (*ossis*) *Os,* (*oris*) *&c.* generis neutrius.

PRÆCEPTUM XXI. DE FINITIS in US, 2dæ & 4tæ declin:

1. *Nomen in Us, mas est, seu quartæ, sive secundæ.*
2. *Porticus* hæc, *& Vanus, Acusq; & Carbasus, Alvus.*
Et Colus, atq; Domus, tum Idusq; Manusq; Tribusq;
Ac Humus, & Ficus (pomum) 3. *mas* morbus *habetur.*
4. *Nomen in OS, Græcum, quod in Us, vertêre Latini,*
Masculeis partim *datur, ut, Paradisus & Isthmus,*
Et Logus atque Typus, Crocus & Stylus, ac Hyacinthus,
Partim fœmineis; *veluti, Diphtongus, Eremus.*
Biblus & Hyssopus, Sapphirus, Byssus, Abyssus.
Nardus, & Antidotus, Balanusq; Papyrus & Arctos
Barbitus atque Pharus, Crystallus, Costus 5. Odusq;
Finita, ut Methodus, Synodus, Dialectus iisdem,
Et Diametros erit jungenda, ac talia Græca.
6. *In neutris numera Virus, Pelagusq; profundum.*

SCHOLION XXI.

1. Nomina secundæ vel quartæ declinationis desinentia in US, sunt gen: masc: v. g. *Rogus, Dominus, Calamus.*

2. Excipiuntur *Porticus &c.* (in carm:) gen: fœm: *NOTA, acus,* (ûs,) *Igla,* est gen: fœm: *Acus,* (aci,) *Rybá morska,* gen: masc: *Acus* (eris,) *Plewa,* neutr: *Idus,* tantùm pluraliter declinatur ut *sensus.*

3. *Ficus,* cum significat morbum, est gen: masc:

4. Nomina Græca desinentia in OS, quæ apud Latinos mutant, OS, in US, partim sunt gen: masc: partim

fæmi-

fœminini, Masculini sunt: *Scyphus*, *Logus* cum Compositis; ut, *Dialogus*; *Prologus*; *&c.* *Smaragdus*, *&c.* in carmine, Fœminini sunt ~~præter enumerata~~ in carmine *Cythisus*, *Amethystus*, *Myrthus*.

5. Item omnia quæ in ODUS desinunt v. g. *Periodus* *&c.* in carm:

NOTA, *Lecythus*, Latina declinatione non invenitur apud Veteres, *Barbitus*, etiam Masculinum reperitur apud Horat.

6. *Virus* (indecl:) & *Pelagus*, *gi*; sunt gen: neutr:

PRÆCEPTUM XXII. de finitis in US, 3tiæ declinat:

1. *Postulat Us neutrum, quoties id tertia flectit.*
2. *Masculeum sibi ritè genus vult Mùsque, Lepùsque.*
3. *Pus quoque Græcorum, Compostaq; mascula sunto.*
4. *Unum est fœmineum* Lagopus *herba, volucris.*
5. *Est mulibrè Palus, subscus, Virtùs, Salùsque.*
Et Tellus, pecudisque Pecus, quibus additur incus:
6. *Quæve sibi* Servus, Juvenisq; senexq; *jugârunt.*

SCHOLION XXII.

1. Nomina desinentia in US, tertiæ declinationis, sunt gen: Neutr: v. g. *Nemus*, *Ulcus*, *Funus*.

2. Excipiuntur primò *Lepus*, *Mus*, quæ sunt gen: masc:

3 Excipitur item Græcum nomen; *Pus*, (podos), & Composita ex illo, quæ sunt itidem gen: masc: v. g. *Tripos*, seu *Tripus*, *Melampus*, *Polypus*, *Chytropus*.

4 Lagogus tamen quamvis componitur ex *Pus* Græco, (sive herbam sive avem significet) gen: fem:

NOTA. Pus (*puris*) Latinum, est gen: neutr:

5. Excipiuntur insuper *Palus*, (udis,) *Subscus*, *Virtus* *&c.* quæ sunt gen: fœm: *NOTA*, *Palus*, (pali) est gen: masc: Pecus *Bydlo*, Collectivum, habet genitivum *Pecoris*, & est gen: neutr: Pecus *Bydlę*, Appellativum, & quod unicum animal significat, habet genit: Pecudis, & est generis fœminini.

6. No-

6. Nomina tertiæ decl: desinentia in US, derivata, à *Senex*, *Juvenis*, *servus*; aut illis cognata, sunt gen: fæm: v. g. *Senectus Juventus*, *Servitus*.

PRÆ: XXIII. de iis, quæ ante S. diphtongum, aut consonantem habent.

1. *Æs tibi sit neutrum.* 2. *Laus, Fraus, muliebria sunto.*
3. *S, dato femineis, si Consona ponitur ante.*
4. *Esto virile rudens, fons, seps,* (lethifer angvis) *Mons, dens, grypsq; chalybsq;* 5. assis *quibus addito* partes.
6. *Et polysyllaba P. S.* 7. *Forceps dematur adunca.*

SCHOLION XXIII.

1. Hoc nomen *Æs*, est gen: neutrius, Genitivo *æris*.

2. *Laus*, *Fraus*, sunt generis fæminini.

3. Nomina desinentia in *S*. quæ ante S. habent Consonantem, sunt gen: fæm: v. g. *Mens*, *Sors*, *Frons*, (*dis*, & *tis*) *Trabs*, *Ars*, *Cohors*. *NOTA*: *Seps* (sepis) *Płot*, est gen: fæm: *Seps*, (sepis) *Padalec*, *wąż*, est gen: masc: quanquam legitur & fæm: ex Plin: apud Cnap:

4. Excipiuntur primò, *Rudens Tridens &c.* (in carm) gen: *masc* NOTA, Bidens, *Motyka podwoyna*; est generis masc: Bidens, *Owcá*, est fæminini.

5. Omnia nomina significantia *partes Assis*, habentia consonantem ante S. 6. Omnia desinentia in PS. quæ sunt plurium, quàm unius syllabarum, sunt generis masc: Exempla priorum sunt: *Triens*, *Quadrans*, *Tetrans &c.* Exempla posteriorum, v. g. *Hydrops*. *Merops*. *Adeps*, *&c.* Monosyllaba fæminini sunt; *Seps*, *Plebs Scobs*.

7. *Forceps*, quamvis sit polysyllabum in PS. est gen: fæminini.

PRÆCEPT: XXIV. de finitis in X.

1. *X. dato fæmineis.* 2. *sed mas. Fornixq; Calixque, Grex, Spadix, Bombyx, Varix, Phenixq; Calyxq;*

Et Coccyx, & Eryx, Volvox, 3. atque Unce creata.
4. Ax, Ex, finitum polysyllabon esto virile.
5. Fœmineum est Fornax, Vibex, Halèxq; Supellex.
Quies addes, Timex, Forfex, cum Smilace, Carex.

SCHOLION XXIV.

1. Nomina desinentia in X. sunt gen: fæm: v. g. *Pax, Fax, Celox, Sandix, Coxendix, Perdix. Mastix,* (igis) NOTA, *Homeromastix, Ciceromastix,* sunt gen: masc:

2. Excipiuntur primò *Fornix, Herix,* vel *Erix* (cis) *Oryx,* (gis) &c. in carm: 3. Item omnes assis partes, desinentes in NX. sunt gen: masc: v. g. *Quincunx, Septunx, Deunx, &c.*

4. Excipiuntur item nomina desinentia in Ax, Ex, plurium, quàm unius, Syllabarum, quæ itidem sunt gen: masc: v. g. *Thorax, Pollex, Scolopax,* vel *Ascolopax, Limax, Frutex, Latex, Vertex, Murex, Silex,* quod & fæm: gen: est.

5. Hæc tamen polysyllaba *Fornax* &c. (in carm:) sunt generis fæminini.

PRÆCEPTUM XXV. De Adjectivis quæ fiunt Substantiva.

1. Mobile fit Fixum, si Fixum mente subaudis,
Et Genus à Fixo capit; ut Studiosus, Amicus.
2. Mobile fit neutrum, ni fixum mente subaudis.

SCHOLION XXV.

1. Adjectivum sine aperto Substantivo positum, fit Substantivum ejus generis, cujus est subintellectum Substantivum, v. g. *Studiosus,* id est; *Puer, Vir, Adolescens, Amicus* i. *Homo, Vir,* Ideo Masculina sunt, *Sonipes, Cornipes, Oriens, Occidens, Tonans, Natalis, Moralis, Sextilis, Quintilis, Torrens,* Subauditur enim: *Equus, Sol, Deus, Dies, Lapis; Mensis. Fluvius,* Fæminina autem sunt: *Vocalis, Consonans,* *Di-*

Diphtongus, *Bipennis*, *Continens*; quia ſubauditur: *Litera*, *Securis*, *Terra*. Maſculina vel Fæminina ſunt. *Profluens*, *Confluens*, *Præterfluens*, quia ſubaudiri poteſt, vel *Aqua*, vel *Fluvius*, Sæpius tamen ſunt fæminina. Neutra ſunt: *Inſtans*, *Præſens*; quia ſubintelligitur, *Tempus*.

2. Adjectivum ſinè ullo etiam ſubintellecto Subſtantivo neutraliter poſitum; mutatur in Subſtantivum gen: neutr: v. g. *Æquum*, *Juſtum*, *Decens*, *Par*, *Conveniens*, *Accidens*, *Continens*, (ut opponitur contento) *Grave*, *Suave &c.* Ejuſmodi Neutra uſurpant Latini tum ſingulari, tum Plurali numerô, Poloni fere ſingulari tantùm, vel Adjectivis adjiciunt Subſtantivum, *Rzecz*, quod nonnunquam ſubintelligitur ſolùm. Id non otiosè à nobis dictum, docendi enim id diligenter ſunt pueri.

PRÆCEP: XXVI. De vi Terminationis.

1. *Reſpicimus fines non ſignificata frequenter.*
2. *Hinc Præneſte*, *Reate petunt* Hoc, *Tibur & Hiſpal. Et Cære*, 3. Hic *Sulmo*, *Narboq;* 4. Hæc *Alia flumen*, 5. *Sic montes*, *Hæc Oeta*, *hæc Oſſa*, *hæc Trinacris Ætna.*

SCHOLION XXVI.

1. Sunt multa Nomina Pronomina *Urbium*, *Montium*, *Fluviorum*, quorum Genus ex Terminatione, non ex ſignificatione cognoſcitur.

2. Ideo *Præneſte*, *Reate*, *Tibur*, *Hiſpal*, *Cære*, *Zeugma*, *Suthul*, *Nepentes*, *Gadir*, *Carodunum*, *Lublinum*, *Caliſſium*, *Gedanum &c.* quamvis ſint *Propria Urbium*, ſunt tamen generis neutrius.

3. Contra hæc Propria Urbium: *Sulmo*, *Narbo*, *Hippo*, *Croto*, *Emmaus &c.* ſunt gen: maſc: *Hippo* eſt & fæminini.

4. Ideo quoque *Alia*, *Albula*, *Styx*, *Lethe*, quamvis ſunt Propria Fluviorum, ſunt gen. fem: *Albula*, eſt & generis maſculini.

5. Ideo denique *Ossa*, *Oëta*, *Ætna*, sunt gen: fæm: apud Pòëtas tamen etiam masculini.

PRÆCEP: XXVII. De Pòëtica Generum immutatione.

Respicit interdum nomen Generale Pòëta.
Unde sibi merito Genus inferiora capessunt;
Sic Volucrem sequitur Bubo, sic Flumen Jader.

SCHOLION XXVII.

Pòëtæ, imò quandoque etiam Historici Genera Propriorum Nominum desumunt ex eorum Appellativis. Ideo apud illos *Bubo*, Proprium avis, sæpe est gen: fæm: quia illius Appellativum *Avis*, est fæmininum. Ideo item apud eosdem, *Jader*, Proprium fluminis sæpe est gen: neutr: quia ejus Appellativum, *Flumen*, est neutrum. Hac eadem de causa *Rhodope*, *Mycale*, *Thrace*, *Ossa*, *Oëta*, & cætera supra dicta sæpe apud eosdem sunt masculina, quia eorum Appellativum, *Mons*, est masc:

PRÆCEPTUM XXVIII. De Nominibus Generis Dubii.

1. *Hæc modò fæmineis, maribus modò juncta videbis:*
Limax, atque Silex, Tradux, cum Torque Phasellus;
Scorbs, Serpens, Anguis cum Corbe, Diesq; Rubusq;
Grossus, Adeps, Atomus: Dubium *genus hocce vocatur.*

2. *Postulat, hic, aut hoc Pelagus, Nar, Vulgus, & Anxur.*

SCHOLION XXVIII.

1. Ista Nomina *Limax*, *Silex*, &c. (in carm:) sunt gen: *Dubii*, hoc est, *Masculini*, vel *Fæminini*.

2. Ista verò, *Pelagus*, *Nar*, *Vulgus*, *Anxur*, sunt gen: masculini vel neutr: *Vulgus* tamen, & *Pelagus* melius neutrius, quàm masculini.

PRÆCEP: XXIX. De Nominibus Generis Masculini, quæ apud Pòétas interdum sunt Generis Fæminini.

Mascula sunt, Funis, Finis cùmq; Obice Varix.
Calx, Specus, & Cortex, Imbrex, Margo, atq; Palumbes,
Et Pumex, Pulvis: sunt & muliebria Vati.

S C H O L I O N XXIX.

Ista Nomina *Funis, Finis &c.* (ut in carm:) sunt gen: masc: apud Pòétas tamen sunt etiam fæminini. NOTA, *Specus*, interdum est gen: neutr: *Calx*, sive significat *Wapno*, sive *Pięta*, est gen: masc: vel fæm: idq; non solùm apud Pòétas.

PRÆC: XXX. De Nominib: Gen: Fæm: quæ apud Pòétas interdum sunt Gen: Masc:

Est muliebris Onyx, Volucris, Stirps, Talpa, Cupido.
Dama, Penus, Linter, Grus, Lynx & Clunis, & Ales.
Interdum hæc generi Vates junxere virili.

S C H O L I O N XXX.

Ista Nomina *Onyx, Sardonyx &c.* in carm: sunt generis fæm: apud Pòétas tamen possunt esse masculini. NOTA, *Cupido*, Appellativum, *Chciwość, żądza*, est gen: fæm: at proprium *Kupidyn*, est masculinum, Stirps, *Ród, Rodzay &c.* fæmin: Stirps, *Latorośl* est & mascul: Lucretiô, Virgiliô, Penus *ûs*, vel est mascul. vel fæm: *Penu*, & *Penus* (oris) neutra sunt. Animans Substantivum *Zwierz, bydlę*, est fæm: vel neutr: rarò masc:

PRÆCEP: XXXI. De genere Epicæno. seu Promiscuo.

Articulô sexum quæ complectuntur utrumque
Unô, Epicœna vocant Graji, Promiscua nostri.

SCHO-

SCHOLION XXXI.

Nomina animalium, quæ ſub una terminatione, & ſub uno Articulo competunt tum maſculis, tum fæmellis, ſunt Generis promiſcui, v. g. Hic *Lepus*, Hic *Elephas*, Hic *Mus*, Hic *Corvus*, Hic *Piſcis*; Hic *Paſſer*, Hic *Anſer*, Hic *Pavo*, Hic *Turdus*, Hic *Cancer*, Hic *Salmo*, Hic *Cyprinus*, &c. Contra, Hæc *Vulpes*, Hæc *Aquila*, Hæc *Teſtudo*, Hæc *Rana*, Hæc *Tigris*, Hæc *Anas* &c. ſive marem, ſive fæmellam ſignificent. NOTA 1. Quæ nomina animalium aliam habent terminationem pro maſculis, aliam pro fæmellis, non ſunt Promiſcua, v. g. *Equus*, *Equa*, *Aſinus*, *Aſina*, *Columbus*, *Columba* &c. quamquam *Columba* etiam marem ſignificare ſolet. 2. Cum inter loquendum diſtinguendi ſunt mares à fæminis, biſariam id præſtatur; Primo per Adjectivum. Sic * Plinius de muribus l. 10. cap: 61. *Mures prægnantes repertas in matris* (muris) *utero*. Id: l. 30, cap: 7. *Anatum maſcularum ſanguis* &c. * Plaut: in Stich: *Elephantem gravidam*: Et Plinius, ubi ſupra, cum dixiſſet, *Supra cuncta eſt murium fœtus*, ſubjungit. *Ex una genitos centum viginti* &c. ubi per Adjectivum *Una*, diſtinxit fæmellam. Secundò, ubi aut apponi Adjectivum nequit commodè, aut Commune apponitur, imitabimur Ciceronem, qui l. 2. de Divin: dicit, *Anguis maris*, & *anguis fæminæ*. Et Columel: qui l. 8. cap: 15. *Pavonem maſculum*, & *Pavonem fœminam* dixit. Quanquam hæc non ſunt tanti, ut non aliquandò negligantur. Certè Plin· l. 10. cap: 12. *Corvi*, inquit, *pariunt ut plurimum quinos*, *Ore Eos parere*, *vulgus arbitratur*, Ubi *eos*, dixit de ſemellis. Hæc ſatis de Generibus.



LIBRI PRIMI

Pars Posterior.

Pro Superiore Ordin: Inf: Classis.

DE NOMINUM DECLINATIONE.

CAPUT XVII.

Regulæ generales omnium Declinationum.

NOMINA Composita fere instar Simplicium declinantur; ut, *Vir*, viri, *Triumvir*, triumviri; *Prudens*, prudentis; *Imprudens*, imprudentis.

AT quædam id non servant; ut, *Exsanguis* exsanguis *non* Exsanguinis; *Vulpes*, vulpis, *non* vulpedis; *Capricornus*, capricorni; *Centimanus*, centimani. quamvis sint Composita ex *Cornu* & *Manu*, sic *Unimanus*, & *Anguimanus*. Quies, *quietis*, Requies, *requiei*, vel *requietis*; *Pubes*, pubis, *Impubes*, impubis, *vel* impuberis, *Portus*, portûs, *Angiportus*, tûs, *vel* ti: masculino, gen: * Terr: Phorm: act: 5.

2. IN COMPOSITIS Rectus tantùm Casus declinatur; ut, *Tribunus*-plebis, *Tribuni*-plebis: *Tribuno*-plebis &c.

3. SI NOMEN ex duobus Rectis copuletur, uterque declinabitur; ut, *Respublica*, *Jusjurandum*, *Reipublicæ*, *Jurisjurandi*, *Jurijurando* &c.

4. EXCIPITUR *Alteruter*, cujus posterior tantùm pars declinatur, exceptô Genitivo singulari, qui utroque modô declinatur, *Alteriusutrius* & *Alterutrius*. Quanquam *Alterutrius*, videtur usitatius.

5. NOMINA Neutra tres Casus habent similes, *Nomi-*

Nominandi, *Accusandi* & *Vocandi* qui numerò multitudinis, A. literà terminantur, Præter *Ambo*, & *Duo*.

6. VOCATIVUS singularis quartæ, & quintæ declinationis similis est Nominativo; ut, sensus, o *sensus!* Dies, o *Dies*.

7. NOMINATIVUS, & Vocativus multitudinis cujusvis declinationis similes sunt, ut Musæ, o *Musæ!* Virtutes, o *Virtutes*.

8. DATIVUS item, & Ablativus pluralis cujusvis declinationis similes sunt: ut Musis, à *Musis*, Virtutibus, à *Virtutibus*.

APPENDIX I. Generis P. M. C.

1. Alteruter, in aliis quoque præter Genitivum singularem Casibus, utroque Recto declinatum invenitur. * Cic: l. 2. de Civ: *Cur alteramutram emisit.* Id tamen rarum, imò emendatiùs locus ille videtur legi *Alterutram*.

2. Compositum, *Leopardus*, posteriore tantùm Recto declinatur. *Leopardi*, *Leopardo*, *Leopardum* &c. Spartian. *Leopardi rictant*, Vox tamen hæc nonnisi apud posteriores Latinos reperitur.

3. Duo, in Compositione Numeralium nec Casus mutat, nec Genera, v. g. *Dudeviginti personarum cætus*: *Duodetriginta annos natus*. *Duodequadraginta stadiorum spatium*. * Plin: l. 35. c. 8. *Duodevicesimâ Olympiâ interiit Candaules*. * Id: l. 2. c. 73. *Sole duodevicesimam Tauri partem obtinente*. * Varro l. 1. de Re Rust: c. 1. *Quòd res dispersas comprehendis libris duodetriginta*.

4. ROSMARINUS herbæ nomen, apud Plinium modò posteriore tantùm, modò utroque Recto declinatur, nam. l. 17. c. 13. *Iisdem*, inquis, *modis rosmarinum serunt*. At l. 24: Inscriptio seu argumentum Capitis 11. præfert *De roremarino*. Dicitur & *Rosmaris*, Ovid: & *Rosmarinum* Columellæ, Diomedi.

Re-

Regulæ speciales singularum Declinationum.

PRIMA DECLINATIO.

1. PRimæ Declinationis nomina in *A. As. Es.* & *E.* exeunt.

2. Quæ A. litera terminantur, tum Græca; tum Latina sunt; ut, *Maja, Ægina, Victoria, Familia.*

3. Quæ in *As. Es.* & *E.* exeunt, Græca tentùm sunt; ut, *Æneas, Musice, Anchises.* Declinantur hoc modo:

Nominativo,	*Æneas,*	*Anchises,*	*Musice.*
Genitivo.	*Æneæ,*	*Anchisæ,*	*Musices.*
Dativo.	*Æneæ,*	*Anchisæ,*	*Musicæ.*
Accusativo,	*Æneā,* v. *an.*	*Anchisen,*	*Musicen.*
Vocativo.	o *Ænea:*	o *Anchise*	*Musice.*
Ablativo,	*ab Ænea,*	*Anchise,*	*Musice.*

Sic Boreas, Eonephias, Orontes, Thyestes, Achates, Physice, Mathematice, &c.

4. Numerô multitudinis omnino cum Latinis primæ declinationis consentiunt.

5. E finita, ut, *Musice, Grammatice, Rhetorice, Dialectice,* si ultimam vocalem in *A.* mutent, Latinè declinantur; ut, *Grammtica, Grammaticæ,* &c.

6. Vocativus similis est Nominativo; ô *Musa!* ô *Maja!* ô *Musice!*

7. Sed *As* & *Es.* finita Græca deponunt S. ut, ô *Ænea!* ô *Anchise.* Virg: Æn: 3. *Quid miserum, Ænea, laceras?* Id: 1. Æn: *Quis jam locus inquit Achate* &c. * Hor: l. 1. ep: 2. *Atride, magis apta tibi.*

8. Dativus, & Ablativus multitudinis, IS Syllaba finitur, præter *Duabus, Deabus,* & *Ambabus* & nonnulla ejusdem exitus, quæ etiam à viris doctis, præcipuè juris peritis (ut notat Sosipater l. 1.) sexûs di-

scer-

ſcernendi gratiâ uſurpantur; ut, *Filiabus*, *Animabus*, *Equabus*, *Conſervabus*, *Libertabus*, *Natabus*, *Aſinabus*, *Mulabus*. * Cic: pro Rab: *Duabus filiabus Virginibus*. * Liv: dec: 3. l. 4. *Libertis libertabuſq;* * Modeſtin: Pandect: de Verb: ſignif: *Animabus ſuis redemerunt maritorum ſalutem*, ſic & Quintil: l. 2. declam: 2.

Hæc tamen interdum communem in *IS*, terminationem habent. * Cic: Fam: l. 14. ep: 14. *Duabus animis ſuis*. * Liv: l. 38. *Minorem è duabus filiis nuptam*. *Plin: *Equis*, & *aſinis*. * Ennius & Plaut: *Filiis* &c. pro *equabus*, *aſinabus*, *filiabus*.

APPENDIX P. M. C.

1. Nominativum Græcorum in *As*, & *Es*, Latini veteres per A. malebant efferre; ut, *Ænea*, *Anchiſa*, pro *Æneas*, *Anchiſes*. * Quint: l. 1. c. 5. Ideo Nominandi caſu Propertius, *Atrida*. * Cicero, *Hermagora*, dixit. Vocandi etiam caſu * Horatius. l. 2. Sat: 3. *Atrida!* pro *Atride!* & * Plaut: Pan: o *Apella!* pro *Apelle!* per primam vel *Apelles*, per tertiam decl: dixêre.

2. Priſcis temporibûs Genitivus ſingularis Latinis etiam in *As*, ſyllabam terminabatur. Ideo hucuſque uſurpamus, *Pater familias*, *Mater familias*, *Filius familias*. pro *Pater familiæ*, *Mater familiæ*, *Filius familiæ*. * Livius tamen l. 1. maluit dicere, *Pater familiæ*; * Virg: 11. Æn: *Nihil ipſa nec auras* (i. *auræ*) *nec ſonitus memor*. * Plaut: Amphitr: *Alcumenas* i. *Alcumenæ*.

3. *Aulai*, *Pictai*, *Terrai*, *Frugiferai*, & ſimiles interrogandi Caſus, pro *Aulæ*, *Pictæ* &c. frequentes ſunt apud Lucret: interdum apud Virg: & alios Poëtas. * Æn: 9. *Dives equum, dives pictai, veſtis & auri*, Nunc vix in carmine uſurpaverim.

4. *Adam*, *Abraham*, & alia ejuſdem terminationis peregrina duos tantum Caſus Latinos, *Interrogandi* & *Dandi* admittunt, *Adæ*, *Abrahæ*. Cæteri peregrinitatem ſuam retinent Qui verò hæc civitate donare volunt, *Adamus*, *Abrahamus* &c. per ſecundam flectunt,

Nomen, *Moses*, seu *Moyses*, variè declinatur; Philo: & Josephus, declinat; ut. *Anchises*, exceptô Genitvô, *Moseos*, sive *Moyseos*; apud septuaginta Genitivus & Dativus; E. longo Græco terminatur. Latinè *Moyses*, *Moysi*, vel *Moysis*? *Moysi*, *Moysen*, o *Moyses*! à *Moyse*, vel *Moses*; *Mosis*, *Mosi*, *Mosem*, vel *Mosen*; ò *Moses*! à *Mose*. Romani scribunt. *Moses*; Philo, Joseph & septuaginta, *Moyses*.

5. Accusativus per *An*, vel *En*; à Græcis nominibus sive masculinis, sive fœmininis, frequens est apud Pôétas. * Virg: Æn: 8. *Aenean*. * Ov: ep. 1. *Làerten*. Sic à *Maja*. *Aegina*; *Majan*, *Aeginan*, &c.

6. Multa in ES, primæ simplicium apud Græcos, in tertiam apud Latinos transeunt. Hæc si per primam flectantur, Genitivum habent in Æ. Accusativum in EN. Si verò, quod jam usitatius, per tertiam; Genitivum in IS, Accusativum in EM habent. Talia sunt: *Aristides Orestes*, *Pylades*, *Herodes*, *Timarchides*, *Achilles*, *Ulysses*, *Chremes*, *Laches*, *Socrates*, *Joannes*, *Euripides*. * Cic: l. 2. de Fin: *Aut Pylades cùm sis, dices te esse Orestem, aut si esses Orestes, Pyladem refelleres.*

SECUNDA DECLINATIO.

1. LATINA Nomina secundæ declinationis in *ER*, *IR*, *UR*, *US*, *UM*, exeunt, ut, *Faber*, *Vir*, *Satur*, *Populus*, *Prœmium*.

2. Græca in *OS*, *ON*, *EUS*; ut, *Arctos*, *Tenedos*, *Delos*, *Zacinthos*, *Pelion*, *Ilion*, (quæ & *Ilios dicitur*) *Tydeus*, *Atreus*, Verum, *OS* & *ON*, in *US*, & *UM*, Latini vertunt sæpius; ut. *Delus Ilium*.

G E N I T I V U S.

3. Genitivus declinationis hujus fere æqualis est Nominativo syllabarum numerô, ut, *Populus populi*.

Excipiuntur *Iber*, *Iberi*, *Celtiber*, *Celtiberi*, *Liber*, *liberi*, (Adjectivum, non Substantivum) *Satur*, *saturi*,

Gibber, gibberi; Dexter, dexteri; (& per syncopen, *dextri. Asper, asperi: Alter, alterius. Uter utrius,* & Composita. *Alteruter, alterutrius, Uterque, utriusque: Neuter, neutrius* potiùs, quam *neutri: Vir, viri,* & Composita; ut, *Triumvir, Decemvir &c.* Item Composita à verbis, *Gero, & Fero;* ut, *Armiger, armigeri: Signifer, signiferi.* Crescunt etiam in Genitivo: *Solus, Totus, Unus, Nullus,* de quibus supra cap: 2.

4. In Genitivis duplici, *Ji*, terminatis, Poëtæ aliquando alterum I. omittunt * Virg: Ecl: 1. *Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.* * Hor: l. 3. Od: 2. *Vis consili expers mole ruit sua* id est: *Consilii, Peculii,* per synæresim, ut dicemus l. 3. c. 11.

V O C A T I V U S.

5. Vocativus Similis est Nominativo; *ô Vir! ô puer! ô sator!* Excipiuntur Nomina US finita, quæ US, mutant in E. ut, *Populus, ô popule! Fluvius, ô fluvie! Tabellarius, ô tabellarie!* vide Gell: l. 14. c. 5.

Ab his rursus excipitur: DEUS, quod similiter exit in Vocativo, *ô DEUS.*

Item *Filius, meus,* & nomina Propria Latina in *J. US,* quæ *US,* in Vocativo deponunt: *ô Fili! ô Antoni! ô Pompei.*

At Græca in *JUS*, retinent, E, juxta Græcam flexionem; ut, *Tyrinthius, ô Tyrinthie! Sperchius, ô Sperchie! Olimius! ô Olimie! Evius, ô Evie! &c.*

NOMINATIVUS PLURALIS.

6. Nominativus pluralis secundæ Decl: I. litera terminatur; ut, *Captivi, Liberi, Dei,* vel *Dii.*

Priscis tamen temporibus *Ei*, diphtongô terminabatur: *Captivei, Liberei &c.* ut à Genitivo singulari, *Captivi, Liberi,* differret, Gell: l. 13. c. 4. Quint: l. 2. c. 7.

7. Dativus pluralis, *IS*, syllabâ finitur; ut, *Captivis, Deis,* vel *Diis.*

Longè tamen usitatiùs dicitur, *Dii, Diis,* quam *Dei,*

Deis,

Deis, Pöétæ frequenter uſurpant, *Di*, & *Dis*, pro *Dii*, & *Diis*.

APPENDIX P. M. C.

1. *Androgeos* in Genitivo habet tum, *Androgei*. * 1. Aen: *Androgei gaudium* &c. Tum *Androgeo*. Dicitur etiam & *Androgeos Androgeonis*, ex quo Accuſativus *Androgeona*, apud Propert: l. 2. el: 2.

2. Accuſativus Græcorum in OS, exit in On, ut, *Arctos*, *Abydos Delos*, *Tenedos* &c. *Arcton*, *Abydon*, *Delon*, *Tenedon*. * Ov: 14. Metam. *Me credite Lesbon*, & *Tenedon cepiſſe*. Athos verò: ſive, *Atho*, mons Thraciæ in Dativo quoque, Accuſativo, & Ablativo habet, *Atho*. Quanquam * Val: Max: l. 1. c. 6. *Athon*: * Cic: l. 3. de Rep: apud *Priſc: Athonem* dixit.

3. Vocativus Græcorum nominum quæ OS Nominativi, in US, Latinum mutant, literam E. more tum Græco, tum Látino retinet. v. g. *Timotheus*, *Pamphilus*, *Antæus*, *Tymbreus*, *Ptolomeus* &c. *ô Timothee* &c.

4. Latini interdum vel euphoniæ causâ, vel Atticos imitando, Vocativum faciunt ſimilem Nominativo; ut, *ô Populus! ô Fluvius! ô Meus!* * Liv: l. 1. *Audi tu populus Albanus* * 6. Aen: *Projice tela manu ſangvis meus*. Simile eſt illud in Sacris, *Agnus Dei qui tollis* &c.

5. *Græca* nomina quæ in EUS monoſyllabon exeunt; ut, *Or-pheus*, *A-treus*, *Pro-theus*, *Ne-reus*, *Mnestheus*, *Per-ſeus*, *The-ſeus*, *Ty-deus*, *Pe-leus*, Diſyllaba. *Py-re us*, *Ty pho-eus*, *Eu ry ſtheus*, Triſyllaba, & ſimilia ſic declinantur.

GENITIVO Orpheos, *Perſeos* &c. Græcè, qui frequens eſt ápud Pöétás; vel *Orphei*, Latine. Hinc illi Genitivi Græci: *Ulisſei*, *Achillei*; á Græcis nominibus *U-lyſ ſeus*, *A-chil-leus* tryſyllabis. * Hor: l. 1. od: 6. *Nec curſus duplicis per mare Ulyſſei*, Et per ſynæreſim. *Ulyſſi*, *Achilli* Quintil: l 1. c. 5. * Hinc: *Immitis Achilli*. Aer. 1. * *Miles Ulyſſi*. Aen. 2. &c. EI. in I. contractó. Alioqui ab *Achilles*, & *Ulyſſes*; cùm

Latinè per tertiam flectuntur, genitivi sunt, *Ulyssis*, *Achillis*.

DATIVO Græcè, *Orphei &c.* * Virg: Ecl: 3. *Orphei. Calliopea Lino* * Id: Ghorg: 4. *Inferias Orphei lethæa papavera mittes*. Id tamen rarum. Usitatius Latinè *Orpheo*, *Perseo &c.* * Liv: l. 5. *Hæc Græco sermone Perseo Latinè deinde suis* * Virg: Aen: 9. *Inarim. Jovis imperiis imposta Thphoeo*. Id: 5. Aen: *Sergesto Mnestheoq;*

ACCUSATIVO Orpheum &c. Latinè Græcè *Orphea*, *Persea &c.* Qui Accusativus frequentissimus apud Poëtas; interdum apud Historicos. * Liv: l. 3. *Qui Regem Persea magnâ gloriâ vicit*; Imò & apud Oratores. * Cic: Att: l. 6. ep. 9. *In Pyræa cum exissem.* * Et l. 7. ep. 4. *Magis reprehendendus sum, quod homo Romanus Piræea scripserim, non Pyræeum, sic enim omnes nostri locuti sunt.*

VOCATIVO semper in EU, monosyllabon exeunt more Græcô; o *Theseu!* o *Tydeu!* * Ov: ep: Aria dn: *Flecte ratem Theseu!* Sic & ea, quæ Græcè in OS, Latinè in US, longum desinunt, in Vocativo S. abjiciunt: ut, *Panthus*, o *Panthu!*

ABLATIVO semper in O. ut, *Orpheo &c.* * Ov: l. 6. Matrem. *Scelus est pietas in conjuge Tereo*. Quia Ablativo Græci carent: In reliquis Casibus Græca Declinatio valde usitata.

TERTIA DECLINATIO

I. Etsi tertiæ declinationis quam plurimæ sint *Positiones*, Genitivus tamen semper in IS, syllabam exit; qui Nominativo modò est æqualis syllabarum numerò; ut, *Navis*, *navis*; Modo una syllaba longior; ut, *Turbo*, *turbinis*, *Unedo*, *unedonis*. Modo duabus; ut, *Iter*, *itineris*, ab antiquo *Itiner*. * Plaut: Merc: *Quin tu itiner exequi meum me finis*; Lucr: l. 5. *Itinerq; secutus.*

Cre-

Crescunt etiam duabus *Anceps*, *ancipitis*; *Biceps*, *bicipitis*; *Præceps*, *præcipitis*; ab antiquis Rectis, *Ancipes*, *Bicipes*, *Præcipes* * Plaut. Commor: *saliam in puteum præcipes*, *præceps* SIC *suppellex*, *suppellectilis*, ut docet Sosip: l: 1. vel, ùt quidam putant, á neutro, *Suppellectilè*.

GENITIVUS TERTIÆ.

1. A *finita* nomina tertiæ declinationis Genitivum habent in *Atis*; ut *Dogma*, *dogmatis*; *Dramma*, *drammatis*; *Diadema*, *diadematis*.

2. E *Finita* neutra mutant E. in IS, ut, *Omne omnis*; *Cubile cubilis*.

3. Y *Psilon finita* quæ Latini à Græcis mutuantur, Gænitivum In OS, Græcum retinent; ut, *Moly molyos*.

4. O *Finita* adjiciunt, Nis ut, *Macedo*, *Macedonis*; *Carbo*, *carbonis*. At quædam. O, mutant in E. ut, *Anio*, *Anienis*: *Nerio*, *Nerienis*.

5. N *Finita* addunt, *IS*, ut *Babylon Babylonis*; *Palæmon*, *Palæmonis* Quædam, T. interjiciunt; ut, *Xenophon*, *Xenophontis*; *Ucalegon*, *Ucalegontis*.

6. R *Finita* adjiciunt; *Is*, ut, *Lar*, *Laris*; *At Hepar. hepatis*. *Acer*, *acris*. *Mulciber*, *Mulciberis*, vel *Mulcibris*, vel *Mulcibri*. * Cic: 2. Tusc: *Mulcibri adscivit*, *manus*, *Jecur*, *jecoris*, vel *jecinoris*, * Pl in: l. 11. cap: 37. *Bina jecinora leporibus*.

7. A *S finita* Latina habent in *ATIS*; ut, *Pietas*, *pietatis* &c Græca in *Adis Antis*, & *Atis*; ut, hæc Pallas, *Palladis*, hic *Pallas*, *Pallantis*: *Adamas*, *adamantis*. *Erysipelas*, *Erysipelatis*.

8. E *S finita*, vel in *IS*, ut, *Moles*, *molis*: vel in DIS; ut, *Pes*, *pedis*, vel in TIS, ut, *Fomes fomitis*, Græca quædam tum in IS, tum in TIS; ut, *Laches*, *Lachis*, vel *Lachetis*, *Chremes*, *Chremis*, vel *Chremetis*,

9. *IS*

9. IS *finita*, quædam non crefcunt; ut, *Anguis, anguis* quædam habent, in *Inis* ut, *Sanguis, fanguinis*: quædam in *IRIS*; ut *Glis, gliris*, quædam in, *DIS*; ut, *Lapis, lapidis*. Græca quædam præter jam attactos exitus cum Latinis communes, retinent fuum, EOS, in Genitivo; ut, *Tanis, Taneos*, quædam in *Entis*; ut: *Simois, Simoëntis; Pyrois, Pyroëntis*.

10. OS *finita* quædam in *RIS*; ut, *OS, oris*, fic, *Arbos, Lepos, Honos*: quædam in SIS; ut, *Os, offis. Exos, exoffis*, quædam in *Tis*, ut, *Dos, dotis*. Sic & Græca; ut, *Rhinoceros, rhinocerotis*: at quædam eorum in EOS; ut, *Argos, Argeos; Epos, epeos*, quædam in *Ois*: ut, *Tros, Trois; Heros, herois*; quædam indeclinabilia funt; ut, *Chaos, Melos*: Lactantius tamen dixit in Ablativo, melo.

11. US *finita*, Latina exeunt Genitivo, in *Udis, Uris, Utis*; ut, *Palus, paludis. Tellus telluris*: *Virtus virtutis*. Græca etiam in *Odis*, & *Untis*, ut, *Melampus, melampodis, Oedipus, œdipodis*, vel *Oedipi*: per fecundam. * Donatus in Andr: act: 1. fc: 2. *Opus, opuntis; Amathus, amathuntis*.

12. YS *finita* quæ Græca tantum funt; in *Ys*, vel *Os*, vel, *DIS*; ut, *capys, capys* vel *Capyos*: *Chlamys, chlamidis*.

13. NS *finita*, in *DIS*, vel *Tis*; ut *Lens, lendis*: *Frons. frondis; Lens, lentis; Frons frontis*.

14. BS, & *PS*, *finita* J. ante *S*. affumunt; ut, *Trabs, trabis*: *Seps fepis; Scrobs, fcrobis Inops, inopis*. At PS, finita, quæ pluribus quàm una fyllabis crefcunt in *Tis*, exeunt; ut, *Anceps, accipitis*, *Auceps, E*. mutat; in *U. aucupis*.

15. RS *finita* mutant S. in *Tis*, vel *Dis*; ut, *Ars, artis. Concors, concordis*.

16. X *Finita*, quædam in CIS; ut, *Arx, arcis, Merx, mercis*; quædam in *GIS*; ut. *Rex, Lex, Grex*,

&

& Composita, *Exlex, Prolex*, at *Remex, remigis; Senex, senis: Homeromastix Homeromastigis: Aquilex, aquilegis.*

APPENDIX P. M. C.
De Genitivo Græco in OS. & US. apud Latinos.

1. GENITIVUS quidem tertiæ declinat: semper, IS syllaba terminatur, ut diximus; Græco tamen, OS, syllaba finito, frequenter utuntur Latini: ut, *Metamorphosis; metamorphoseos. Tanis, Taneos Decapolis, decapoleos*, sic & *Syntaxeos, Poëseos, &c.*

2. UTUNTUR item Latini & Genitivo in DOS, sed ferme Poëtæ tantùm ut, *Thetys, Thetidos. Erimandidos.*

3. *Electo, Argo, Calypso, Clio; Celæno, Dido, Echo, Enyo, Erato, Hero, Io, Manto, Sappho, Santho*, & similia quatæ *contractorum* apud Græcos, Genitivum in US, fere semper apud Latinos retinent; ut, *Mantûs Calypsûs, Didûs, Cliûs, &c.* Veteres Latini, *Calypsonis Didonis &c.* dicebant, ait Prisc: l. 6. & Quintil: l. 1, c. 5. Quam declinandi rationem idem Quintilianus non probat, Phocas adeo reprehendit, ut errare hos censeat, diciq; velit. *Didois*, seu *Didus*; *Didoi, Didoem* seu *Dido*. Probat id Sosip: l. 2 quem secutus est C. Cæsar, teste Quintiliano. At Probus l. 2. c. 2. utrumque recepit.

DATIVUS, ACCUSATIVUS TERTIÆ

1: DATIVUS singularis tertiæ, tam Græcorum quàm Latinorum Nominum exit in, *J.* ut, *Sermoni, Paridi, Orphei*, per tertiam, ut supra dictum.

2. Accusativus Latinis exit in EM, ut, *Sermonem.*

EXCEPTIONES.

1. *IM, tantùm cupiunt Fluviorum Propria, quorum*

Re-

Rectus in IS, *veluti:* Tiberis. 2. *Superadde* Securim: Vim: Pelvim. Bætim, Cucumim, Ravimq; Sitimq; Tussim, & Amussim, & Aqualim, *fœtentemq;* Mephitim.

3. *Sæpius invenias*, Navem, Clavemq; Febremq; *Quam* Navim, *& similes, at* Turrim, *crebriùs exstat.*

4. Cannabis, & Puppis, Rectis; cutis, *atque* sementis. *Et* Sentis, *tibi rite modo flectentur utroque.* * v. g. *Araris, Bœtis; Ligeris, Tanais. Tigris & Fabris, Albis* & similia. *Tibris, & Tiberis*, in Recto dicitur, unde & in Accusativo modò *Tibrim*, modò *Tiberim*, legimus. *Jordanis* usitatiùs habet *Jordanem*; Ablativ: *Jordane*, Plin; l. 3. cap: 15.

APPENDIX P. M. C.

De Accusativis Græcorum Nominum.

1. Græcus Accusativus exit in *A*. ut, *Hectora, Calchanta, Aera, Ethera.* Illô frequenter Latini utuntur, pro *Hectorem, áërem, &c.*

2. Excipiuntur Græca. O. finita quæ Accusativum habent similem Nominativo; út, *Manto, Calypso &c.* quæ supra. * Aen: 7. *Luctificam Alecto* * Ov: ep: 6. *Sacram conscendit in Argo.* * ep: 6. *Miserumq; relinquere Dido.* * Hor. l. 2. od: 13. *Æoliis sedibus querentem Sappho.*

3. Græca in IS, syllaba finita, quorum Genitivus, si Græco more formetur in OS, ante OS, vocalem habet; si verò Latinè in IS, æqualis est Nominativo, Græcum Accusativum in IN, & Latinum in IM, habent: ut, *Neapolis, Charybdis, Genesis, Syntaxis; Pöësis &c. Hujus Neapoleos. Charybdeos, Geneseos &c:* Græcè; *hujus Neapolis, Charybdis, Genesis &c.* Latinè; *hanc Neapolin &c.* Græcè; *hanc Neapolim, &c.* Latinè.

4. Quæ tamen in *YS*, per *Ypsilon* exeunt, & in Græco Genitivo. OS, finito, aute OS, vocalem habent, meli-

melius in YN, Græcum quam in YM, Latinum, Accusativum habent, v. g. *Cotys*, *Thetys*. *Capys*, *Halys* &c. *hujus Cotyos*, *Thetyos*, *Capyos*, *Halyos*; Græcè: *hujus Cotys*, *Thetys*, *Capys*, *Halys*. Latine, *huic Cotyi* &c. *hanc Thetym*, *hunc Halyn* &c. magis quàm *Thetym Halym* &c. Cic: l. 4. dec: 4. *Sedem ipsi sibi circa Halyn flumen cœperunt:* * Liv: l. 2. de Div: *Crœsus Halyn penetrans magnam, pervertet opum vim.* * Liv: l. 2. dec: 5. *Itaque dimittendum Cotym ad sua ratus.* * Id: ibid: *Ea die ad amnem Matyn processit.*

4. IS, finita, quæ & Latinum, & Græcum in morem prolata, crescunt in Genitivo, vel ante OS, Genitivi Græci consonantem habent: si carent Accentu Græco in ultima, Accusativum Græcum habent per, IN, vel, DA, Latinum per, *Im*, vel, *Dem*, ut, *Paris*, *Paridos*, vel *Paridis*, *Parin*, vel *Parida*, *Parim*, vel *Paridem*, *Isis*, *Isidos*, vel *Isidis*, *Isin*, *Isida*, *Isim*, *Isidem*, sic *Iris*, *Ibis* &c.

5. Si verò hæc accentum acutum habent apud Græcos in ultima, Accusativum Græcè in DA, tantùm habent, Latinè in *Dem*; ut *Amaryllis*, *Amaryllida*, vel *Amaryllidem*, non *Amaryllin*, aut *Amaryllim*. Sic *Titanis*, *Doris*, *Chlamys*, *Oebalis*, *Chlylis*, *Tyndaris*, *Æneis*, *Priamis*, *Pyxis*, *Tyrannis* & cætera fæminina in IS.

VOCATIVUS TERTIÆ.

1. Vocativus similis est Nominativo *hic Sermo*, *o Sermo!* Sic & Græca: o *Pallas!* o *Socrates!* o *Chremes!* o *Achilles!* o *Heros!* o *Chlamys!*

2. Quæ tamen in ES, terminantur Græca, etiam per primam, abjectò S. efferri possunt: o *Socrate!* o *Achille!* o *Chreme!* Siquidem hæc nomina etiam per Primam simplicium (quæ *Primæ Latinæ* respondet) à Græcis declinantur. * Cic: in Protag: apud Prisc: l. 6. *Unde tandem appares o Socrate!* * Ter: Andr: o *Chreme! per tempus advenis.* * Ov: 10. Metamorph: *Nos te potiremur, Achille.* * Sen: Troäd: *Quid agis Ulysse?*

AP-

APPENDIX P. M. C.

Exceptiones quorundam Græcorum.

1. GRÆCA, quæ in *IS*, vel *YS*, exeunt, neque habent Accentum in ultima, apud Græcos deponunt S. Nominativi. o *Meri! Iri! Pari! Thety!* Et apud Poëtas feminina in IS, quorum Genitivus exit in DIS, quamvis habent accentum in ultima; o *Amarylli!* o *Tyndari!*

2. Item Propria in AS, quorum Genitivus exit in *Antis*, deponunt S. apud Poëtas: o *Palla!* o *Calcha!*

3. Præterea quæ ante S. diphtongum habent, fere S, abjiciunt: o *Simoi!* o *Tydeu!* o *Melampu!* quia à diphtongis Græcis, *Si mo-eis*, *Ty-deous*, *Me-lampous*, veniunt.

4. Hæc verò omnia apud Atticos Vocativum habent similem Nominativo; ut, o *Paris!* o *Calchas!* o *Simois!* o *Melampus!* Latini in his omnibus, quæ hac Appendice diximus; liberi sunt in utramque partem;

ABLATIVUS TERTIÆ.

1. ABLATIVUS singularis exit in *E*, ut, à *Rege*, *Teste*, *Duce*, *Hospite*, *Paupere*, *Pubere*.

Exceptiones Substantivorum.

1. NOMINA Substantiva Latina, quorum Accusativus exit in *IM*, tantùm *I*, postulant, ut *siti*, *pelvi*, *tussi*, *cucumi*.

SIC & Græca, quorum Accusativus in *IN*, Græcè, vel Latinè in *IM*; ut, *Neapoli*, *Charybdi*, *Cannabi*. * Plin: lib: 19. cap: 2.

Adde, *Hispali*, *Ligeri*, *Bæti*, quāvis Liv: l. 28. dixerit; *Superatò Bæte amni* & Persius Sat: 3. *Torta cannabe*.

2. Substantiva Latina, quorum Accusativus in *Em*, vel, *Im*, definit, in Ablativo utramque terminationem, sortiuntur; ut, *Nave*, & *navi*; *Febre*, & *febri*, *veste* & *vesti*. At *Turri*, multò usitatiùs dicitur, quàm *Turre*.

3. Quædam Latina Substantiva, quorum Accusati-

vus

vus tantùm in *Em*, desinit, Ablativum habent tum in *E*, tum in *I*, ut *Igne*, & *igni*, *Imbri*, & *imbre*, *Amne*, & *amni*: *Suppellectile*, & *Suppellectili*, *Finis*, apud Gellium habet etiam, *fine*, & *fini*.

Hæc quoque, Præsertim apud Poëtas; tum in, *E*, tum in *I*, desinunt; *Ave*, & *avi*, *Angue*, & *angui*: *Classe*, & *classi*: *Veste*, & *vesti*. *Ungue*, & *ungui*.

Addunt quidem. *Ove*, & *ovi*: *Cive*, & *civi*. *Nepte*: & *nepti*. *Poste*, & *posti*; *Fuste*, & *fusti*; *Mugile*, & *mugili*. Exemplis tamen haud satis probant.

4. Substantiva neutra in *Al*, *Ar*, *E*, & nomina mensium tertiæ decl: habent *J*, tantum in Ablativo; ut, *Animali*, *Calcari*, *Monili*, *Mari*, *Aprili Septembri*.

Sic, *strigili* & *Canali*; nam veteres hoc *strigile*, hoc *canale*, dicebant.

Far tamen, *Hepar*, *Nectar*, *Jubar*, *E*. contenta sunt, *fare*, *hepate*, *nectare* &c.

Mare, etiam Ablativo casu reperitur apud Plautum Rud: *In mare communi*. Et Ovid: in Ibid: *Libico de mare*? quod perquam rarum est.

Eodem casu reperies etiam, *Rete*, *Præsepe*, quia olim dicebatur, *hæc retis*, *hæc præsepis*. Quibus adde, *Socrate*, *Cære*, *Preneste*, *Reate*, *Gausape*, nisi fortè horum aliqua sint declinationis expertia.

5. Verbalia, *Trix*, finita, *E*. tantùm habent; ut, *Altrice*, *Nutrice*.

Verùm *Ultrici*, *Victrici*. I. tantùm postulant.

Exceptiones Adjectivorum aut his similium.

1. Adjectiva tertiæ decl: (præter illa quæ excipiemus infra,) admittunt; I. vel E. in Ablativo: ut *Felix*, *Procax*, *Trux*, *Dives* &c. *Felice*, vel *felici* &c. sed per I. meliùs. Sic *Degener*, & *Uber*.

Sic quoque, *Vigil*, & *Artifex*; cum Adjectiva sunt. Stat: 2. Achil: *Vigili aure*; idem, *Artifici Pollice*.

2. Adjectivá quorum Neutrum, *E*, literá terminatur,

tur, I. adſciſcunt in Ablativo: ut, *Brevi*, *Pingui*, *Volucri*, *Rudi*.

At *Rudis* & *Volucris*, cùm Subſtantiva ſunt; *Volucre*, & *Rude*; faciunt. * Hor: 1. ep: *Donatum in rude*.

His addenda & illa duo; *Pluri memori*, Veteres enim; *Pluris*, *plure*; *Memoris memore*; ut, *Brevis*, *breve*, declinabant.

Cæleſte, *Perenne*, *Bimeſtre*; pro *Cæleſti &c.* vel apud Pòëtas ipſos rara ſunt.

3. Subſtantiva Appellativa, Adjectivis ſimilia; *Is*, Finita Ablativum habent in *I*. ut, *Aedili*, *Affini*, *Annali*; *Bipenni*; *Familiari*, *Natali*; *Patrueli*, *Rivali*, *Sodali*, *Tridenti*, *Triremi*; *Quadriremi*. *Quinqueremi &c.*

Cæſar tamen l. 2. bel: civ: ſemel: dixit; *Trireme*. * Plin: l. 1. ep: *ſodale*. * Luc: l. 6. *Natale*. * v. 6. Meta; *Tridente*: verùm Pòëtæ in his liberiores ſunt.

Nomina tamen Propria, quamvis Adjectivis ſint ſimilia; *E*. tantùm poſtulant * Cic: Fund: *Non modò hoc à Julio Annale ſed vix me hercule à Q. Mutone factum probari poteſt*. * Id pro Planc: *Confiteor ſumma in Lateranenſe ornamenta eſſe*. Martial: *Cum Juvenale meo quid me committere tentas?* Hoc loco *Annalis*, *Lateranenſis*; *Juvenalis*. Subſtantiva ſunt Virorum Propria.

4. Quamvis Adjectiva omnia literis, NS, finita, E litera in Ablativo terminari veriùs Flaccus docuerit; ut, *Sapiente*, *Prudente*, *&c.* ſunt tamen, quæ & I. habent; ut, *Ingenti*. * Cic: l. 3. de Orat: *Ex ingenti quodam Oratorum, immenſoq; campo in exiguum ſanè gyrum compellitis*. * Liv: l. 3. ab orbe Con: *Pro ingenti itaque victoria id fuit plebi*. * Id: l. 5. *Hi Coſſ: magnos, ſapere ludos, quos M. Furius Dictator voverat, Vejenti bello*. * Cic: pro Mur: *Ex ſermone hominum recenti*. * Id: 2. de Or: *In quibus poteſt inflammari animus judicis, acri & vehementi quadam incitatione*. * Ad Heren: l. 1. *Imitatio eſt, qua impellimur cum diligenti ratione*,

ut aliquorum similes in dicendo esse velimus. * Gell: l. 2. c. 3. *Fuit homo ingenio eleganti &c.*

5. Participia tamen in NS, semper habent in E. ut *Absente, Præsente, Audiente.* * Cic: 3. in Verr: *Illa Deos hominesq; implorante.* * Plin. l. 3. c. 1. *Bœtica à flumine eam mediam secante.* Quodsi interdum, I. habeant, fere in Nomina transeunt. * Cic: pro Arch: *Multos homines excellenti animo ac virtute fuisse.* * Id: Att: l. 2. *Cum Musis nos delectabimur animo æquo, imò etiam gaudenti, ac libenti.*

6. Comparativa Nomina fere semper in E. exeunt: ut, *superiore, feliciore, uberiore, Leviore.* Quanquam interdum etiam in I Cæs: l. 2. Bell: Civ: *Majori cum fiducia ad alteram turrim aggeremque, eruptione pugnarunt.* * Plin: l. 2. c. 4. *Cinereus posteriori parte caudicans, lenior.* * Quint: Proæm: l. 11. *Majori quam unquam mole premor.*

CASUS PLURALES TERTIÆ.

Nominativus, Genitivus, Vocativus.

1. *NOMINATIVUS & VOCATIVUS*, pluralis tum Græcis, tum Latinis; semper exit in ES; ut, *Sermones o sermones! Troës, o Troës! VERUM, Sardis, Trallis, Alpis, Syrtis in* Recto, Accusativo & Vocativo Plurali, per contractionem facti sunt *à Sardies,* vel *Sardeis, Alpeis &c.* per *ei* diphtongum.

2. Genitivus pluralis Græcus exit in, *On*, per *Omega*, ut *Epigrammaton, Hæreseon, Diœceseon,* quæ Latini interdum usurpant. * Martial: l. 1. *Argutis epigrammaton libellis.* Unde rectissime etiam Latinè dixeris, *Epigrammatum, Heresium, Diœcesium &c.*

3. Latinorum nominum Genitivus in UM, exit; ut, *Juvenum, Canum, Vatum, Nucum, Majorum, Minorum* Sic cætera Comparativa perpetuò, præter *Prurium.*

EXCEPTIONES

1. In *Ium* exeunt quæcunque literis, NS, finiuntur:

tur; ut, *Serpentium*, *prudentium*, *Innocentium*. Oratores his plenis utuntur, Pòétæ ferme imminutis. * Virg: Georg: 3. *Genus omne natantum:* * Aen: 6. *Vitæq; volantum*, De his infra in *Syncopen*.

2. In *I um*. quoque exeunt, S. literâ terminata, quæ genitivo crefcunt; ut, *Collis*, *collium*, *Cladis*, *cladium*. & quorum ablativus in I. tantùm vel fimul & in E. & In I. exit; ut, *Diæcefium*, *Surtium*, *Animalium*, *Plurium*; *Navium*, *Felicium*, *Victricium*.

3 Quibus adde, *Samnitium*, *Lintrium*, *Cohortium*; *Utrium*, *Ventrium*; *Fornacium*, *Paludium*. Quamvis, *Fornacum*, femel à Plinio l. 36. c. 14. *Paludum*, à Melál: 3. ufurpatum fit.

4. Monofyllaba quoque quæ in duas Confonantes definunt, Genitivum pluralem in *J-UM* habent: ut, *Trabs*, *Seps*, *Pars*, *A. x*, *Merx &c.* *Trabium*, *Sepium &c.*

5. Quibus accedunt. *As*, *affis*; *lis*, *litis*, *glis*, *gliris*, *& glitis*, *mus*, *nix*, *nox*, *os offis*; *fauces faucium*. *Vas*, *vadis*, *vadium*; & fi quæ alia funt à viris doctis ufurpata.

6. Hinc Rurfus Excipiuntur; *Parens*, *Panis*, *Degener*, *Inops*, *Memor*, *Supplex*, *Vetus*, *Uber*, *Linx*; & alia quorum Genitivus exit in UM, tantùm; ut, *Parentum*, *Panum*. *&c.*

7. *Volucris* Subftantivum, habet Genitivo pluraii. *Volucrum*, *Volucris*; Adjectivum, habet; *Volucrium*. Reliqua ufu Magiftro difces.

DATIVUS ET ABLATIVUS.

1. DATIVUS & Ablativus pluralis Tertiæ decl: in *Ibus*: ut: *Sermonibus*, à *fermonibus*. BOS, tamen, *bobus*, aut *bubus* facit.

2. Subftantiva Neutra Græca, *A.* finita frequentiùs Dativum, & Ablativum pluralem hábent in IS, quam in IBUS; ut, *Peripetafmatis*, *Emblemmatis*, *Drammatis*, *Diadematis*, *&c.* pro, *Peripetafmatibus*, *Emblemmatibus &c.*

ACCUSATIVUS.

1. ACCUSATIVUS multitudinis in ES, ſyllabam exit; ut, *Sermones, Pepones &c.*

2. Exit & in IS, vel EIS, in illis nominibus, quorum Genitivus in I-UM, deſinit; ut, *Omneis, Urbeis,* vel *Omnis, Urbis.* Uter alteri præferendus ſit, judicabunt aures.

3. Accuſativus Græcus exit in *AS,* ut, *Delphinas: Troas; Heroas; Arcadas.* * Virg: Ecl: 8. *Orpheus in ſylvis inter Delphinas Arion.* Latinè igitur, licebit dicere. *Delphines, Troës; Heroës &c.* vel *Delphinas, Troas &c.* Quod maximè Pöetæ confectantur.

Caſus Plurales Nominum.

1. Caſus plurales Neutrorum Nominandi, Accuſandi, & Vocandi in *A.* deſinunt; *ſi Ablativus* ſingularis in *E.* tantùm exit; ut, *Tempora Vulnera:* ſin verò Ablativus ſingularis in *I.* tantùm; vel tam in *E.* quam in I, terminatur, tunc in *I-A,* deſinunt; *Vectigalia, Ingentia, Calcaria, Acria.*

2. Excipiuntur Comparativa Neutra; Item, *Vetus, veteris;* quæ in *A,* ſemper exeunt; ut, *Majora, plura, vetera.* Olim dicebatur. *Pluria.* * Lucr. l. 1. *Cujus ſunt pluria miſta.* * Ter: Phorm: act. 4. *Nova hic compluria.* Vide Gell: l. 5. cap: 12.

QUARTA DECLINATIO.

GENITIVUS SINGULARIS.

1. Genitivus ſingularis quartæ declinationis exit in, *US,* ut, *Senatûs, Anûs, Domus &c.*

2. Priſci, *Senatuis, Anuis, Domuis, Fluctuis &c.* dicebant; apud nos etiam, I, litera Caſus hic terminabatur; ut, *Ornati. Tumulti &c.* pro *Ornatûs Tumultûs.* * Ter: Andr: act: 2. *Ejus anuis cauſa.* * Id: ib: *Nihil ornati, nihil tumulti.*

DA-

D A T I V U S.

1. Dativus in *UI*, exit; ut, *Senſui*, *Senatui*: Priſcis ſæculis etiam in *U*. exibat. * Virg: 1. Æn: *Parce, metu Cytherea*. * Id: Georg: 4. *Aliæ victu invigilant*. Proper l. 2. *Tantalea poterit tradere poma manu*, Vide Gell: l. 4. c. 16.

Dativus, & Ablativus Pluralis.

Dativus, & Ablativus pluralis in *IBUS*; exit, ut, *Senſibus*, *Domibus*, *Genibus*.

E X C E P T I O N E S.

1. *Arcus*, *Artus*; *Lacus*, *Partus*, *Specus*, *Tribus*, in UBUS exeunt; ut, *Arcubus*, *Artubus &c.*

2. *Portibus*, & *Portubus* promiſcuè utuntur Latini. * Cic: act: 6. in Verr: *Quorum una eſt ea, quam dixi, inſula, quæ duobus portubus cincta &c.* * Id: pro Lege Manil: *Equidem exiſtimo in ejuſmodi regione,, atque provincia, quæ mari cincta, portibus diſtincta &c.* Cæs: 3. bell: civ: *Hæc à cuſtodibus claſſis loca maxima vacabant, quod ſe longis portibus committere non auderent.*

3. *Queſtibus à Queror*; multo uſitatiùs eſt, quàm, *Queſtubus*. An verò dicendum, *Verubus*, an *Veribus*. potiùs non liquet. Certe Diomedes, Priſcianus, & alii veteres Grammatici inter nomina in, *UBUS*; deſinentia; *veru*, non numerant: Cariſius etiam l. 1. illud Virgilii Æn: 1.

Pars in fruſtra ſecant, verubuſqua *trementia figunt*, per I. literam legit.

4. Addunt recentiores, *Acubus*, *Ficubus*, *Quercubus*, ſed deſideratur teſtimonium Veterum.

QUINTA DECLINATIO.

GENITIVUS SINGULARIS

Caſus Interrogandi ſingularis numeri quintæ declinationis in EI, literas diverſas exit; & ſemper excedit Nominativum ſyllabarum numerô; ut, *Dici*, *Rei*.

AP-

APPENDIX P. M. C.

1. Genitivus singularis quintæ decl: apud Veteres in *ES*, sive *E*, exibat. * Virg: 1. Georg: *Libra dies somnique pares ubi fecerit horas*: ubi tamen aliqui, *die*, vel *diei*, legunt. * Hor: l. 1. sat: 1. *Prodideris commissa fide*, i. fidei * Ov: 1. Metam: *Prima fide; vocisq; ratæ tentamina sumpsi*. * Cic: l. 10. ep: 17. *Quo obside fide illius & societatis*. i, *fidei* * Sal. in Jug: *Vix decima parte die reliquâ &c.* i, *diei*.

2. Exibat & in duplex *ii* * Virg: 1. Æn: *Munera lætitiamq; dii*. Sic olim, *Pernicii*, *Progenii*, *Acii &c.* pro *Perniciei Progeniei &c.* Vid: Gell: l. 9. c. 14.

Genitivus, Dativus, & Ablativus Pluralis.

1. Genitivi, Dativi, & Ablativi plurales Nominum quintæ declinationis inusitati sunt omnes, præter *Rerum*, *rebus*; *Dierum*, *diebus*.

2. Cicero in Topicis non est ausus dicere: *Specierum speciebus*: non negat tamen posse Latine dici.

Finis Regularum specialium cujuscunque declinationis.

REGULÆ GENERALES.

De imminutis per syncopen: Anomalis, Defectivis, & Aptotis Nominibus cujusvis declinationis.

IMMINUTA per SYNCOPEN.

OMnium fere declinationum Interrogandi Casus multitudinis imminuuntur interdum, maximè á Pöëtis, quam imminutionem *Syncopen* vocant Græci.

2. Primæ igitur declinationis Genitivi in Compositis fere & Patronymicis tantùm nominibus imminuuntur per syncopen; ut, *Cœlicolûm*, *Trojugenûm*, *Terrigenûm &c.* *Æneadûm*, *Ausonidûm*, *Romulidûm*. Cæteri rarò, imò rarissimè.

3. *Secundæ* declinationis imminuti Genitivi plurales hi potissimum usurpantur, *Liberûm*, *Numerûm*,

Sestertiûm, Fabrûm Deûm. Et ab Adjectivis. *Meûm Magnanimiûm, Quinûm, Senûm, Denûm Siculûm, Adversariûm &c.* Plura exempla vide apud Ciceronem in Oratore, ubi is copiosè hac de re agit.

4. In *Tertia* declinatione hi fere Genitivi imminuuntur' *Cladûm, Cædûm, Veprûm, Cœlestûm, Agrestûm, Potentûm, Furentûm, Natantûm, Animantûm, Macedum:* pro *Cladium, Cædium, Veprium, Cœlestium, Agrestium, Potentium, Furentium, Natantium, Animantium, Macedonum,* & alii ejusmodi, qui non facile apud Oratores reperiuntur.

5. *Quartæ* tandem declinationis Genitivus pluralis perrarò imminuitur: quæ inveniuntur ejus exempla, adferimus * Virg: I. Æn: *Quæ gratia currum, armorûmq; fuit,* i. *curruum.* * Martial: I. 1. *Sed duo sunt, quæ nos distinguunt millia passum.* Nisi quis synæresim in his esse dicat potiùs, quàm syncopen. De synæresi vid: l. 3.

APPENDIX P. M. C.

1. Nominibus Substantivis, *AS*, finitis, usitatior est, etiam apud Oratores, Genitivus imminutus quàm plenus, potiùs igitur dicemus, *Magnatum, Civitatum, Anatum, Dorcadum &c.* quàm *Magnatium &c.*

2. Quidam verò Genitivi tam pleni, quam imminuti ab Oratoribus etiam ex æquo usurpantur; ut, *Optimatium Serpentium, Quiritium, Locupletium, & Optimatum, Serpentum, Quiritum Locupletum.*

ANOMALA SIVE INÆQUALIA.

1. Sunt multa Nomina, quæ *Anomala*, id est, *inæqualia* dicuntur ideo, quod *non æquali ubique tenore* Atributum aliquod obtineant. Porro uti Attributa Partium Orationis plura sunt, ita & Anomalorum Genera seu species. Et ideo, (ut de *Nominibus* solùm Anomalis hic loquamur, de *verbis enim* aliisq; Orationis Partibus alibi) alia sunt Anomala *Genere*, alia *Casu*, alia (de quibus supra) *Comparatione.*

3. Ge-

2. *Genere inæqualia* illa sunt, quæ aliqua sui parte sunt hujus, alia verò alterius generis. Talia sunt sequentia.

Singulari masculina. Plurali neutra.

Sibilus Sibila; Balteus (rarò *balteum*) *Baltea, Avernus, Averna, Dyndimus* (rarò *Dyndimum*) *Dyndima; Gargarus, Gargara, Infernus Inferna; Ismarus, Ismara, Massicus, Massica; Mænalus, Mænala, Taygetus, Taygeta.*

Singulari Masculina, Plurali Masculina. vel Neutra.

Cetus, hi Ceti, hæc Cete, Jocus, hi Joci, hæc Joca, Locus, hi loci, hæc loca.

Singulari Fœminina. Plurali Neutra.

Carbasus, Carbasa. Hierusalem vel *Hierosolima, æ,* fœm: *Hierosolima, orum;* neutr: *Pergamos, Pergama, orum; Crystallus, li.* (rarò, *crystallum*) *crystalla, orum.*

Singulari Neutra, Plurali Masculina.

Hoc Argos, hi Argi, Plus in Singulari Neutrum, in Plurali; *hi & hæ plures, & hæc plura, hoc Cœlum, hi cœli: hoc Elysium, hi Elysii; hoc Porrum,* (rarò *Porrus*) *hi Porri, Frænum, hæc Fræna,* vel *hi Fræni, Rastrum, hæc Rastra,* vel *hi Rastri.*

Singulari Neutra, Plurali Fæminina.

Epulum Epulæ; Exuvium, Exuviæ, Delicium, Deliciæ, Balneum, Balneæ.

3. CASU seu Declinatione *inæqualia* sunt illa, quæ aliqua sui parte, hujus, alia alterius declinationis sunt v. g. *Domus* (de qua vide supra) *Colus, coli, à colo,* vel *colu; has colos,* vel *colus. Ficus* sive arborem, sive fructum significet, est decl: secundæ, vel quartæ. *Laurus, hujus lauri, à lauro,* vel *laurus; has lauros,* vel *laurus. Pinus. à pinu; hæ pinus, has pinos,* vel *pinus.* Aliis casibus duo hæc postrema substantiva secundæ tantum declinationis sunt. *Vas vasis,* singulari numerô, est tertiæ declinationis, plurali secundæ: *vasa, vasorum,*

sorum, vasis, &c. Olim enim. *Vasum, vasi, vaso &c.* dicebatur. *Jugerum, jugeri,* singulari num: est secundæ decl: plurali verò est tertiæ: *jugera jugerum, jugeribus &c.* Quanquam & singulari numerô, *hujus jugeris & ab hoc jugere,* legitur. *Bacchanalia* modò per secundam *Bacchanaliorum, Bacchanaliis &c.* modò per tertiam declinantur. *Bacchanalium Bacchanalibus &c.*

VIS, *Vis*, singulari numerô in omnibus Casibus est monosyllabum, N. *vis*, G. *vis*, D. *vi*. Ac: *vim*. V. o *vis*. A. *à vi*, pluraliter verò Polysyllabum. N. *vires*, G. *virium*. D. *viribus*. Ac. *vires*. V. o *vires*. Abl: *à viribus*.

DEFECTIVA.

DEFECTIVA Nomina (uti & *verba*) illa vocamus, quæ aliqua sui parte deficiunt. Hic Potissimum *Numero deficientia* proferemus: tum ea, quæ *Casu* deficiunt, recensebimus.

Singulari duntaxat numerô declinantur.

1. Nomina *frumentorum & leguminum*, v. g. *Triticum, Hordeum, Siligo, Avena, Far, Ador, Oryza, Cicer, Cicercula, Lens, Lenticula, Pisum, Faba, Ervum, Vicia, Lupinum: Helleborum, Melanthion, Cuminum, Anisum.*

Reperiuntur tamen rariùs. *Hordea, Avenæ, Fabæ,* apud Virg: *Lolia* apud Ovid: *Lupini* apud Horat.

2. Nomina *metallorum, & Fossilium* fere omnia. v. g. *Aurum, Argentum, Æs, Ferrum, Plumbum, Stannum; Sulphur, Electrum, Sal,* (nam, *hi sales* aliud significat) *Orichalcum, Cuprum, Gypsum, &c.* Invenies tamen, *Æra, Sulphura, Electra* apud Virgil:

3. Plurima *liquorum*, v. g. *Oleum, Acetum, Lac, Nectar, Cerevisia, &c.*

Leges tamen, *Mella, Vina,* apud Virg: *Musta, Defruta,* apud Ovid: Imò: *Vina* etiam Oratores usurpare solent.

4. Nomina *condimentorum* maximam partem non declinantur pluraliter; v. g. *Butyrum, Saccharum, Sebum;*

bum, Lardum, Laridum, Piper, Zingiber, Cnicus Crocus, Cinnamomum, Ammium, Cerussa, Psimmythium, Melinum, Creta, Lomentum.

Leges tamen apud Ovid: *Larda. Cinnama.*

5. Nomina Substantiva ab adjectivis derivata; ut, *Sobrietas*, à *Sobrius*; *Pietas*, à *pius*; *Bonitas*, à *bonus*: & similia omnia.

Leges tamen, *Charitates*, *Scientias*, *Sapientias*, apud Cic: & alios. *Justitiæ*, *Misericordiæ*, *Pietates* in sacris duntaxat libris inveniuntur.

6. Denique hæc: *Aer*, *Æther*, *Alvus*, *Ævum*, *Bilis*, *Barathrum*, *Cholera*, *Cœnum*, *Ebur*, *Fama*, *Fames*, *Fimus*, *Fœnum*, *Galla*, *Gelu*, *Gloria*, *Gluten*, hoc *Halec*, *Humus*, *Hepar*, *Indoles*, *Jubar*, *Justitium*, *Juventus*, *Lethum*, *Limus*, *Lutum*, *Lues*, *Lux*, *Meridies*, *Macellum*, *Nemo*, *Nihilum*, *Pascha*, *Pax*, *Pelagus*, *Penus*, *Pix*, *Plebs*, *Pontus*, (non Pondus) *Progenies*, *Pulvis*, *Pus*, *Quies* *Rabies*, *Ros*, *Sal*, *Salum*, *Salus*, *Sanguis*, *Senectus*, *Sitis*, *Solum*, *Suppellex*, *Tabes*, *Talio*, *Ver*, *Vesper*, *Virus*, *Viscus*, *Viscum*, *Vitrum*, *Vulgus*, &c.

Leguntur sed raro, *aëres*, apud Vitruv: *aëribus*, apud Lucr: *Ævis durare*; apud Plin: *Glorias inanes flare*, apud Gell: *Luces*, ibid: *Paces*, apud Horat: *Pices*, apud Virg: *Pulveres* apud Hor: *Quietes*, apud Cic: *Rores*, apud Virg: *Salibus aspergi*; apud Plin: *Sola fimo saturare* apud Virg: *Vitra* apud Poëtas.

Plurali duntaxat numero declinantur.

1. Multa *Propria Urbium*; v. g. *Athenæ*, *Parisii*, *Puteoli*, *Venetiæ*, *Susa*, *Bactra*, *Ipri*, *Montes*, *Valencenæ*.

2. *Numeralia*, *Cardinalia*, omnia præter *Unus* & *Mille* Substantivũ, & *Distributiva*: ut, *Singuli bini* &c.

Leguntur tamen, fere apud Poëtas tantùm *Bino*, *Terno*, *Septeno*, *Quadrageno* &c.

3. Nomina *Ludorum* & *spectaculorum*; ut, *Circenses*, *Megalenses*, *Olympia*, *Nemæa*, *Osci*.

4. Nomina *Festorum* pleraque; ut, *Bacchanalia*, *Diony-*

nysia, *Saturnalia*, *Floralia*, *Carnalia*, *Regalia*, *Februa*, *Calendæ*, *Nonæ*, *Idus*.

5. Multa nomina librorum; ut, *Biblia*, *Bucolica*, *Georgica*, *Ethica*, *Physica*, *Politica*, *Logica*, *Anatomica*, *Synonima*.

6. Denique hæc *Ædes*, *ædium*, Domostwo (nam *Ædes*, Kościoł, declinatur sing: num:) *Æstiva*, *Alpes*, *Ambages*, *Annales*, *Arma*, *Argutiæ*, *Artus*, *Balneæ*, *Bellaria*, *Bigæ*, *Blanditiæ*; *Cælites*, *Cancelli*, *Cani*, *Carceres*, kres zawodniczy: *Castra*, *Cibaria*, *Clitellæ*, *Codicilli*, *Compita*, *Comitia*, *Copiæ*, (pro *Exercitus*) *Crepundia*, *Cunæ*, *Cunabula*, *Diræ*; *Divitiæ*, *Excubiæ*, *Exequiæ*, *Exta*, *Exuviæ*, *Facetiæ*, *Fides*, (pro *Lyra*) *Fores*, *Fori*, *Fortunæ*, pro Máiętność, chudoba, *Gades*, *Gerræ*, *Grates*, *Hiberna*, *Ilia*, *Incunabula*, *Induciæ*, *Inferiæ*, *Inferi*, *Insidiæ*, *Justa*, *Lemures*, *Liberi*, Dzieci, *Literæ* list, *Loculi*, Szkatułká. *Lustra ferarum*, *Majores*, Przodkowie, Stárśi, *Manes manium*: *Manubiæ*, *Meles*, *Minæ*, *Minores*, (pro *Posteri*,) *Mœnia*, *Munia*. *Nares*, *Nates*, *Natales*, *Nugæ*, *Nundinæ*, *Nuptiæ*, *Obliviæ*, *Offuciæ*: *Opes*, (pro *Divitiæ*, vel potentia) *Optimates*; *Palea*; *Paleares*; *Parapherna*, *Paraphernalia*; *Parapherniа*, orum. *Penates*, *Phaleare*, *Posteri*, *Præcordia*; *Præstigiæ*, *Primitiæ*; *Primores*; *Proceres*; *Pugillares*; *Pugillaria*, *Quadrigæ*; *Quisquiliæ*; *Reliquiæ*; *Renes*; *Repotia*; *Scalæ* schody; *Scopæ*; *Scruta*. *Sentes*; *Sordes*; *Spolia*; *Sponsalia*, *Stativa*, *Suppetiæ*, *Tempe*, *Tenebræ*; *Tesqua*: *Thermæ*; *Transtra*; *Tricæ*; *Valvæ*; *Vepres*; *Viscera*.

Rarò Reperiuntur; *Annali* apud Cic: *Annalem*, Gell: *Alpem*, Lucan: *Ambage*, Ovid *Artus omnis*, Lucan: *Biga*, Stat: *Blanditia*, Cic: *Cælite* & *Carceris*. Ovid: *Casse*, Senec *Copia*, Cic: *Fide*. Horat: *Crepuit foris*, Plaut: *Forem* (Accusativ: sing:) & *Fortuna* Ovid: *Litera*, List, Ovid: *Manem*, *Nare*, apud Ovid· *Offucia* hæc Plaut: *Ope barbarici*, Cic: *Optimate*, Cæl,

in-

inter epist: Fam: Cic: *Præstigia*, Quintil: *Primori*, Sil: *Procerem*. Juv: *Pugillarem*, Auson: *hæ: quisquilia, æ*, Non: *Reliquia, æ*. Plaut: *Scala*. Cæs: *Sistem*, Colum: *Sorde*. Horat: *Spolium*. Juven: *Transtro*, Pers: *Vepre*, & *viscere*. Ov: &c.

Casibûs deficientia.

1. Nominativum, & Genitivum: tantùm habet, *Tantundem, Tantidem*.

2. Nomin: & Accusat: tantùm. *Suppetiæ, Suppetias*.

3. Nomin: & Vocativum tantùm. *Jupiter Exspes*.

4. Nomin: & Ablativum tantum. *Fors à Forte*.

5. Vocativô carent. I. Interrogat: *Quis, Qualis &c.* II. Relativa, *Qui, Quæ, Quod*, III. Negativa: *Nemo, nullus*. IV. Partitiva pleraque; *Quidam aliquis &c.* V. Pronomina omnia, præter, *Tu, Meus, Noster, Nostras*, fere, vocandi Casu destituuntur.

6. Obliquos tantùm habet, *hujus Jovis, Jovi, Jovem, ab Jove*.

7. Tres tantùm obliquos habet, *Opis, Opem, ab Ope*.

8. Unum tantùm Obliquum, *Inficias*, Accusativum. *Sponte, Natu*, Ablativum. *Inficias* ponitur cum *Eo*, v. g. *Inficias ire*. *Sponte*, cum Possessivis, *Mea, Tua, &c* v. g. *Suapte, Sponte*. *Natu*; cum Adjectivis. *Major, Minor, Maximus, Minimus*. * Virg: 1. Æn: *Quarum quæ maxima natu*.

SPONTIS tamen in Recto, apud Collumel: I. 9. c, 4. & apud Cæll: I. 1. c. 1. legitur. De usu defectivorum vide admonit: num; 2. in fine capitis IX.

A P T O T A.

1. Nomina quæ Græci *Aptota* vocitânt, Latinè dixeris, *Inflexibilia Indeclinabilia*, aut *In flexionis expertia*, quod sinè ulla ultimarum syllabarum inflexione circumducuntur per omnes casus.

2. Talia sunt I. Adjectiva, *Frugi, Nihil*. II: Omnia Numeralia, Cardinalia; à *Quatuor*, usque ad centum. III. *Mille* Adjectivum; At *Mille* Substanti-

vum

vum ſolùm ſingulari numerò eſt *Aptotum*, Pluraliter declinatur, *Millia, millium, millibus*. IV. *Cete*, *Cœre*. *Tempe*, &c. V. Quartæ decl: nomina. U. finita, ſingulari num: aptota ſunt omnia. VI. Subſtântiva, I. finita; ut, *Gummi* &c.

3. Eadem etiam *Monoptota* dicuntur; at *Diptota*, quæ bis, *Triptota*, quæ ter, ſeu tribus in Caſibus inflectuntur, ſic *Tetraptota*, & ultra. Diptotōn igitur eſt. v. g. *Muſa* ſingulari numerò, quia duas mutationes ſubit: 1. in *æ*. 2. in *am* &c. Triptoton eſt, v. g. *Dominus* &c. Tetraptoton; v. g. *ſermo* &c.

DE VERBORUM
PRÆTERITIS & SUPINIS.
CAPUT XVIII.

Regulæ generales omnium Conjugationum.

1. *Compoſitum Simplexq; modo variantur eodem.*
2. *Quodſi Præteriti geminetur ſyllaba prima Simplicium, perdunt penitùs Compoſita priorem;*
Ut Tutudi Retudi. 3. *Retinent Præcurro, Repungo, Quæque ſibi gignunt Sto, Do, Bibo, Poſcere Diſco.*
4. *Præteritis quæcunque carent, ſpoliato ſupinis. Ut Gliſco, Ferio, Vergo, cum Polleo, Vado, Ambigo cum Satago, Quæſo, Quatio, atque Fatiſco, Et Furit, & Mæret, tum Aveo, tum Ringor & Hiſco. Et Veſcor, Linquor, Medeor, Reminiſcor, & Ajo. Et Meditativum, quæve Inceptiva vocantur.*

SCHOLION I.

1. Verba Compoſita ita conjugantur, ſeu ita habent Præteritum & Supinum, ſicut eorum ſimplicia; v. g. *Lego, is, legi, lectum; Perlego, is, perlegi, perlectum*, &c. *Lego, Legas, avi, atum: Relego, Ablego, Allego, as, avi, atum, Dico, Prædico, Indico, is, xi ictum, Dico,*

as, a,

as, *avi*, *atum*. *Prædico*, *Indico*, *Abdico*, *Dedico*, *as*, *avi*, *atum*. Excipiuntur nonnulla, ſed de iis mox ſuis locis agemus.

2. Quando Præteritum Verbi Simplicis geminat primam ſyllabam, tunc Præterita Compoſitorum priorem ex illis geminatis abjiciunt: v. g. *Tundo*, *Cado &c.* *Tutudi*, *Cecidi &c.* Compoſita *Retundo*, *Contundo*, *Obtundo*, *Decido &c.* habent *Retudi*, *Contudi*, *Obtudi*, *Decidi*, non *Retutudi*, *Contutudi*, *Decicidi &c.*

3. Excipiuntur tamen *Præcurro*, *Repungo*, & omnia Compoſita ex Verbis, *Sto*, *Do*, *Bibo*, *Poſco*, *Diſco*; quæ ita geminant in Præteritis primam Syllabam, ſicut & eorum ſimplicia; dicimus enim. *Repupugi*, *Præcucurri*, *Conſtiti &c.* ſicut *Pupugi*, *Cucurri*, *ſteti*. *Præcurro* habet etiam *Præcurri*.

Verba, quæ carent Præter: carent & Supinis, v. g *Gliſco*, *Ferio &c.* in carmine enumerata. Item *Meditativa & Inceptiva ſeu Inchoativa*, de Meditativis tamen vide infra in Quarta Conjug: de Inchoativis in 3ia.

Regulæ ſpeciales ſingularum conjugationum.

PRIMA CONJUGATIO.

Bo, Co, Do, finita.

1. *Præteritis AVI, dat Prima ATUMq; Supinis Ut Neco* 2. *Compoſitum*, Necui Nectūmq; *recepit*.
3. *Vult Cubo*, *vel* cubui cubitum, *vel habere*, cubavi. *Atq*; cubatum. 4. *Ubo*, *Compoſitum ſibi poſcit utrumque*.
5. *Tantūm U-I*, Itumq; *petit*, *quod Tertia flectit in* umbo.
6. *At* Micui *ſolum ſimplex* Mico *Nataq*; *poſcunt*;
7. Dimico *ſi demas*, *quod poſtulat* Avit, *&* Atum.
8. *Dat*, *Plicui plicitūmq*; *Plico* 9. *Cum Præpoſitura Vel Plicui*, *plicitum*, *vel in* Avi, *ſumit &* Atum.
10. *Supplico demetur*, *Genitumq; ex Nomine ſolūm*. *Multiplico veluti*, *quod in* Avi *mittit &* Atum.

11. *Dat Fricui, Frictum.* 12. *Secui Sectumq; Secare.*
13. *Vult* dedit, *atque* datum, *Do, das; & Pignora primæ*
Ex Satis, & Pessum, Venum Circùmque creta.
14. *Cætera sunt Ternæ, poscùntq; Didiq; Ditumq;*

SCHOLION II.

1. Verba primæ Conjugationis habent Præter: in *AVI*, Supinum in *Atum*, v. g. *Neco as, necavi necatum.*

2. Excipiuntur Composita ex Verbo, *Neco*, quæ habent Præteritum in *UI*, & Supinum in *CTUM*, v. g. *Eneco enecui, enectum. Interneco internecui, internectum.*

3. Verbum *Cubo*, 4. Et illius Composita quæ non habent *M*, ante *Bo*, habent Præteritum in *UI*, vel in *AVI*, Supinum in *ITUM*, vel *Atum* v. g. *Cubo, cubui* vel *cubavi, cubitum*, vel *cubatum Accubo, accubui* vel *accubavi Accubitum*, vel *accubatum*, sic *Incubo Recubo &c.* Unde apud Quintil: l. 3. cap: legitur, *Cubâsse*, & apud Plin: l. 11. cap: 16. *Incubavére.*

5. Composita ex Verbo, *Cubo*, quæ habent M, ante *Bo*, habent tantùm Præter: in *UI*, & Sup in *ITUM* suntq; tertiæ Conjug: v. g. *Accumbo, Decumbo, Discumbo; Incumbo, Occumbo, Procumbo, Recumbo, Succumbo.*

6. *Mico* cum Compositis habet Præter: in *UI*, supinô caret.

7. Excipitur unum *Dimico*, quod habet Præter: in *Avi*, Supin: in *Atum.*

8. *Plico* habet Præter: *Plicui*, Supin: *Plicitum.*

Verba, quæ componuntur ex aliqua Præpositione & Verbo *Plico* habent Præter: & Sup: dupliciter: in *UI, ITUM* vel in *AVI*, & *Atum* v. g. *Explico, explicui, explicitum*, vel *Explicavi, Explicatum* Sic: *Applico, Complico, Replico, Implico &c.*

10. Excipitur *Supplico* & omnia composita ex aliquo Nomine & Verbo *Plico*; quæ Præteritum habent in *Avi*, & Supinum in *Atum*, tantùm v. g. *Supplico, Supplicavi, Supplicatum.* Sic: *Duplico, Triplico, Multiplico.*

11.

11. *Frico*, Habet Præter: *fricui*; Supin: *Frictum*; cum *Compositis*.

12. *Seco*, *secui*, *sectum*; cum Compositis. Vide tamen supra cap: XIV. schol: X. num: 4.

13. Verbum DO, cum quaternis suis Compositis primæ Conjug: habet Præter: *Dedi*, Sup: *Datum*, NOTA, sunt verò Primæ Conjug: quæ componuntur ex *Satis*, *Circum*, *Pessum*, *Venum*, & ipso, DO, v. g. *Satisdo*, *Circumdo*, *Pessumdo*, *Venundo*.

14. Reliqua Composita ex verbo, Do, sunt tertiæ Conjug: & habent Præt: in DIDI, Sup: in DITUM, v. g. *Abdo Abdidi*, *abditum*. Sic *Addo*, *Abscondo*, *Edo*, *Extrado*, *Indo*, *Addo*, *Dedo*, *Condo*, *Recondo*, *Reddo*, *Trado*, *Subdo*, *Perdo*, *&c.* *Abscondo*, olim habuit, *Abscondi*, *Absconsum*. NOTA, Cavendum ne nos fallant quædam, quæ speciem Compositorum ex DO, habent; sunt verò aut Simplicia; ut, *Secundo*, *Trudo &c.* aut ex aliis, quam ex DO, componuntur; v. g. *Abundo*, *Redundo*, *&c.* ex *Undo*.

Continuatur Prima Conjugatio.

Mo, No, Po, To, Vo, finita.

1. *Dant*, *U-I*, Itùmq; *Crepòq; Sonòq; Domòq? Vetòq; Cum Tono.* 2. *Sed Lavi, lotum, lautum atque lavatum Dat Lavo.* 3. *Compositum*, , *ceu* Proluo, *tertia poscit*,
4. *A* Poto *vel* Potatum; *vel flectito*, Potum.
5. *Sto*, *Verbum*, *stetit*, *atque statum*. 6. Stitit, *inde* Profecta.

Atque Stitum *cupiunt*, *sed multò sæpius* Atum.
7. *Nulla supina creat* juvo, juvi; *ast* adjuvo *poscit* *Adjuvi*, *Adjutum*. 9. Juvo *suscipit inde supinum*.

SCHOLION III.

1. ISTA Verba *Crepo*, *Sono*, *Domo*, *Veto*. & eorum Composita habent Præt: in *U-I*; Sup: in *ITUM*, v. g.

Cre-

Crepo, Crepui, Crepitum. NOTA, *Discrepo, increpo,* habent etiam in *AVI*, & *Atum* quanquam *Increpo,* melius *Increpui, increpitum.* VIDE Cap: XIV. Schol: X. num: 4.

2. *Lavo* habet Præt: *Lavi.* Supinum tripliciter, *Lotum, Lautum, Lavatum.*

3. Composita ex verbo, *Lavo;* omnia sunt tertiæ Conjug: & habent Præt: in U I. Sup: in UTUM. v. g. *Abluo, Eluo, Diluo, Proluo,* Olim & ipsum. *Lavo,* fuit tertiæ.

4. POTO, habet Præt: *Potavi* Supinum dupliciter; *Potatum,* vel *Potum;* unde, *Potus,* Substant: & Adjectiv:

5. *STO.* habet Præter: *Steti,* Supin: *Statum.*

6. Composita ex Verbo, STO, habent Præt: in ITI, Supin: dupliciter in ITUM, vel in ATUM, melius in ATUM, v. g. *Consto, Constiti, Constitum,* vel *Constatum.* Sic. *Adsto; Asto; Exsto; Insto, Obsto, Præsto, Resto, Substo.* * Cic: l. 6. ep: 8. Fam: *se præstaturos.* * Plin: l. 18, c. 3. *Constaturos minimò impendiò fructus.* Maxime autem Participia Futuri. *Aturus,* retinent; ut *Constaturus &c.*

7. *Juvo,* habet Præteritum, *Juvi,* Supinô caret.

8. *Adjuvo,* habet Præter: *Adjuvi,* Supin: *Adjutum,*

9. Defectus Supini, & eorum quæ à Supino formantur, in Verbo *Juvo,* suppletur ex Verbo *Adjuvo,* NOTA. Non te moveat, quod Salustius in Jugurt: dixit: *Ratus id, quod res monebat, frequentiam negationem & commeatum.* Juvaturum *exercitum &c.* Author enim hic observatur à plurimis eruditis, studiosè consectari loquendi vetustatem; & qui illi ex Principibus Latini sermonis suffragetur in simili Verbi. *Juvando* usu, nullus exstat.

SECUNDA CONJUGATIO.

1. *Præteritum per. U I. per Itùmque supina reponit. Ritè secunda, velut Moneo, monui monitùmque.*

2. *Dat*

2. *Dat, Doceo, Doctum.* 3. *à Teneo deducito, Tentum.*
4. *Censeo amat censum.* 5. *donabit Misceo Mistum.*
6. *Sorbeo cum sociis tantùm sibi sorbuit, optat.*
7. *Quod dat U-I Neutrum. Timeoq; carento Supinis.*
Ut, Madeo, studeo Rubeo. 8. *Vult, Torreo, Tostum,*
9. *Præbeo, Itum, & Valeo, Placeo, Careoq; Licetq;*
Pareoq; & Doleo: Caleo; Jaceóq; Nocetq;
10. *Prandeo, cum Video Di Sum* 11. *Sedeo tamen effert.*
S. gemina Sessum. 12. *Stridi, dat Strideo, solùm.*
13. *Mordeo Præteriti geminatur prima* Momordi.
Morsum. 14. *Flectuntur sic Spondeo, Pendeo, Tondet.*

SCHOLION IV.

1. Verba secundæ Conjug: habent Præteritum in U-I, Supinum in ITUM; v. g. Moneo, *Monui, Monitum.* Taceo, *Tacui, Tacitum.* Composita tamen illius carent Supinô: *Conticeo, Obticeo, Reticeo; Conticui; Obticui; Reticui.* Contra *Arceo* simplex habet Præteritum tantùm *Arcui*, Composita tamen etiam Supinum in *itum* habent, ut *Coërceo, Exerceo, Coërcui Coërcitum &c.*

2. *Doceo,* habet Præter: *Docui;* Supinum, *Doctum.* SIC & composita, *Edoceo, Dedoceo &c.*

3. *Teneo* cum Compositis habet: Præt: *Tenui;* Supinum, *Tentum, Contineo, Continui, Contentum.* SIC *Obtineo; Retineo; Sustineo; Detineo &c.*

4. *Censeo* cum Compositis habet Præt: *Censui;* Supin: *Censum.* NOTA, ab antiquo *Censio,* 4tæ Conjug: *Censivi Censitum* Inde Participium à Composito, *Recensio Recensitus* hactenus in usu est.

5. *Misceo* cum Compositis habet Præteritum *Miscui,* Supinum dupliciter. *Mistum,* vel *Mixtum* Sic. *Admisceo; Commisceo; Immisceo; Promisceo &c.*

6. *Sorbeo,* cum Compositis habet Præt: *Sorbui* Supinô caret. Lucanus usurpavit *Absorpsi.* Inde suspicantur aliqui, usitatum olim fuisse, *Sorbo, sorpsi,*

sor-

ʃorptum; & Compoſita: *Abſorb o, abſorpſi, abſorptum, &c.* Quæ non ſat tutè uſurpari poſſe videntur.

7. Verba Neutra ſecundæ Conjug: quæ habent Præteritum in U-I; item *Tim:o*, (quod modo eſt Activum, modo Neutrum) carent Supinis v. g. *Madeo, Madui &c.*

8. Excipitur *Torreo*, cum Compoſitis, quod habet Præt: *Torrui*, Supin: *Toſtum*.

9. Excipiuntur item hæc, *Præbeo*, (quod & Activum eſſe poteſt) *Valeo &c.* in carmine quæ habent Præt: UI Supin: in Itum NOTA, Licet autem Supina horum Verborum parum in uſu ſint: Participia tamen: *Præbiturus, Valiturus; placiturus; Carituris, Liciturus; Pariturus; Doliturus; Nociturus &c.* Uſitatiſſima ſunt.

10. *Prandeo, & Video*, habent Præt: in DI, Sup: in SUM.

11. *Sedeo*, habet Præt: *Sedi* Sup: *ſeſſum* per ſſ. duplex. Sic Compoſita: *Aſſideo, Inſideo, Poſſideo &c.*

12. *Strideo*, habet Præt: *Stridi*, Supinô caret.

13. *Mordeo*. 14. *Spondeo, Pendeo, Tondeo*, habent Præt: in DI. Sup: in SUM, & primam ſyllabam geminant in Præterito. *Momordi; Spopondi; Pependi, Totondi; Morſum; ſponſum. &c.*

Continuatur ſecunda Conjugatio.

1. *Præteritum finita Veo, Vi, Tùmq; ſupinum.*
Formant; ut Moveo. 2. *Caveo, deducito, cautum.*
3. *A Faveo Fautum.* 4. *ſed Ferveo ferbuit optat.*
5. *Flaveo nil Paveo, Conniveo, Liveo poſcunt.*
6. *Si ſum, dat Maneo.* 7. *Verùm hinc orta eminet atque*
Prominet, Immineoq; volunt minui, abſque Supino.
8 *Hæreo, cum ſuadet, mulcetq; & mulget, & ardet;*
Tergeóq; & Ridet ſi ſum: 9. *ſed Torqueo tortum.*
10. *Vult, Juſſi, ac juſſum, Jubeo* 11. *aſt, Indulgeo*
ſi tum.
12. *Urgeo, ſi tantùm.* 13. *ſic Fulgeo, turget, & alget.*

14. *Lugeo, xi solùm cum Luceo. Frigeo poscit*
15. *Augeo Præterito facit, Auxi, auctùmq; Supino.*

S C H O L I O N V.

1. Verba secundæ Conjug: desinentia in VEO, habent Præt: in VI. Supina in Tum:: v. g. *Moveo movi, Motum*. Sic, *Amoveo; Admoveo; Submoveo &c*. Sic *Foveo*, cum Compos: *Refoveo, Confoveo*.

2. *Caveo* 3. *Faveo*, habent Præt: in *Avi*, Sup: in *Autum* Sic *Præcaveo*.

4. *Ferveo*, cum Cumpositis habet Præter: *Ferbui*, Sup: caret. Sic, *Efferveo, Deferveo*; Olim fuit. *Ferveo*, vel *Ferveo vis* tertiæ Conj: Pòëtis maxime usitatum, apud quos alia etiam ejusmodi per tertiam Conjug: inflexa reperies; ut, *Effulgere fluctus*, apud Virg: *Respon de Pòëta*. (per tertiam Conjug:) apud Martialem &c.

5. *Flaveo, Paveo, Conniveo, Liveo*; caret Præt: & Sup: NOTA. Defectus Præteriti in Verbo *Paveo*, suppletur per Præteritum Compositi (sive illud sit *Expaveo*, sive, ut alii volunt, *Expavesco*, Expavi. *Conniveo*. olim habuisse creditur, *Connivi & connixi* hodie neutrum reperies. UT omnem nodum pueris extricemus, monendi hic illi erunt. Præterita perfecta sermonis Patrii; *Pożołkł, Pośniał*;; *Zpłowiał &c*. optime Latine efferri per Præsens Tempus *Flavet, Livet &c*. Quod in aliis quoque, etsi Præteritó non careant. usitatum L tinis est; ut, *Turget*, Odął się: *Riget*. Zdrętwiał *&c*. Ratio in promptu est, Polonis nulla aut vix ulla sunt *Perfecta* Verba, *Inchoativis* ejusdem significationis respondentia: ne proinde, sive *inchoata* sive *perfecta* actio passiòve enuntianda est, eodem semper utantur Verbô, cum hoc solo discrimine, quod actionem passionèmve Inchoatam *Præsenti*, Perfectam *Præterito* ejusdem Verbi significent; v. g. *Sinieię*, *żołknę*. *Blaknie co &c*. *Pośniałem*, vel *Zśniałem*: *Pożołkłem*, vel *Zżołkłem Zblakowało co*. Contra Latinis alia *Perfectorum* alia *Inchoativorum*, Verborum

forma eſt, adeo quidem; ut, quæ *Perfecta* vocantur, etiam *Præſenti tempore* perfectam actionem, paſſionemve & *Imperfecto* Plus quam perfectam ſignificent. Unde quod nonniſi *Præterito perfecto* efferre nos poſſumus, Latini etiam *Præſenti* efferunt ac ſignificant, & quod nobis non niſi *Plus quàm perfecto* enuntiari poteſt, illis *Imperfecto* quoque enuntiatur. * Cæl: l. 8. Fam: Cic: EP: 10. *Quod tibi ſcripſi ſupra Curionem frigere, jam calet.*

6. *Maneo* cum Compoſitis quæ primam ſimplicis ſyllabam, MA, retinent integram, habet Præt: in SI, Sup: in SUM. v. g. *Permaneo, Remaneo, Immaneo, Commaneo &c.*

7. Illa verò Compoſita ex *Maneo*, quæ MA. mutant in *Mi*, habent Præt: in U-I, Sup: carent v. g. *Emineo, eminui.* Sic *Immineo, Promineo.*

8. Iſta Verba *Hæreo, Suadeo &c.* in carm: habent Præt: in SI. Sup: in SUM. Sic & eorum Compoſita.

9. *Torqueo*, habet Præt: *Torſi*, Sup: *Tortum*. Sic *Detorqueo, Intorqueo; Contorqueo; Retorqueo; Obtorqueo.*

10. *Jubeo*, habet Præt: *Juſſi*. Sup: *Juſſum*. 11. *Indulgeo, Indulſi, Indultum.*

12. Iſta Verba: *Urgeo.* (14.) *Fulgeo, Turgeo, Algeo*, hab: Præt: in Si, Supinis carent. Cætera explicatione non egent, quorum ſimilia alibi quoque ſuæ, quam in carmine habent, claritati, & Magiſtrorum prudentiæ relicta ſunto.

Continuatur ſecunda Conjugatio.

1. *A Cieo, civi, atque citum venit.* 2. *Accio quartæ eſt.*
3. Doleo, *& orta* pleo, *& fleo; cum neo, in evit & etum.*
4. *Aſt, Oleo per U-I, dat itum* 5. *Compoſta ſequuntur,* (*Quæ redolent*) patrem. 6. *Reliqua, evi, etúmque requirunt.*
7. *Fert Abolevit:* itum: 8. *ſed vult, Adolevit, Adultum,*
9. *Audeo vult Auſus, Gaviſus Gaudeo poſcit.*
10. *Et Soleo. ſolitus;* 11. *ſoluiq; aliquando recepit.*

13. *Hæc*

13. *Hæc: Libet, atque Licet, Tædetq; Pudetq; Pigètq;*
Et Placet, aut in U-I. aut in Itum formare licebit.
14. *Præteritum* miſeret, *vult ſemper habere* miſertũ eſt.

S C H O L I O N VI.

1. Cieo, cum Compoſitis habet Præt: in IVI, Sup: in *itum*, *Concieo*, *Concivi*, *Concitum* Sic: *Percieo Excieo*.

2. *Accio*, 4tæ. Conjug: *Accivi Accitum* Sic: *Excio &c.*

3. Iſta Verba: *Deleo*, *Fleo*, *Neo*, & omnia Compoſita ex Inuſitato, *Pleo*. ut: *Compleo*, *Impleo*, *Repleo*, *Oppleo*, *Suppleo &c.* habent Præt: in *Evi*, Sup: in *Etum*.

4. *Oleo*, habet præt: *Olui*, Sup: *Olitum*

5. *Compoſita*, ex Verbo, *Oleo*, quæ retinent ſignificationem ſui *Patris*, ſeu *Simplicis*, retinent & Præteritum & Sup: ejuſdem, v. g. *Oboleo*, *Redoleo*, *Suboleo*, *Peroleo*.

6. Quæ verò non retinent ſignificationem ejuſdem, habent Præt: in EV Sup: in ETUM, v. g. *Inoleo*, *Inoleſco*, *Exoleo*, *Exoleſco*.

7. *Aboleo*, *Abolevi*, *Abolitum*.

8. *Adoleo*, & *Adoleſco*, *Adolevi*, *Adultum*.

13. Iſta Verba Impers: *Libet*, *&c.* dupliciter habent Præter: *Libuit* vel, *Libitum* eſt, *Licuit*, vel *Licitum* eſt; *Tæduit*; vel *Pertæſum* eſt, *Puduit*. vel *Puditum* eſt, *Piguit*, vel *Pigitum* eſt: *Placuit*, vel *Placitum* eſt. SIC & Compoſita *Collibet*, *Pertædet*, *Perplacet*.

14. *Miſeret*, tantum habet *Miſertum eſt*.

TERTIA CONJUGATIO.

Finita In O.

1. *Compoſitum à ſpecio lacio, exi, ectum; 2. excipe Verbum:*
Elicio, Elicui, Elicitum, 3. Sapui, atque ſapivi
Dat Sapio *ſolùm, 4. à Feci deducito Factum.*
5. A Jeci, Jactum. 6. Dat Fodi ſſ duplice, Foſſum,
Et cum Compoſitis. 7. Cupio, Ivi, formet & Itum.

8. *A Capio, Cepi, Captum.* 9. *Fugi, Fugitumque A Fugio,* 10. *à Rapio, Rapui deducito Raptum.*
11. *A Pario, peperi partum, sed dic:* Pariturus.
12. Comperio *Quartam reliqua cum prole sequetur.*
13. *Præteritum Quatio nescit,* 14. *sed pignora Cussi, Et cussum faciunt.* 15. *Mejo minxi, indeq; mictum.*

SCHOLION VII.

1. Composita ex Verbis, *Specio, Lacio* habent Præt: in *Exi.* Supinū, in *Ectū,* v. g. *Aspicio Conspicio Despicio. Inspicio, Perspicio; Respicio, Suspicio;* quæ componuntur ex SPECIO. *Allicio Illicio; Pellicio.* Composita ex *Lacio*

2. *Sapio* tantum habet Præteritum, *Sapui,* vel *Sapivi,* Supinô caret. SAPUI præsertim in Compos: *Desipio, Resipio,* usitatius est. SAPIVI, imminuitur per Syncopen: *Sapii,* ab eo formatur, *Sapîsti, Sapîstis:* nova imminutione * Martial: *Nubere vis Prisco, non miror, Paula, Sapîsti.*

11. *Pario* habet Præter: *Peperi* Sup: *Partum.* Participium tamen Futuri, *Pariturus,* non *Parturus.*

12. *Comperio Reperio, Aperio* & reliqua, quæ nonnulli credunt componi ex *Pario,* vide infra in 4. Conjung:

14. Composita Verbi, *Quatio,* habent Præt: *Cussi* Sup: *Cussum* v. g. *Decutio, Decussi Decussum* Sic *Excutio, Incutio, Percutio Concutio &c.* Ipsum *Quatio,* videtur olim habuisse *Quassi Quassum.* Unde *Quassæ rates, & Quasso, as, are,* modò carent.

Continuatur tertia Conjugatio, Finita. in U. O.

1. *Poscit UI,* utum *verbum, uo, ut, arguo polluo* 2. *verū A Ruo dic, ruitum* 3. *sed* utum *Composta reposcunt,*
4. *Dat Struo, xi, structum* 5. *sed fluxi dat fluo fluxum.*
6. *Nulla supina, Luo, Metuo, Batuóque, Pluóque.*
Congruo, Nata, *nuo, ut: renuo, ingruo, respuo poscunt.*

SCHO-

SCHOLION VIII.

1. Verba desinentia in *U-O.* habent Præt: in *U-I*, Sup: in *Utum* v. g. *Statuo*, cum Compositis, *Destituo*, *Instituo*, *Constituo*, *Restituo*, *Præstituo*, *Substituo* &c. Sic: *Arguo*, *Redarguo* &c.

3. Composita Verbi, *Ruo*, habent Præt: in *U-I*, Sup: in *UTUM*, v. g. *Diruo*, *Eruo*, *Irruo*, *Corruo*, *Proruo*, *Subruo* &c. *Subrui Subrutum* &c.

6. Verba Composita ex inusitato, *NUO*, ut *Abnuo*, *Innuo*, *Annuo*, *Renuo*, item hæc Verba, *Luo*, *Metuo*, &c. habent Præt: in *U-I*, Supinis carent.

Continuatur tertia Conjugatio. Finita in Bo, & Co.

1. *Bo finita dabunt*, Bi, (*ut*, *Glubo*) bitùmq; *supinô*.
2. *Quo scabo*, *lambo carent.* 3. *Dant scribo nubòq; psi*, *ptum*.
4. *Cum reliquis U. Itùmq; petunt decumbo*, *recumbo*.
5. *à Duxi*, *Ductum* 6. *à Dico deducito Dictum*.
7. *Vinco*, *vici habet* & *victum*: 8. *dabit icit* & *ictum*. *Ico* 9. *Peperci Parco*, *aut Parsi*, *adjice parsum*.
10. *SCO finita petunt*, *vi*, *tum: ceu Nosco*, *Quiesco*.
11. *Agnosco* & *Cognosco in Itum cæpére supinum*.
12. *Pisco dabit Pastum*. 13. *Conquexi haud suscipit usus*.
14. *Patrum è Prœteritis Verba inceptiva suummet. Defectum supplere solent.* 15. *Hinc Nomine nata*, *Prœteritis omnino carent; caruére Parentes*.
16. *Disco petit*, *didici tantùm*. 17. *sic Posco*, *Poposci*.
18. *Compesco per*, *U-I*, *Dispescoq; tolle supinum*.

SCHOLION IX.

1. Verba desinentia in *BO*, habet Præt: in *BI*, Sup: in *Bitum*, v. g. *Bibo Glubo*, cum Compositis, &c.

2. *Scabo*, *Lambo*, hab: Præt: in *Bi* Supinîs carent:
4. Vide supra Schol: II. N. 4. *Conquinisco* olim habuit *Conquexi*, hodie jam nihil habet.

14. Verba, *Incœptiva* seu *Inchoativa*. *SCO*, finita mutuantur Præteritum à suis *Perfectis Verbis*, ut: *Calesco*, *Incalesco*, *Frigesco*, *Refrigesco*, *Perfrigesco*, *Senesco*, *Consenesco*, *Tepesco*, *Suesco*, *Assuesco*, *Insuesco*, *Consuesco*, &c. mutuantur *Calui*, *Frixi*, *Senui*, *Tepui*, *Suevi*, *Incalui*, *Refrixi*, *Consuevi*, *Assuevi* &c á Perfectis: *Caleo*, *Frigeo* &c. etiamsi horum aliqua minùs jam usitata sint, ut *Seneo*, *Tepeo*, *Sueo*, &c.

14. Ideo inchoativa, quæ à Nominibus tantùm proveniunt, omnino carent Præteritis, quia non habent unde mutuentur, v. g. *Ingravesco*, *Lapidesco*, *Herbesco*, *Sylvesco*, *Sterilesco*, &c. quæ á Nominibus: *Gravis*, *Lapis*, *Herba*, *Sylva*, *Sterilis* &c. deducuntur.

Continuatur tertia Conjugatio. Finita in Do.

1. *A Do*, *Præteritum sumes*, *Di*, *Sumq*; *Supinum*.
Ut Mando, *Mandi*, 2. *Fundo cum scindere*, *Findo*,
N. *perdunt*: 3. *geminant*, *S*. *Findo*. & *scindo supino*.
4. *Fido capit Fisus*. 5. *Pandi vult Pandere*, *Pansum*,
6. *Tundo facit tutudi*, *tunsum*. 7. *sua pignora*, *tusum*.
8. *Dat*, *Cecidi Casumq*, *Cado*. 9. *sed Cædo*, *Cecidi*.
Et Cæsum. 10. *Tentum vel Tensum*, *tendo*, *tetendi*.
11. *Pendo*, *pependit amat pensum*. 12. *sed Pedo*, *pepedi*
Solum. 13. *DI*, *tantùm Sido*, *Stridoq*? *Rudóq*;
14. *Dant*, *Sum*, *Læđo*, *Claudo*, *cum Divido*, *Ludo*,
Ac Rodo, *Irudo*, *nec non cum Plaudere*, *Rado*.
15. Vado, *nihil*: 16 *Vasi* & *vasum composita reposcunt*.
17. *S*. *gemino Cessi*, & *Cessum cum pignore*, *Cedo*.

SCHOLION X.

1. Verba desinentia in *DO*, habent Præt: in *Di* Sup:

Sup: in *SUM*, v. g. *Cudo*, *Cudi*, *Cusum*. Sic MANDO, *żuię*, nam MANDO, *Rozkazuię*, *polecam* &c. primæ est; habetq; *as*, *avi atum*. NOTA. *Scando* olim habuit, *Scandi*, *Scansum*, hodie utroque jam caret. Composita tamen habent, *DI*, & *SUM*, ut, *Ascendo*, *Conscendo*, *Descendo*, *Exscendo* &c.

2. *Fundo Scindo*, *Findo*, amittunt, N: in Præt: & Sup: v. g. *Fudi*, *Fusum* &c SIC Composita.

3. Præterita, *Findo*, & *Scindo*, habent Supinum per duplex *ss* *Scissum* *Fissum*. Sic Composita: *Abscindo*, *Discindo*, *Præscindo*, *Rescindo*, *Diffindo* &c.

3 *Fido* habet Præterit: *Fisus sum*, SIC, *Diffido*, *Confido*. Invenies tamen *Confiderunt*, apud * Liv: l. 4 dec: 6.

10. *Tendo*, cum Compositis, habent Præt: in *DI*, & Sup: in *SUM* vel *TUM*, ut, *Contendo*, *Extendo*, *Distendo*, *Obtendo*, *Ostendo*, *Portendo*, *Prætendo*. Quamquam *Contensum* & *Contensus*, *Ostentum* & *Ostentus*, vix jam reperies

13. *Sido Strido*, *Rudo*, tantùm habent Præterita *Sidi*, *Stridi*, *Rudi*. Simplex *Sido* sæpiùs, Composita *Consido Subsido* &c. semper fere Præterit: & Supin: mutuantur à Sedeo, *Sedi*, est apud * Colum: l. 12. c. 15.

Continuatur tertia Conjugatio Finita in Go Guo Ho

1. *Go*, *vel Guo*, *faciet xi*, *ctum*: 2. *tamen ista supinis N. tria deperdunt Stringo*, *cum Fingere*, *Pingo*.

3. *Tango capit Tetigi*, *Tactum*. 4. *Egi poscit* & *actum Cogo Ago*, *cum Redigo*. 5 *tantum Egi*, *Prodigo*, *dego*.

6. *Pango petit pepigi aut panxi*; 7. *sed pignora*; *Pegi* (*Impingo velut Impegi*) *Pactùmque supino*.

8. *A Lego*. *fit legi*, *lectum* 9. *dat Frangere fregi*, *Et Fractum*. 10. *Pungo pupugi punctùmq; reponit*.

11. *Compositis dederis punxi*. *sed deme repungo*.

12. *Negligit*, *Exi*, *ectum cum Intelligo*, *diligo poscit*.

13.

13. *Spargo facit si, sum, pariter cum mergere, tergo.*
14. *Figo cum Frigo, xi, xum,* 15. *Sugo, Angoq; tantùm Xi* 16. *Veho dat, vexi, vectum.* 17. *Traxi, Traho, Tractum.*

S C H O L I O N XI.

1. Verba desinentia in *GO*, vel *GUO*, habent Præt: in *XI*. Supin: in *CTUM*, v. g. *Plango, Planxi, Planctum* Sic: *Tego, Contego, Detego, Retego, Obtego, &c.* SURGO, *Assurgo Exsurgo, Insurgo, Resurgo &c.* REGO. *Arrigo, Dirigo, Erigo* AFFLIGO, *Infligo, Confligo, xi, ctum* (sed *Profligo, as, avi, atum*) *Corrigo, Porrigo, Pergo &c. Extinguo, Restinguo &c.*

2. Stringo Pingo Fingo habent *Præteritum pinxi strinxi*, sed in supinis N. amittunt.

4. Cogo, Coégi, Coactum; Ago, Egi, Actum, Redigo, Redegi, Redactum.

5. Prodigo, *Prodegi*, Dego. *Degi*, tantum: supinis carent. (*Pactum*

6. *Pango*, Præt: dupliciter, *Pepigi*, vel *Panxi*; Sup:

7. Composita Verbi *Pango*, habent Præter: in *EGI*, Supin: in *Pactum* v. g. *Compingo, Compegi, Compactū*, Sic: *Impingo, Compingo*, Sed. *Depango*, Præt: *Depanxi*, Supinum *Dapactum*,: apud * Plin:

11. Composita Verbi, *Pango* habent Præ: in XI, Sup: in. *Ctum*, v. g. *Expungo, Expunxi Expunctum* * Plaut. *Expunctus miles.* SIC *Dispungo, Compungo*, * Cic: l. 2. Offi: *Threjicius notis compunctus. REPUNGO* tamen potius habet, *Repupugi, Repunctum.*

15. *Sugo, uxi, Ango, Anxi*, Supinis carent, *Sugo*, tamen & ejus Compositum, *Exsugo* habuere aliquando, *Suctum, Exsuctum*, unde Substantivum, *Suctus*, hodiedum in usu est, * Plin: *Bibunt aves suctu.*

Continuatur tertia Conjugatio.
Finita in, Lo.

1. *Lo, luit, atque litum:* 2. *sed Alo deposcit & altum.*

3. *A Colo dic Cultum.* 4. *Consultum, Consulo gignit.*
5. *Occuloq; occultum,* 6. *Falsum dat Fallo, Fefelli.*
7. *Nulla supina Volo, cum Nolo, nulla Refello.*
Nulla capit Malo, cum Psallo. (8. *cui dato, Psalli.*)
Antequè Cello carent Præcello, Excello supinis.
9. *Perculit, & Culsum Percello,* 10. *Velloq; Velli*
Vulsum 11. *Pello capit Pepuli Pulsumque supino.*
12. *Sustulit & latum* Tollo, *Tetuli dedit olim.*

S C H O L I O N XII.

1. Verba quæ desinunt in *LO,* habent Præt: in *LUI,* Sup: in *LITUM,* v. g. *Molo, Molui, Molitum,*

2. *Alo,* Præt: *Alui,* Supin: dupliciter, *Alitum* vel *Altum.*

7. Ista Verba: *Volo, Nolo, Antecello &c.* (in carm:) habent præt: in U-I, Sup: carent. 8. *Psallo,* etiam caret Supinô, sed Præter: habet *Psalli.*

9. *Percello,* Præt: *Perculi,* (rarò *Perculsi,*) Sup: *Perculsum.*

10. *Vello,* cum Compositis Præt: *Velli.* (rarò. *Vulsi.*) Supinū *Vulsum.* Sic: *Avello,, Convello, Evello, Revello.*

Continuatur tertia Conjugatio.

Finita in Mo, No, Po, Quo.

1. *Mo per u i, dat itum.* 2. *tremo dat tremui absque Supino.*
3. *A Promo, Demo* Psi, Ptum, *cum Sumere. Como.*
4. *Emi emptum dat emo* 5. *premo pressi, ss duplice pressū.*
6. *Pono facit, Posui, Positum.* 7. *Genui Genitumque*
Dat Gigno. 8. *Cerno, Crevi,* 9. *Compostâque Cretum.*
10. *At cum pro* video *sumes, spoliabis utroque.*
11. *Vult Cecini Cantum* Cano 12. *cinui dat & entum*
Concino cum reliquis, 13. *Stravi stratumq; requirit*
Sterno 14. *Petit sperno, sprevi spretumq;* 15. *Beatum est*
Prole Lino *Lini, livi Levique, Litumque.*
16. *Psi ptum Contemno.* 17. *Sino vult, sivi q; situmq;*
18. *Po finita ferent, Psi Ptum, ceu Repere, Carpo.*

19.

19. *Rumpo dabit, rupi, ruptum*, 20. *Strepui strepitùmq;* *Vult strepo:* 21. *dàtq; Coquo, coxi, coctùmq; supino.*
22. *Linquo liqui tantùm*. 23. *sed* Pignora *lictum*.

S C H O L I O N XIII.

1. Verba in *MO*, terminata habent Præt: in *U-I*, Sup: in *ITUM*, v.g. *Gemo, Gemui, Gemitū*, Sic *Vomo &c.*

8. CERNO, *Dochodzę swego, Upominam się o swoie*, Præt: *Crevi*, Supinum vix in usu Invenies. 9. COMPOSITA tamen: *Decerno, Discerno, Excerno, Secerno*, habent Præt: *Evi*, Supinū *Etum*, ut *Decrevi, Decretū &c.*

10. CERNO *Widzę*, DISCERNO, *Rozeznawam* carent Præt: & Supin:

12. Composita Verbi *Cano*, Præt: in *Cinui* Supin: in *Entum*, v. g. *Accino, Accinui, Accentum*, SIC *Concino, Occino, Præcino.*

15. *Lino* cum Compositis habet Præt: tripliciter; *Lini, Livi & Levi* Supin: *Litum*. Sic *Allino, Illino, Oblino, Collino, Interlino, Sublino.*

23. Composita Verbi, *Linquo* habent Præt: *Liqui* & Sup: *Lictum*, v. g. *Delinquo, Relinquo, Deliqui, Delictum &c.*

Continuatur tertia Conjugatio.

Finita in, Ro So.

1. Quæro, *Quæsivi, Quæsitum*: 2, *Curro, Cucurri Cursum*, 3. *Dat* Verro *Verri, Versúmq; supino*.
4. *A* Gero, *duc Gessi, gestum*, 5. *Trivi* Tero *tritum*, 6. Ferre, *Tuli, latùmq;* 7. Uro, *dabit ussit, & ustum*.
8. *A* Sero *fit Sevi, atque satum*. 9. *Evi rustica* proles. *Atque* situm; 10. *per U I, fit & ertum cætera turba*.
11. *Dant sivi, situmq; Lacesso, Facesso, Capesso.*
12. *Pinso Pinsui, amat Pinsum, Pistùm; simulq; Pinsitum*, 13. *at Incesso, incessi capit absque supino.*
14. *SI, sum, Viso facit*, 15. *Quæso spoliatur utroque*,

S C H O L I O N XIV.

1. *GERO*, Præt: *Gessi*, Sup: *Gestum*, Sic, *Aggero*,

Congero, Ingero, Regero, Oggero, Suggero, Excipitur, Exaggero, avi, atum, quod eſt primæ Conjug:

6. FERO, Præt: Tuli, Supin: Latum, Vide ſupra Cap: XII, Schol: II,

9. Compoſita Verbi, Sero, quorum ſignificatio ad Rem Ruſticam pertinet, habent Præt: Sevi, Sup: Situm, v. g. INSERO, Wſiewam ſzczepię. Inſevi, Inſitum, SIC: Adſero Conſero, Circumſero, Diſſero, Obſero, quando ſunt hujus ſignificationis.

10. Eadem Compoſita quando non ſignificant quidquã pertinẽns ad agricul turã, habent Præt: Serui, Sup: Sertum; ut: ASSERO Twierdzę Przywracam Uwalniam, Aſſerui, Aſſertum, SIC Diſſero, Rozmawiam. Inſero, Wkładam, wykładam, wprawiam Conſero (quod ſemper habet Accuſ: MANUS &c.) Biię ſię zkim, Exſero Wyſtawiam, Wyciągam, Deſero, Porzucam. NOTA, Obſero, Reſero, primæ Conjug: ſunt, habèntq; avi, atum quia non à Verbo, Sero, ſed, à Nomine, Sera, ducuntur.

Reliquum tertiæ Conjugationis. Finitæ in, CIO, TO, Vo, Xo.

1. *Dant Flecto & Plecto Xi, xum, cum Nectere, Pecto,*
2. *Et, xui, amat Pecto, Nectòq;* 3. *Peto Ivit & Itum.*
4. *Verto facit verti verſum.* 5. *Dat Mittere Miſi*
Ac Miſſum. 6. *Meto, Meſſui habent, ſſ. duplice, Meſſum,*
7. *Siſto ſtiti, ſtatum Activum.* 8. *Neutrale ſequetur,*
STO. Verbum. 9. *Compoſta Stiti, petiére ſtitùmq;*
10. *Præteritum* Sterto, *tantummodò ſtertuit, optat,*
11. *Vivo feret Vixi Victum.* 12. *Solviq; ſolutum,*
Solvo. 13. *Sic Volvi donabit Volvo, volutum.*
14. *Denique Texui habet,* Texo, *Textùmque ſupinum.*

S C H O L I O N XV.

1. Flecto, Plecto, Necto, Pecto, habent Præt: in Xi, Supe

Sup: in *XUM.* v. g. *Flecto, flexi, flexum* SIC, *Deflecto, Inflecto, Reflecto, Implecto, Annecto. Depecto &c.*

2. Præterea, *Pecto*, & *Necto*, habent Præteritum etiam *Pexui, Nexui*, SIC Composita.

7. *Sisto*, quando est Activum, habet Præt: *Stiti*, Sup: *Statum.*

8. Cum verò est Neutrum, Præteritum & Supinum habet ita, sicut *STO*, videlicet *Stiti Stitum.*

9. Composita Verbi, *Sisto* omnia sunt neutra, & habent Præt: in *Stiti*, Sup: in *Stitum*, v. g. *Absisto, Abstiti, Abstitum.* Sic *Assisto, Desisto, Consisto Existo, Insisto, Obsisto, Persisto, Resisto, Subsisto.* NOTA I. *Existo*, habet etiam, *Exstatum*: unde *Exstaturus*, apud Ulpiam: 29. Digest: Tit: 2. l. 6. Quanquam ego malim eò loci; *Exstaturus*, ducere ab *Exsto* II. Hæc ejusmodi Supina Compositorum Verbi *Sisto*, vix apud idoneum Authorem præter nonnullos Grammaticorum) reperies. III. Ut pueris nodum extricemus, *Sisto*, Activumne sit, an Neutrum, ex usu ipsius cognoscitur: hac enim significatione, quâ uti illò inter loquendum non possumus. nisi cum Accusativo, Activū est; aliâ, quâ Absolutè usurpari potest est Neutrum. Id quod Polonis Pueris ex vernaculo idiomate licebit assequi, nam sicut vernacula hæc verba: *Zostawiam, Paruię, Tamuię, Stawiam* omnino Accusativum poscunt: ita & *Sisto*, cum idem quod illa significat v. g. *Sisto lacrymas, sanguinem; sisto cursum, impetum, torrentem; Sisto reum judici: Sisto me in acie &c.* quantum hoc ultimum aptius Polonus efferat: *Stawam ná placu.* unde Latinè quoque absolutè efferri potest; *Sisto in acie.* Cum verò *Sisto*, significat, *stoię, stawam, przestawam, polegam ná czym*; uti hæc verba, ita ipsum quoque *Sisto*, Absolutum est, & Neutrum. Ad hunc modum cætera quoque hujusmodi Verba, ut *Abstineo, Fastidio*, & alia quæ modò Neutra sunt, ad captum puerorum exponi possunt.

QUAR-

QUARTA CONJUGATIO.

1. *Quarta dat. Ivi*, Itum 2. *mavult, sepelire sepultum*,
3. *Sentio vult Sensi Sensum*. 4. *dat, Amixit, Amictum.*
5. *Veneo fert Venum, quod ferme, Veniit optat.*
6. *Finita Perio per U-I, variantur, & Ertum.*
7. *Comperit & Reperit Sociorum à lege, recedunt.*
8. *Dat Venio, veni, ventum* 9. *PSI, Sepio, Septum.*
10. *Singultumq; facit singultio.* 11. *Sancio, sanxi, Sanctum vel Sancitum:* 12. *tum Vinxi, Vincio Vinctum.*
13. *Vult salio salii, saltum;* 14. *sed* Pignora *fultum*,
15. *Haurio fert hausi, atque haustum.* 16 *Farcio farsi Farsum:* 17. *sic sartum dat Sartio.* 18. *Fulsi, Fultio habet fultum.* 19 Nil: *dant* Meditantia *verba*,
20. Esurio, *excepto, quod ad Ivi. assumit & Itum.*
21. *Ad Quartam Queo, cum* Nequeo *referatur*, Eòq;

SCHOLION XVI.

1. Verba Quartæ Conjug: habent Præt: in IVI, Sup: in ITUM; v. g. *Audio, Audivi, Auditum, Munio, Polio, Fastidio &c.*

2. *Sepelio, Sepelivi, Sepultum* 4. *Amicio*, habet Præ- *Amixi* vel *Amicui*, Supin: Amictum *Amicui*, dixit Brutus apud Diomedem, *Amixi*, Varro, quem sequi malim: *Amicivi*, caret authoritate.

5. *Veneo, Venivi*, vel *Venii, Venum*, usitatus est *Venii, Venum*, jure negaveris Supinum esse propriè; potius enim est Adverbium, aut Nomen certè: *Venum* sive *Venus* ûs *Przedaż*, Substantivum, 4. Decl: legitur apud Apulejum. Ideo in Verbo *Veneo*, à voce hac Supino simili, *Venum*, non dicitur Participium Futuri, *Venurus* sed potiùs ex *Eo*, VENUM, (*Idę ná przedaż*) suppletur: *Venum iturus*, vide supra Cap: XII. Schol: 5.

6. Verba desinentia in *Perio*, habent Præt: in *U I* Sup: in ERTUM, v. g. *Aperio Aperui*, *Apertum*. Sic, *Operio*. Quidam hæc Composita esse ex, *Pario*, credidere: Res est aut incerta, aut omnino improbabilis. Nec obstat, aliud eorum simplex, quod quidem usitatum sit, reperiri non posse, plurima enim talia invenies; pauca asserimus. *Impedio*. *Expedio*, *Præpedio &c*. vide Rhenium.

7. *Comperio*, & *Reperio*, habent quidem Supina in ERTUM, Præt: tamen, *Comperi*, *Reperi*, non *Comperui*, *Reperui*.

13. *Salio*, *Salivi*, vel, quod longè usitatius, *Salii* Sup: *Saltum*, * Virg: 2. Georg: *Molibus in pratis unctos* SALIERE *per utres*. SALUI in usu vix est.

14. Composita Verbi. *Salio*, Præt: in *IVI*, vel in *U-I*, Sup: in *ULTUM* v. g, *Assilio*, *Assilivi*, *Assilii*: *Assilui*, *Assultum* SIC, *Desilio*, *Exsilio*, *Insilio*, *Resilio*, *Subsilio*, *&c*. * Liv: I. 1. *Remum*, *novos* transsiluisse *muros*.

29. Verba Meditativa (de quibus vide in Rudim:) carent Præt: & Sup: NOTA Non omnia quæ in RIO desinunt, pro Meditativis habenda sunt. Certe *Ligurio*, *Scaturio*, nihil minus, quam Meditationem ejusmodi significant; ideòq; & Præt: in *Ivi*, Sup: in *Itum* habent, prætereà contra omnium Meditativorum legem *u* producunt. * Hor: I. 2. Sat: 4. *Tractavit manibus calicem*, *dum furta ligurit*.

20. *Esurio*, quamvis Meditativum sit, habet tamen Præt: *Esurivi* Sup: *Esuritum*, Vide supra Cap: IX. Schol: I, num: 6.

DE PRÆTERITIS VERBORUM COMMUNIUM & DEPONENTIUM.

1. *Si dare Præteritum vis Deponentibus aptum,*
Expedit Activas illis affingere voces?
Ut, Vereor, *Vereo,* Veritum *fluet inde supinum,*
Indeq; Præteritum, Veritus sum, *ita cætera formes.*

EXCEPTIONES.

2. *Respuit hanc legem Proficiscor: nàmq; profectus,*
Donat: 3 *& Ulciscor facit ultum.* 4. *adipiscor, adeptus.*
5. *Dat Fateor fassus.* 6. *Fessus sua Pignora malunt.*
7. *Orbum est Diffiteor.* 8. *Questus, queror;* 9. *atq; locutus*
Fert loquor 10. *et, Nitor, Nisus vel Nixus amabit.*
11. *Metior & mensus,* 12. *Patior, passus,* 13. *Reor, autem*
Dat, Ratus. 14. *Oblitum vult Obliviscor,* 15. *& Utor,*
Usum. 16. *Expergiscor vult Experrectus habere.*
17. *A Fruor, est Fruitus;* 18. *verùm à sequor, ede secutus.*
19. *Dat Gradior, Gressus.* 20. *Miséreri redde Misertus.*
21. *Nanciscor, Nactus faciet.* 22. *Pactusq; Paciscor.*
23. *Cumq; miniscor habet Commentus.* 24. *& Ordior, orsus.*
25. *Mortuus à Morior, veniet,* 26. *Feret Ortus Oriri.*
27. *Nascor amat Natus;* 28. *per Iturus flecte Futurum*
In tribus extremis: normam, Moriturus, *habebis.*

SCHOLION XVII.

1. Si vis dare aptum Præteritum Verbis Deponentibus, & Communibus, affinge illis vocem Activam in O, v. g. *Vereor* VEREO, huic activæ Voci adde congruum Præteritum Activum, & Supinum. v. g. *Vereo,*

Verui, *Veritum*, & jam ex Supino habes Participium *Veritus* ex quo adjecto Verbo SUM habebis Præteritum. *Veritus sum*, SIC, *abominor*, *Stomachor*, *Grassor*, &c. Primæ. *Polliceor*, *Mereor*, *&c.* Secundæ, *Amplector*, *Prævertor*, *Complector &c.* Tertiæ, *Largior*, *Impertior*, *Mentior &c.* Quartæ.

EXCEPTIONES

2. *Confiteor*, *Confessus sum*, *Profiteor Professus sum.*
3. *Diffiteor.* caret Præteritô.

26. *Orior* cum Compositis *Adorior*, *Exorior*, *Suborior*, habet Præt: *Ortus sum*, *Adortus sum &c.* Omnia hæc fuére olim Quart: Conjug: hodie solô infinitô Modô ad Quartam spectant, habentq; *Oriri*, *Adoriri &c.* De cætero sunt Conjug: tertiæ.

28. *Morior* pariter cum Compositis olim fuit 4tæ Conjug: modò ex toto est Tertiæ. Infiniti ejus, *Moriri Emoriri &c.* vix jam leguntur; succefsère enim his; *Mori*, *Emori &c.*

FINIS

Libri Primi.



EMMA:

EMMANUELIS ALVARI

è SOCIETATE JESU INSTITUTIONUM GRAMMATICARUM LIBER II

De octo Partium Orationis *Syntaxi, sive Constructione.*

QUID SIT & QUOTUPLEX CONSTRUCTIO. CAPUT I.

SYNTAXIS Græcè, Latinè *Constructio*, est *Recta Partium Orationis inter se compositio.* Ea porro recta censenda est, quâ usi sunt Authores, qui purè & emendatè scripserunt.

2. Constructio hæc duplex est: *Transitiva* & *Intransitiva.* TRANSITIVA dicitur, *cum Partes Orationis Obliquos Casus regunt.* PARTIUM autem nomine omnes intelliguntur, excepta fortassis *Conjunctione*, quæ non tam suos regere quàm alienos potiùs Casus videtur colligere, aut disjungere. En exempla: NOMINIS: Persius sat: 5. *vive* MEMOR *lethi, fugit hora &c.* * Cic: de Clar: Or: *Fuit Sext: Ælius juris quidem civilis omnium* peritissimus. PRONOM: Cic: * Fam: l. 6. cap: 21. *Jam ID ætatis sumus &c.* Id: de Or: l. 2. *Quoniam ID temporis est, surgendum censeo* * VERBI: Id: Att: l. 2. *Pompejus* amat *nos, carèsq;* habet. Terrent Heaut act: 1. *Clytia rerum suarum* satagit * PARTICIPII: Cic: Att: l. 12. *Quæ res forsitan sit* refricatura *vulnus* meum Plin: l. 18.

l. 18. c. 3. Constaturos *minimò impendiò fructus.* * PRÆPOS: * Ovid: l. 4. Trist: *Fortior IN fulva novus est gladiator arena.* * Sulp: ad Cic: l. 4. Famil: *Ex Asia rediens cum AB Egina Megaram versus navigarem* * ADVERB: Cæs: Bell: Gall: l. 1. POSTRIDIE *ejus diei Cæsar præsidia utrisque castris, quod satis esse visum est, reliquit* * INTERIECT: Cic: l. 4. ep: *O me perditum! O me afflictum!*

3. INTRANSITIVA Constructio dicitur, *quando Orationis Partes nullum Casum Obliquum regunt.* Ubi iterum *Partium* nomine omnes, uti supra, intellige. Id: Philip: 3. *Pax est tranquilla libertas &c.*

4. Utraque hæc Constructionis species in *Justam & Figuratam* dividitur. JUSTA dicitur *in qua, neque redundat neque desideratur quidpiam,* seu *quæ omnibus numeris expleta atque perfecta est* * Cic: l. 1. Fam: ep: 1. *Ego omni officio ac potiùs pietate erga te cæteris satisfacio omnibus? mihi ipsi nunquam satisfacio.*

5. FIGURATA vocatur illa, *in qua aùt aliquid desideratur, aut redundat, aut alienum locum obtinet* * Cic: Att: l. 15. *Ego, si Tyro ad me, cogito in Tusculanum,* desiderantur hic duo Verba; sc: si *Tyro ad me* venerit, cogito proficisci *in Tusculanum.* Cætera vide infra l. II. c. 22.

6. De Figurata Constructione copiosiùs postremò hoc librò dicendum nobis. Nunc à *Justa* eaq; *Intransitiva,* quod facilior, expeditiòrq; sit, initium faciemus.

7. Intransitiva igitur Constructio maximè elucet, 1. in Verbis absolutis. 2. In Casibus similibus copulatis. 3. in Concordantiis.

8. Est autem *Concordantia,* seu *Convenientia,* quando, *Orationis Partes in certis Accidentibus sive Attributis,* puta, *Genere: Numero, Casu, Persona, cæterisq; ejusmodi inter se se conveniunt.*

9. Unde quinque potissimùm sunt ejus genera. I. Ver-

Verbi cum Nomine. II. Substantivi cum Adjectivo. III. Relativi cum Antecedente. IV. Substantivorum ejusdem rei plurium, quæ ideo *Continuata* appellantur. V. Interrogationis cum responsione. Adverbiorum & Conjunctionum quædam, quæ cum certis Verborum modis construuntur, quanquam ad hoc genus Concordantiarum referri meritò videantur; *de* illis tamen alibi agendum duximus. *v. l.* 2. Cap: 9. *Schol:* 4. & infra *Cap:* 19. & 20.

DE CONCORDANTIIS.

CAPUT II. P. S. O. I. C:

PRÆCEPTUM I. De Nomine cum Verbo.

VERBUM Personale *Finiti modi* antecedit Nominativus apertè vel occultè, ejusdem Numeri & Personæ. * Cic: Fam: l. 14. ep: 18. *Si vales, bene est, ego quidem valeo.*

2. Verbum verò *Infiniti modi* ante se Accusativum habet. * Cic: ad Att: l. 15. *Hunc quidem nimbum, citò transisse lætor.*

APPENDIX I. Gen: P. M C. de uno Recto.

1. Nominativi Primæ & Secundæ Personæ; *Ego, Tu, Nos, vos;* fere non apponuntur apertè Verbis finitis, nisi cùm personam personæ opponimus; aut cùm plùs significamus, quàm dicimus. * Cic: Philipp: 8. *Ego conservare Coloniam Populi Romani cupio, tu expugnare studes.* * Ad Heren: l. 4. *Ego capitis mei periculo patriã liberavi; vos liberi sine periculo esse non curatis.* * Cic: In Verr: act: 3. *TU innocentior quàm Metellus?* TU plùs significat, quam vox ipsa per se sonat.

2. Verbum Infinitum interdum partes Nominativi agit. * Ter: Heaut: act: 3. sc: 2. *Non est mentiri meum.*

3. Item Verbum cum suo casu. * Cicero Fam: l. 7. cap: 8. *Vacare culpâ, magnum est solatium.*

4. VERBA, *Apparet, Fugit, Fallit, Præterit, Latet, Patet, &c.* sæpissime Nominativi loco membrum Orationis habent. * Cic: ad Att: Ep: 2. *Apparebat illas literas non illius esse* * Idem eid: l. 6. *De Dionysio fugit me ad te antea scribere.* * Id: in Or: *Quem, quæso, nostrum fefellit, ita vos esse facturos?* * Id: ad Sylium l. 11. *non me præterit, nos eam rem Ephesi expertos esse.*

5. IDEM accidit nonnunquam & Verbis Passivis, cum more Impersonalium usurpantur; talia sunt *Dicitur, Fertur, Narratur, Putatur, Creditur, Censetur, Scribitur, Nuntiatur, Spargitur in Vulgus, Traditur, Concluditur, Videtur &c.* * Cicero de Amicitia *Tarquinium dixisse fertur &c.* * Id: 5. Tusc: *Ex quibus, bonorum beatam esse vitam concluditur.*

6. HÆC Tamen loquendi ratio minùs probatur, malim igitur dicere Passivè personaliter *Tarquinius dixisse fertur.* Vel Passiva Activè efferre: *Tarquinium dixisse ferunt.*

7. Porro *Orationis Membrum* vocant Grammatici, quando Nomina, aut Pronomina, aut Verba, aut Participia Casus loco habent quemdam verborum circuitum v. g. *Non sum* ignarus, *quanta parentes mei fecerint, tulerintq; meâ causâ.*

Poterunt autem hoc Tyrones cognoscere, Interrogativô Quis, *appositô ad Nomen illud, aut Verbum, vel Participium, quod in controversia est. Namsi Interrogativo huic respondebitur directè per casum ipsiusmet Nominis, aut Verbi, vel Participii, signum id erit, nullum adesse Orationis Membrum: sin secus, Membrum ponitur Casûs locô. Res in adductis exemplis patet; si enim proferenti mihi primas has voces,* Non sum ignarus, *abrumpat quis sermonem, & roget.* Cujus? *id est,* Cujus non es ignarus? *si primum è superioribus exemplis continuare voluero, utar circuitu illo plurium verborum* quanta parentes &c. *nec per Casum Nominibus,* Ignarus, *directe respondebo: Contra verò, si subderem* vicissitudi-

nis rerum humanarum; *vel* tuæ in me benevolentiæ, *vel* meæ tenuitatis, *aut quidpiam simile, rectè inferretur, in posteriore hac locutione nullum esse Orationis Membrum, quia interrogationi appositæ ad Nomen ignarus, directò per casum ipsiusmet responderetur; Idem cognoscendi modus adhibendus in reliquis.*

APPENDIX II. Generis P. S C.
De PLURIBUS RECTIS COPULATIS.

ejusdem Personæ

1. *Addita si plures copulat Conjunctio Rectos,*
Majoris Verbum Numeri. 2. *vel junge minoris,*
3. *Sæpe solet demi his Conjunctio.* 4. *sæpe migrare*
In CUM, cui sociat Verbum plurale Poeta,
4. *Quisquis es Orator, Numeri dato Verba prioris*

1. VOCES copulatæ sæpe Verbum plurale desiderant. * Cic: Att: l. 1. *Hic nobiscum* Sunt *Nicias & Valerius.*

2. Interdum singulari contentæ sunt. * Varr: l. 1. de Analog: *Consul* FUIT *Tullius, & Antonius.* * Cic: de Sen: *Mens & ratio & Consilium est in Senibus.*

3. Nonnunquam in his omittitur Conjunctio. * Id: ad Q. Fr: l. 1. *Frons, oculi, vultus, persæpe mentiuntur, oratio verò sæpissimè.*

4. Aut migrat in Præpositionem, *CUM*, & tunc Poëtis Verbo plurali uti licet. * Vir: 1. Æn *Remo cum fratre Quirinus jura dabunt* i, *Quirinus* seu Romulus *cum fratre* suo *Remo dabunt* orbi subacto *jura.*

5. Oratores singulari utuntur Cic: l. 3. *Domitius cum Messala certus esse videbatur.* Id: 1. in Catil: *Occisus est* cum liberis *M. Fulvius.*

diversarum

6. *SI Copulatorum fuerit præstantior alter,*
Illum in Persona Verbum plurale sequetur.
7. *Rarò hic Orator Numeri sibi Verba minoris.*
Assumit, Rectóq; addit, qui proximus exstat.

perſonarum

8. *Si CUM, interveniat, Verbum plurale Poëtis*
Ablativo etiam cum nobiliore jugare
Fas erit. 9. *Orator mavult attendere Recto.*

6. *Si* Nominativi copulati diverſarum ſint perſonarum, Verbum Plurale nobiliorem Perſonam ſequitur. *Prima* verò nobilior eſt quam ſecunda & tertia; *ſecunda* tertiæ anteponitur * Cic: l. 14. Fam: *Si Tu & Tullia lux noſtra VALETIS, EGO & ſuaviſſimus Cicero VALEMUS.*

7. Utuntur interdum Oratores Numeri ſingularis Verbô, quod cum propiore Nominativo conjungunt, rariùs tamen hæc ratio loquendi uſurpatur * Cic: Pro Rab: *Vos vos, inquam, ipſi & SENATUS frequens, RESTITIT.*

8. Poëtæ etiam intercedente Præpoſitione, *CUM*, ſæpe Verbô plurali utuntur, illudq; præſtantiori perſonæ reddunt, etiamſi hanc in Ablativum migrare contigerit * *Virg:* 2. *Æn:* DIVELLIMUR *inde Iphitus & Pelias MECUM.*

9. Oratores verò Verbum Nominativo reddunt nullâ habitâ ratione etiam præſtantioris Perſonæ Ablativi * Cic: ad Att: l. 3. *Utinam jam ante vidiſſes, nec totum animum tuum mærori mecum dediſſes.*

QUOD idem & Poëtæ, cum volunt, faciunt. * Hor: Ep: ad Pis: *TU, quid ego & Populus mecum deſideret, audi:* * Ovid: 1. Faſt: *TU quoque cum Druſo præmia fratre FERAS.*

PRÆC: 11. De Subſtantivo cum Adjectivo.
P. S. O. I. C.

ADJECTIVA Nomina Pronomina & Partiticipia cohærent cum ſuis Subſtantivis in Genere, Numero & Caſu * Cic: in Verr: Act: 6. *Erat hyems ſumma, tempeſtas frigida, imber maximus.*

APPENDIX I. Generis P. M. C.

1. *Conjunctim ſicubi duo pluráve Fixa ligantur,*
Ejusdem Generis, ferme Plurale requirunt.

Mo-

Mobile 2. Sin dispar Genus est, patiuntur utrovis
E numero apponi sibi mobile legibus istis.
3. Adjectum plurale Genus præstantius optat.
4. Sin Parvo è Numero fuerit, Propiora sequetur.

1. Substantiva Conjuncta si *ejusdem* sint *Generis* fe-rè Adjectivum Multitudinis requirunt * Liv: l 4. Bell: Pun: *Hippocrates & Epicides* nati *Carthagine sed* oriundi *ab Syracusis.* * Quintil: l. 1. c. 10. *Grammatica quondam & Musica* junctæ *fuerunt.*

2. Si verò *diversorum* sunt *Generum*, æque bene cum singulari ac cū Plur: Adjectivo ponūtur: hac tamen lege.

3. Ut si Adjectivum sit *Plurale*, cum præstantioris generis Substantivo cohæreat. Porrò VIRILE genus præstantius est Muliebri & Neutrô: * Ter: And: act: 5. *Domus, uxor, liberi,* inventi *invito patre* * Id: Eun: act: 3. sc: 3. *Quum pridem mihi Pater & Mater* mortui *essent.* * Cic: l. 1. de Offic: *Ex quo leges, moresque constituti.* NEUTRUM Muliebri præfertur, præcipuè cum de rebus inanimatis sermo est. * Salu: in Catil: *Divitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt:* Id; ib. *His genus, ætas, eloquentia prope* paria *fuere.*

4. Si autem *Singulare* adhibeas Adjectivum, id cum viciniore Substantivo Genere, Numero, & Casu consentiat * Cic: de Pet Cons: *Multorum arrogantia, multorum contumelia, multorum superbia, multorum odia ac molestia* perferenda *est.*

5. Non animata fere Neutrum plurale præoptant.
6. Sæpius at longè propiori accedere Fixo.
Adjectiva solent Numerô quôcunque repôsta.

5. Cum Substantivis rerum inanimatarum plerumque jungitur Neutrum multitudinis. * Liv: l. 7. bell: Maced: *Ira & avaritia imperiô* potentiora *erant* * Id: l. 5. bell: Mac: *Portam & murum de cælo* tacta *nuntiatum est.*

6. Sæpius tamen & elegantiùs viciniore cum Substantivo tum singularis tum pluralis numeri Adjectivū Genere, Numero & Casu consentit: * Cic: in Cati: Or:

4. *Video P. C. in me vestrum omnium ora atq; oculos esse conversos* * Id: ad Q. Fratr: l. 1. *Toti denique sit Provinciæ cognitum, tibi omnium, quibus præsis, salutem liberos, famam* fortunas *esse carissimas.* * Liv: l. 7. Bell: Maced: *Hoc senatus consultum* literæq; *à Sp: Posthumio Prætore in Hetruriam missæ sunt* * Ter: Eun: act: 2. *Viden, otium & cibus quid faciat* alienus?

7. *Participans quod utrinque solet sibi jungere Fixa, His cum fœdus init, quæ sunt potiora basesq;*

7. Participia *Factus, Creditus, Dictus, Dicendus, Visus, Appellatus* & alia ejusmodi, quæ utrinque Substantivum habent: si ponuntur cum Substantivis diversorum Generum, cum eo concordare debent; quod est basis & fundamentum Orationis. * Plin: l. 3. c. 5. PUTEOLI, *Colonia Dicearchiæ* APPELLATI. Illud autem *basis* dicitur quod est principale & præcipuum, & de quo alterum enuntiatur.

APPENDIX 2, Generis P. M. C.

1. *Fœmineo Neutrale licet præstare putetur, Circuitu potiùs tamen in Viventibus utar, Quàm Neutrô positô, normam Lucretia præbet.*
2. *Participans sequitur si deteriora Figura est.*
3. *Si CUM Fixa liget, dat & his plurale Pecta Mobile, quod Fixi genus excelentiùs ambit.*

1. Etsi *Neutrum* Genus *Muliebri* præfertur, ut supra diximus, si tamen de rebus animatis agitur, tutiùs fuerit aliquâ circuitione uti, quàm cum Fæminino & Neutro Substantivis, Adjectivum plurale Neutrum ponere. Potiùs igitur dixerim: *Lucretia castissima fuit: qua virtute etiam ejus mancipium floruit;* quàm *Lucretia & ejus mancipium, fuerunt CASTA.*

2. In Participiis illis. *Factus Creditus &c.* figurata constructio censenda est, cùm illa apud probatos Scriptores consentiunt cùm minùs præcipuo Substantivo. * Cic: de Div: l. 2. *Non enim omnis error*, Stultitia dicenda est. * Liv: l. 2. *Gens universa* Veneti Appellati.

3. Poëtæ quibusvis Substantivis Præpositione CUM copulatis Adjectivum plurale adjungunt suo jure * Ovid: 2. Meta. *Sors eadem Ismarios Hebrum cum Strimone siccat.* Et, si Substantiva ejusmodi diversorum sint Generum, Adjectivum illud plurale cum nobiliore consentit. * Ovid: 3. Fast: *Ilia cum Lauso de Numitore Nati.* Oratores si Conjunctionem, *Et*, aut similem mutaverint, (quod rarò fit,) in Præpositionem CUM, singulari Adjectivô uti malunt; ut supra: *Domitius cum Messala certus &c.*

PRÆC: III. De Relativo cum Antecedente. P. S. O. I. C.

RELATITUM *Qui, Quæ, Quod*, concordat cum Antecedente in *Genere* & *Numero*; in *Casu* modò concordat * Cic: Tyroni l. 16. *Nemo nos amat, qui te non diligat.* Modô discordat, * Id. Att: l. 3. *O te ferreum! qui illius periculis non moveris.*

Sic & Pronomina *Hic, Iste, Ille, Ipse, Is, Idem* cùm fiunt Relativa. * Id: Att: l. 2. *Venit obviam tuus puer, is mihi literas abs te reddidit.*

APPENDIX I. Generis. P. M. C.

Relativa: *Qui, quæ quod*. Quando suis Antecedentibus præponuntur, cum iisdem Genere Numero &, Casu perquàm venustè cohærent * Cic: Att: l. 9. ep. 14. Quos *cum Mario pueros miseram, epistolam mihi attulerunt.* * Ter: And: Prolog: Quas *faciet de integro comædias, spectandæ an exigendæ sunt vobis prius,* Si vulgariter loqui his placuisset, dixisset *Pueri*, quos *cum Mario miseram &c.* Item: *Comœdiæ*; quas *faciet de integro &c.* Quanquam Relativis istis, *Qui, Quæ, Quod*, sæpe subjicitur aliquod ex illis Pronominibus *Hic, Iste, Ille &c.* * Cic: 1. Tusc: QUAM *quisque novit artem, in hac se exerceat.* Id: Cur: l. 4. *Quarum laudum gloriam adamâris, quibus hæ laudes comparantur, in iis esse laborandum.* Quæ, vulgariter dici potuêre. *Quisque se in arte, quam novit, exerceat &c.* 2.

2. Hæc eadem tria Relativa, *Qui, Quæ, Quod*, si inter duo Substantiva diversorum Generum ponantur, cum alterutro consentire possunt; idq; etiamsi alterum illorum Substantivorum Proprium sit. * Sal; in Catil: *Est locus in Carcere, quod Tullianum appellatur.* * Cur: l. 8. *Darius ad eum locum*, quem *Amanicas pilas vocant, pervenit* * Cic: cont: Scip: *Consilia cœtúsq; hominum jure sociati*, quæ *civitates appellantur.*

3. *Quantus Qualis* & cætera id genus nomina cum fiunt Relativa, non cum Antecedente, sed cum consequente Substantivo, Genere, Numero & Casu consentiunt * Cic: l. 12, ep. 7. *Dixi de te, quæ potui tanta contentione*, quantum *forum est.* * Id: in Brut: *Utinam in Tib: Gracho Cnejoq; Carbone* talis *mens ad Remp: bene gerendam fuisset;* quale *ingenium ad bene dicendum fuit.* Pòëtæ id sæpe negligunt Virg: Eccl: 5. *Tale tuum carmen nobis divine Pòëta*, Quale *sopor fessis per gramina &c* pro, *qualis sopor &c.* * Horat; *Equina qualis ubera* pro *qualia.*

APPENDIX II. Generis P. M. C.

1. Nominativus & Verbum, Adjectivum & Substantivum, Relativum & Antecedens, maximè apud Pòëtas & Historicos voce discrepant, quamvis sensu & significatione consentiunt * Virg: 1. Æn: PARS *in frusta* SECANT, *verubusq; trementia* FIGUNT * Liv: Beli: Maced: l. 7. PARS *in juveniles ludos* versi, Pars *Vescentes sub umbra.* * Ter: Andr: act: 3. sc. 5. *Ubi* Scelus, *qui me perdidit.*

2. Si idem Relativum plura antecedant Substantiva Conjunctionibus ligata, idem observandum, quod de Adjectivis, Substantiva Conjuncta comitantibus dictum supra. NAM si diversi sint Generis Antecedentia illa, Relativum Præstantiori consentit. * Cic: lib: 1mo. de Officiis. *Propter summam & Doctoris authoritatem & urbis*, quorum *altera te scientiâ augere potest, altera exemplis.*

3. ET

3. ET Muliebria Subſtantiva rerum inanimatarum Relativo quoquè plurali neutro junguntur * Cic: ad Att: l. 3. ep 10. *Quæ vita eſſet noſtra, quæ ſuavitas, quæ dignitas, ad* Quæ *recuperanda, per fortunas incumbe.*

4. Et frequenter Relativum redditur viciniori Subſtantivo. * Cic: in Piſon. *Mihi non venerat in mentem, furorem & inſaniam optare vobis, in* Quam *incidiſtis.*

PRÆC: IV. De Subſtantivis continuatis.

P. S. O. I. C.

SUBSTANTIVA *Continuata*, quæ ad eandem rem ſpectant, *Caſu* ſemper concordant; *Genere* & *Numerò* aliquando diſſentiunt. * Plin: l. 1. Epiſt: *Quid agit Comum tuæ meæq; deliciæ.*

APPENDIX I Generis P. M. C.

2. Interdum alterum é Subſtantivis ejuſmodi in Genitivo reponitur, etiamſi alterum alio Caſu efferatur. * Cic: l. 5. id: Att: ep. 18. *Caſſius eſt in oppido Antiochiæ.* Virg: 3. Æn: *Celſam Buthroti aſcendimus urbem.* Quæ tamen vix cenſuerim imitanda.

APPENDIX II. Generis P M. C.

1. Subſtantiva quæ aliam in Maſculino, aliam in Fœminino Genere terminationem habent, in Continuatione ejuſmodi Genere Numero & Caſu inter ſe concordare debent: dicendum itaq; *Magiſter uſus*, at, *Experientia Magiſtrâ*, non *Magiſtro*, *Victor gladius*, non *Victrix*, at contra *Victrix manus*, non *Victor*, * Cic: ad Att: l. 5. ep: 21. *Quò autem diei Caſſii* victrices literæ *in Senatu recitatæ ſunt.* * Luc: l. 1. *In ſua* victrici *converſum viſcera* dextra * Virg: Æn: 1. *Hinc* Populum *late* Regem *belloq; ſuperbum* * Hor: Sit: *Et genus & formam* Regina *pecunia donat.*

2. Si inter continuata Subſtantiva reperitur aliquod, quod hominis Proprium Nomen ſit, cum eo & *Verbum* & *Adjectivum*, & *Relativum* ſi quod eſt, concordare debet: ſi verò Proprium ejuſmodi nullum adeſt, *Verbum*

Verbum, Adjectivum, & Relativum, cum magis communi conſentiunt. * Cic: Fam: l. 7. ep. 1. *Deliciæ verò tuæ* Noſter Æſopus *ejuſmodi* Fuit, *ut deſinere* Ei *per ſingulos liceret* * Liv: bell: Mac: l. 7. *De Solis Urbe*, Quæ *in Cilicia eſt, egerunt.* HIC SOLIS: Ablativus pluralis eſt *à* Nominativo: *Soli ſolorum*; ſicut, *Pariſii; orum.* * Liv: l. 2. *Cariolà Oppidum* Captum. Plin: l. 31. c. 3. *Tungri civitas Galliæ fontem* Habet *inſignem* Ubi pariter, *Carioli, Tungri*, plurales Recti ſunt.

PRÆC: V. De Interrogatione & Reſponſione. P. S. O. I. C.

INTERROGATIO & Reſponſio Caſu fere conſentiunt. QUIS *oppreſſit Catilinam? M. T. Cicero*, CUJUS *eſt hæc oratio? Hortenſii.* CUI *Præceptori dediſti operam? Platoni.* QUEM *exiſtimas fuiſſe principem Oratorum Græciæ? Demoſthenem*, QUO *morbò fuiſti impeditus? quotidianâ febriculâ.*

2. Interdum tamen Interrogatio à Reſponſione diſſentit. QUANTI *emiſti Ciceronem? tribus denariis.*

DE CONSTRUCTIONE VERBI ACTIVI.

CAPUT III. P. S. O. I. C.

Primus Ordo Activorum.

Solus Accuſativus poſt Verbum.

OMNIA Verba, quæ Activa vocantur, poſt ſe Accuſandi Caſum poſtulant. * Cic: in Catil: or: 3. *Avus tuus vir ornatiſſimus amavit unicè Patriam & Cives ſuos.* In hoc porro primo ordine ea reponimus, quæ ſolô Accuſativò contenta ferè ſunt: in ſequentibus ea, quæ alterum quoque obliquum poſtulant, ipſorummet obliquorum ordine referemus.

Ad hunc Ordinem pertinent.

Amo, & *Composita*, *Appello*, *as*, & *is*: *Cupio*, & *Compos*. *Como*, *Diligo*, *Eligo*, *Fallo*, & *Comp*: *Guberno*, *Honoro*, *Jacio*, & *Comp*: *Juvo*, *Adjuvo*, *Laudo*, & *Comp*: *Lego*, & *Comp*: *Metuo*, *Nosco*, & *Comp*: *Oblecto*, *Prætereo*, *Quatio*, & *Comp*: *Rumpo*, & *Comp*: *Scribo*, & *Comp*: *Sperno*, *Timeo* *Vitupero*, *Urgeo*, & alia que magnam partem ex Patrio idiomate cognosci possunt, vide l. 1. c. 14. pagina 140. n. IV.

APPENDIX I. Generis P. M. C.

1. Reperiuntur multa Verba, quæ modo Activa sunt, modò Neutra; ut, *Abstineo*, *Consulo*, *Debeo*, *Fastidio*, *Interdico*, *Impono*, *Sisto*, *Salvo*, *Moveo*, *Turbo*, *Remitto*, *Præcipito*, *Inclino*, *Obtineo* *Audio*, *bene*, vel *malè* &c. * Plaut: Aul: *Manè verò quanquàm fastidis*, i, *fastidia pateris*. Plin: l. ep. 6. *Ne tibi optimæ indolis juveni quorundam luxuria imponat*. * Cic: l. 1. ep. 9. *Nos eo die cœnati solvimus*, i. *e*. *portu*. * Id: ad Att: l. 9. *Postquam ille Canusio moverat* i. *discesserat*. * Tac: l. 3. *Si una ulterave civitas turbet*, i. *turbas excitet*. * Id: l. 4. *Repente turbare fortuna cœpit*. * Liv: l. 20. bell: Mac: *Ubi primùm remiserunt imbres*, i, *cessaverunt*. Sic dicitur remittere, *gelu ardor*, &c. * Æn: 2. *Nox humida cœlo præcipitat* i, *præceps ruit*. * Liv: l. 7. ab V.C. *Hos ut sequar*, *inclinat animus*, i, *propendet*. Id: l. 1. bell: Pun: *Fama obtinet* i, *narratur vulgo*. Ter: Phor: prol: *Benedictus*, *si certasset*, *audisset bene*, i, *laudatus fuisset*. Cic: 3. in Verr: *In provincia malè audires*, i. *vituperareris* &c.

2. Hæc verò non ubique, nec quovis sensu, sed certâ solùm significatione usurpare licet, ut ex allatis exemplis clarum est.

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Nullum feré est ex Transitivis Verbis, quod certâ aliquâ significatione absolutè usurpari nequeat * Cic: Fam:

Fam: l. 17. ep: 15. *Quam sint morosi qui amant, vel ex hoc intelligi potest.* * Id: Brut: l. 11. *Etiam Themistoclis liberi eguerunt, i, inopes fuerunt.* Id: 1. de Fin: *Ordiamur à facillimis.* Ter: Adelph: act: 2. *enimvero id demum juvat.*

2. Plurima denique Transitiva Verba tam Activa, quàm alia proprii Casûs locò Membrum orationis, aut Infinitum recipiunt. Exempla nusquam non obvia sunt.

Secundus Ordo Activorum.

Genitivus præter Accusativum.

VERBA *Accusandi, Absolvendi, Damnandi* præter accusativum admittunt Genitivum, qui certum aut incertum *Crimen Pœnàmve* significet. * Ter: Eun: act: 5. *Hic furti se alligat.* * Cic: pro Rab: *An non intelligis, primum quales homines, & quales viros mortuos summi* sceleris *arguas?* * Ibid: *Civem Romanum* capitis *condemnari coëgit.* * Id: ad Teren: l. 4. *Judex absolvit* injuriarum *eum; qui Lucium Poëtam in scena nominatum læserat.*

2. Omnibus autem *Criminis aut pœnæ* Genitivis videtur semper subintelligi Ablativus aliquis ex his; *Crimine, Culpâ Nomine, Pœnâ Suppliciô,* acsi in allatis exemplis esset *Crimine* furti, *Nomine summi* sceleris, *Pœnâ* vel *suppliciô,* capitis: *Culpa* vel *Crimine* injuriarum &c.

3. Ideo etiam hæc ipsa Nomina: *Crimen, Culpa, Nomen, Pœna, Supplicium* & similia cum Verbis hujus Ordinis sæpissimè Ablativô sine Præpositione efferuntur * Cic: Fam: ep: 1. *Condemnabo eodem ego te* crimine.

Ad hunc Ordinem pertinent.

Absolvo, Accerso, Accuso, Alligo, Appello, Arcesso, Arguo, Adstringo, Condemno, Convinco, Damno, Defero, Infamo, Insimulo, Libero, Postulo, & alia hujus significationis, præcipuè horum Composita; ut; *Redarguo, Coarguo, Revinco, Condemno &c.*

AP-

APPENDIX I. Generis P. M. C.

1. Genitivus criminis maximè cum his verbis. *Arguo, Poſtulo Damno, Deſero, Accuſo, Condemno Appello*, in Ablativum cum Præpoſitione DE, mutari poteſt, * Cic: ad Att: l. ep: 5. *Non committam poſt hac, ut me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis.*

2. At nomen ipſum *Crimen*, ſemper Ablativô ſine Præpoſitione effertur, * Cic: l. 5. in Verr: *Te hoc crimine non arguo.*

3. Dicimus etiam. *Capite Exiliô Pugnîs Verberibûs &c.* aliquem *damnare, punire plectere*. * Cic: Ad Herren: L. 4. *Eum vos jurati capite damnaſtis.* * Plaut Ment *Plecte illos Pugnîs &c.*

4. *Abſolvo Libero, Alligo, Adſtringô, Mulcto, Obligo, Obſtringo*, quemadmodum ſuâpte naturâ aliquem Ablativum petunt: ita & Ablativum ſignificantem *Crimen, pœnamve* ſine præpoſitione ſæpiùs meliùſq; quâ Genitivum admittunt. * Liv: l. 1. *Ego me, etſi peccato abſolvo, ſuppliciô non libero.* * Cic: l. 1. de Orat: *Vitia hominum atq; fraudes, damnîs Ignominiis, vinculîs, verberibûs, exiliis, morte mulctantur.*

5. *Libero*, pro *Abſolvo*; cum Genitivo rariſſimum *Liv: decade: 5. l. 1. *Senatus neque liberavit ejus culpæ Regem, neque arguit.*

APPENDIX II. Generis, P. S. C.

1. Non temerè uti debemus Verbîs *Accuſandi, damnandi, abſolvendi*, & ſimilibûs hujus Ordinis. Si enim hæc non ſint Propriè *Verba Judicialia*, nec ex jure factam ſed *vulgarem* duntaxat *Accuſationem excuſationemve* ſignificant, cum ſolo fere Accuſativo *Criminis pœnævè*, per I. Ordinem junguntur. * Cic: Fam: l. 7. ep: 28. *Cûm mæſtitiam meam & deſperationem accuſares.* * Id: l. 1. de Or: *Caſtigemus etiam ſegnitiem hominum, atque inertiam.* * Id: l. ad Q. Fratr: l. 3. ep: 1. *Quæ objurgat cæterarum villarum inſaniam.* * ad Att:

l. 15. *Varroni memineris excusare tarditatem literarum mearum.*

2. Rarissimum igitur ac durum omnino censendum est illud loquendi genus. * Suet: in Calig: cap: 39. *Modò avaritiæ singulos increpas, quod non puderet eos &c:* Item Gell: l. 4. c. 12. *Si eques Romanus equum habere gracilentum, aut parum nitidum visus erat,* impolitiæ *notabatur.*

3. Verba hæc *Accusandi Damnandi, Excusandi &c:* interdum Præpositionem, IN, admittunt * Cic: ad Ov: Fr: l. 2. ep: 2. *Primum me tibi excusò* in *eo ipso,* in *quo te accuso.*

De Verbis *Emendi* & similibus.

P. S. O. I. C.

VERBA *Emendi, Vendendi, Locandi, Conducendi* & alia ejusmodi, hos duntaxat Genitivos, *Tanti, Quanti, Tantidem, Quanticunque, Pluris, Minoris* præter Accusativum admittunt. * Cic: l. 3. offi: *Emit homo cupidus* tanti, quanti *Pythius voluit.* * Ibid: *Vendo meum non* pluris, *quam cæteri, fortasse etiam* minoris.

2. Pretium tamen Ablativò effertur *v. infra cap:* X. *Præc:* 10.

Huc spectant.

Conduco, Emo, Loco, Eloco, Redimo, Coëmo, Vendo, Divendo.

De Verbis Æstimandi.

P. S. O. I. C.

VERBA *Æstimandi* præter hos Genitivos *Tanti, Quanti, Tantidem, Quanticunque, Pluris, Minoris,* illos etiam Accusativo adjungunt. *Magni, Parvi, Plurimi, Maximi, Minimi,* * Ter: Heaut: ac: 4. *Tu fortasse, quid mihi stat,* parvi *pendis, dum illi consulas.* * Cic: l. 7. fam: QUANTI *ego genus omne signorum non æstimo,* TANTI *ista sumpsisti.* * Id: l. 2. ep: 13. PLURIS *eum feci, quod te amari ab eo sensi* * Id: pro Planc: MAGNI *putare honores.* * Id: l. 3. ep: 13. *Quem unum*

ex omnibus *facio, ut debeo*, plurimi. * Ter: Andr: act: 3. *Meritò te semper* maximi *feci Chreme.* * Cic: l. 3. ep: 9. *quæ à me* minimi *putabantur.*

Huc spectant.

Æstimo, Duco, Facio, Habeo, Indico, as, Pendo, Puto, Reputo, &c.

APPENDIX I Generis P. M. C.

Cum dicimus *Magnô, Permagnô Parvô &c. æstimare*, subintelligitur substantivum, *Pretiô*, quod interdum expressè quoque ponitur. * Cic: in Verr: act: l. 4. *Tu-ista permagno æstimas.* * Id: l. 1. Tusc: *Nœ ista gloriosa sapientia non magno æstimanda est.* Val: Max: l. 5. c. 4. *Magnô ubique* pretiô *virtus æstimatur.* De Ablativo *Pretii, v. infra c.* 10. *præc:* 10. & *supra* l. 1. *cap:* 15. *Num:* 13.

APPENDIX II. Generis P. S C.

1. NAUCI *Flocci Pili, Assis, Teruncii, Nihili*, cum Verbis *Habeo, Pendo, Æstimo*, & *Facio* junguntur * Plaut: Mess: *Neque, quod dixi*, Flocci *æstimant.* * Cic: l. 13. ad Att: *Nec tamen* Flocci *facio* * Sen: l. 7. ep: *Aliénæ vitæ censores* ASSIS *ne feceris*, * Terr: Eun: act: 1. *Istud abs te factum* Nihili *penderem?* * Cic: Eun: I. 1. de Div. *Non habeo* Nauci *Marsum augurem.*

2: Dicimus etiam, *pro nihilo Habeo, Puto, Duco, Pendo, divitias omnes præ virtute*: Non *pro nihilo bonam valetudinem æstimo.* * Cic: act: 4. in Verr: *Tu ausus es* Pro nihilo *præ tua præda tot res sanctissimas ducere?*

3. SUM pro *Æstimo*, omnes hujus Verbi Genitivos poscit. * Cic: ad Cass: l. 25. ep: 15. MAGNI *erant mihi tuæ literæ:* * Id: pro Sextio Rosc: *Quis Carthaginensium* Pluris *fuit Annibale consiliô, virtute, rebus gestis?*

4. Verbum, FACIO, duos istos Genitivos simul *Æqui bonique*, vel *Æqui boni*: CONSULO, unum duntaxat; *Boni* certa significatione admittit. * Terr: Haut: act: 4. *Equidem istud, Chreme, æqui boniq; facio* *

Cic:

*Cic: l. 2. ad Att: ep: 7. *Tranquillissimus animus meus to-tum istud boni facit.* * Sen: ep: 127. *Coqui ac pistoris moram boni consulo.* Nobis hæc significant: *Za dobre to mam. Nic mnie to nie uraża, &c:*

5. Huc referri potest & Genitivus, *Pensi*, qui cum *Habeo*, atque, *Sum*, jungitur. Tacit: l. 13. *Neque fas, neque fidem pensi haberi provisum erat.* * Id: l. 27. *Neque modum oneris quisquam, neque genus questus pensi habebat.* * Tranqui: l. in Dom: c. 12. *Nihil pensi habuit, quin prædaretur omni modo bona vivorum & mortuorum.* *Liv: l. 4. dic: 4. *Sed illis, nec quid deberent, nec quid facerent, quidquam pensi fuit.* Hoc porro Genitivô in negativis maximè locutionibus utuntur Latini, ut ex allatis exemplis patet.

De Verbis Compositis ex *MONEO.*
P. S. O. I. C.

HÆC Item Verba *Commoneo, Admoneo, Commonefacio,* Genitivum habent cum Accusativo. * Liv: Belli Mace: l. 5. *Qui admonerent eum fœderis Romani.* * Quintil: l. 1. c. 5. *Grammaticos sui officii commonemus.*

2. Eadem tamen pro Genitivo possunt Ablativum cum Propositione DE admittere. * Cic: pro lege Manil: DE QUO *vos pauló ante invitus admonui.*

Tertius Ordo Activorum.
Dativus præter Accusativum.

QUÆDAM Verba Activa præter Accusativum Dativum exigunt. * Cic: pro Planco. *Salutem tibi iidem dare potuerunt, qui mihi reddiderunt.*

Ad hunc ordinem spectant.

Verba Dandi Do, Concedo, Commodo, Debeo, Ministro, Præbeo, Suppedito, Tribuo, Dedo, Exhibeo, Fœnero, Porrigo, Sufficio, pro, *Subministro, Suggero &c.* Reddendi, *Reddo, Restituo, Rependo, Repono, Redhibeo, Refero, &c.* Committendi, *Mando, Demando, Commendo, Credo, Trado, Prodo,*

Prodo, Concredo, Impero, &c. Promittendi, *Promitto, Spondeo, Devoveo, Appromitto Despondeo &c.* Declarandi: *Explico, Significo, Aperio, Dico, Expono, Indico, is, Indico, as, Narro, Ostendo, Declaro, Demonstro, Edissero, Explano, Prodo, &c.* Anteponendi & postponendi, *Antefero, Antepono Præfero, Præopto, Præpono, Postpono, Posthabeo,* & plura alia.

APPENDIX I. Generis P. S. C.

1. Alia quoque Verba sunt hujus tertii Ordinis: ut *Facio tibi injuriam, Facio tibi fidem; Ago, Habeo, Refero tibi maximas gratias, Interdixisti nobis usum purpuræ, mitto tibi, & ad te literas* & similia, quæ fere ad commune Dativū *Commodi*, vel *Incommodi* magnam partem referri possunt. * Cic: in Verr: I. 5. ep: 10: *Omnia* mihi *dura imperas.* * Sulp: Cic: I. 4. ep: 5. *Quæ* alias *tute præcipere soles, ea tute* tibi *subjice* * Cic: ad Att: I. 3. ep: 5. *Tu quid ipse* tibi *suaseris, idem* mihi *persuasū putabo.*

2. Multa denique Composita ex Activis & Præp: *Ad; In: Ob, Præ, Sub,* præter Dativum postulant Accusativum. * Cic: ad Att: l. 3. *Inimici mei mea* mihi, *non me ipsum ademerunt.*

Talia sunt.

Adfero, Adjicio, Adimo, Admoveo, Adjungo. Addico Applico, Admisceo, Appono, Adjudico, &c. Infero, Infigo, Importo, Impendo, Injungo, Injicio, Indo. Ingero, Incutio, Infero, Inuro, &c. Objicio, Oppono, Obtendo, Offundo, Offero, &c. Præficio, Præludo, Præcipio, Præscribo, Præfinio Præparo, &c. Subduco, Subjungo, Suppono, Suggero, Subscribo, Substituo, Subigo, & plura ejusmodi.

3. *Habeo tibi fidem*, id est *Credo*, usitatissimū Latinis est.

4. *Adhibeo tibi fidem*, eadem significatione, in Latina lingua inusitatum, ac insolens fere est.

5. *Præsto tibi fidem*, tunc dicimus, cum servari à nobis fidem ac promissa intelligimus * Liv: l. 5. Belli Punici, *Gens fallax promissi fidem præstitit.*

6. Sunt quædam Ordinis hujus Verba, quibus geminus Dativus præter Accusativum apponi potest; ut *Do tibi laudi, vitio, honori, fœnori, pignori, culpæ, crimini,* &c *Vertis id mihi, vitio, stultitiæ, probro. Ducis id tibi honori, laudi gloriæ, vitio, damno.* * Cic: pro Sex Rosc: *Profectò intelligis te inopiâ criminum summam laudem Sextio Roscio* vitio *ac* culpæ *dedisse.* Ter: Adelph: *Tu nunc* TIBI *id* LAUDI *ducis, quod tum fecisti inopiâ.*

7. *Mutuo tibi*, non dicimus, sed *do tibi mutuum*, v. g. *dedi tibi mutuos nummos, Dedimus vobis mutuam pecuniam, Datis mutuum triticum &c.* * Cic: ad Att: l. 11. ep: 4. *Cui magnam dedimus pecuniam mutuam.* Ter: Heaut act: 3. *Huic drachmarum argenti mille dederat mutuum.* * Plaut: As: act: 3. *Si quis, mutuum quid dederit, sit pro proprio perditum.* Malè hic quidam legunt; *Si quis quid mutuaverit.*

APPENDIX II. Generis P. M. C.

1. *Mutuare*, (si Activa voce reperitur,) non significat *mutuum dare*, sed *accipere*, & ad sextum Ord: Activ: pertinet * Val: Max: l. 6. c. 2. *Potiùs præsidium à libertate, quam ab innocentia mutuata est*, (sc: à *Mutuor*) quod significat, *Mutuum accipio*, & ad 6. Ordinem Deponentium pertinet.

2. *DARE mutuum* dicimus de pecunia, frumento, aliisq; rebus, quæ non restituuntur *eædem*, sed *ejusdem generis*, de cæteris, *commodare*, usitatum est. Quod tamen interdum de illis etiam rebus dicitur, quæ non *eædem* redduntur, * Plaut: Asin: act: 3. *Viginti argenti commodo minas matri.* Id: Rud: act: 2. *Aquam hostis hosti commodo.* At non ita passim id usurpandum.

3. JUBEO, cùm *Imperare*, aut *Velle*, significat,, Dativò Personæ caret. Personam enim, cui aliquid prœcipitur, ex eo Verbo; quod in Membro Orationis apponitur, agnoscunt Latini, Exempla mox dabuntur.

4. Pro Accusativo *Rei*, fere Pronomina tantùm neutra, *Quod, Quid, Id, Illud, istud,* & similia, solent admit-

admittere, * Cic: l. 1. de lege Man: *Lex est summa, insita in natura, quæ jubet EA, quæ facienda sunt, prohibetq; contraria.*

5. Sed pro Accusativo *Personæ*, semper *Orationis Membrum* habet, idq; Vel Finitum. * Plaut: Amphitr: *Jubet, sententiam ut dicant suam.* Id tamen rariùs reperitur. VEL Infinitum. * Cic: pro Dejot: *Jubeo te bene sperare*, Ideo, *Jubeo te, ut facias, ut legas &c.* vitiosum est.

6. Quanquam Verbum Infinitum persæpe occultum est. * Plaut: Aul: *Aut si respexeris, donec ego te jussero*, * Cic: Fam: ep: 26. *Literas ad te à M. Lepido, non quæ te aliquid juberent, sed quodammodò quasi commendatitias sumpsimus*, Subintelligitur in primo, *Respondere* in altero, *facere.*

7. Cum *Ne*; & Dativo Personæ, rarum & fere inusitatum est. * Macrob: Saturn: c: 12. *Hercules facturus sacrum -- sacrorum custodibus jussit*, NE *mulierem interesse permitterent.* * Cæs: bell: civ: l. 5. *Militibus suis jussit.* NE *qui eorum violarentur.*

POLONI Tyrones admoneri possunt, Verbum *Jubeo*, elegantissimè Latinè efferri cum Orationis Membro Passivô Infinitô, si Polonicum, *Każę*, *Rozkazuię*, careat Dativô propriô, seu si non exprimatur persona, cui aliquid præcipitur; v. g. *Każ przynieść miecz*, Jube adferri gladium. *Każę go zawołać*, Jubeo illum vocari. *Kazał sobie podać, kśiążkę.* Jussit porrigi sibi librum. Alias Orationis Membrum Infinitè Activè efferri solet. v. g. *Jube illum hinc recedere*, *Jubes me id facere &c*,

8. Cum autem *decernere*, *statuere*, *creare*, significat, non solùm Accusativum *REI*, sed & PERSONÆ admittit * Cic: pro Cor: *Populus Rom:* LEGEM *jussit de civitate tribuenda*, * l. *Cum populus* REGEM *jussisset*, i. creâsset.

9. Membrum itidem Orationis, Infinitum præser-

tim sæpe poscunt, *Adigo, Veto, Cogo, Prohibeo* Cic. l. 2. de Orat. *Lex peregrinum vetat in murum ascendere* * Id: de Amic: *Acta agimus, quod vetamur,* (subintellige, facere) *veteri proverbio* * Cæs: 7. bell: Gall: *Cum leges duos ex uno familia, vivô utroque non solum Magistratus creari vetarent; sed & in senatu esse prohiberent,* Cic: pro Rab: *Civem Romanum capitis condemnari coëgit.* De *Prohibeo,* vide infr: sub 6. Ord: act: Append: 1. * *Cogo & Adigo* præter Accusativum Personæ admittit sæpe Præpositionem, *Ad,* cum Accusativo *Rei.*

Quartus Ordo Activorum.

Geminus Accusativus post Verbum.

QUÆDAM Verba Activa duos Accusandi Casus post se admittunt, * Cic: pro Treb: l. 7. ep: 21. *Sibi causam te docui.*

Ad hunc Ordinem spectant

Doceo, cum Compositis, *Celo, Flagito, Interrogo, Posco,* cum Compos: *Deposco, Exposco Reposco, Rogo.* * Cic: ad Q. Fr: l. 2. ep: 1. *Racilius me primum sententiam rogavit.* * Id: l. 1. Tusc: *Pusionem interrogat Socrates quædam Geometrica.*

APPENDIX I. Generis P. M. C.

1. *Interrogo, Celo,* sæpe alterius Accusativi locô Ablativū cum præpos: DE, admittunt. * Cic: in Partit: *Si ego te vicissim iisdem DE rebus interrogem.* * Id: l. 7. ep: 20. *Bassus noster me DE hoc libro celavit.*

2. Eodem modô persæpe construuntur *Doceo, Edoceo, Erudio,* cum significant *Monere, Admonere, Certiorem facere.* * Cic: l. 2. de Or: *Ut DE sua quisque re me ipse doceat.* Sal: in Cat: *Senatum edoceat DE itinere hostium.* Cic: Cæl: l. 2. *Obviæ mihi, velim, sint tuæ literæ, quæ me erudiant de omni Reip: statu.*

3. Alioqui *Erudio,* sicut & *Instruo, Imbuo, Informo, Instituo,* Præpositionem *DE,* non admittit. * Cic: Fam:

l. 1.

l. 1. ep: 7. *Lentulum nostrum cum cæteris artibus, tum imprimis* imitatione *tui, fac, erudias,* * Id: pro Dejo: *Quibus ille* studiis *ab ineunte ætate se imbuerat.*

4. *Flagito* quoque *Peto, Posco, Rogo,* & alia ejusdem generis præsertim ex his Composita, sæpe Accusativi locô Conjunctivum cum *UT*, vel Ablativum cum *A*, vel *Ab*, recipiunt per 6tum Ord: Activ: Cic. Phil: 3. *Ut primum senatus libere haberi potuit, semper flagitavi, ut convocaremur.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. *Celo* cum passivè usurpatur, *res celata* etiam in Nominativo poni solet. Ter: Eun: act: 3. *Ubi ubi est diu celari non potest.* * Id: Phorm: act: 5. *Quin, si hoc celatur, in metu sim.* Additur & Dativus sed rarò. Hirt: de bell: Alex: *Quod neque celari Alexandrinis posset.*

2. *Peto* cum duobus Accusativis, nondum, quod meminerim, apud Veteres inveni. Nam quod Plin: l. 3. c. 1. *Petere jura Cordubam*, dixit, figuratum est æquè, ac illud, quod, idem l. 12. c. 5. aliisque locis habet: *petere ad Indos, in Elymeos, in Carmanos, ad Seras, ad Troglodytas &c.* pro, *ab Indis &c.* Sic & Tacit: l. 12. *Experimentis cognitum est Barbaros malle Romam* (pro *Româ*) *petere Reges &c.*

3. Omnibus pænè Verbis præter suos Casus possumus hos Accusativos adjungere *Hoc, Istud, Illud, Idem, Quod, Quid, Aliquid, Siquid, Quiddam, Quidpiam, Quidquam, Nihil, Unum, Multa, Pauca.* * Cic: pro Quint: *Itaque te hoc obsecrat.* * Id l. 1. ad Q. Fr: ep: 1. *Illud te ad extremum & oro, & hortor.* Ter: Andr: act. 1. *Et nunc id operam do.* * Cic: ad Att: l. 7. *Nec te id consulo.* * Id: ad Brut: ep: 1. *Hortare idē per literas Cassium.* Id: Orat: 1. in Catil: *Sin tu, quod jam dudū te hortor, exieris.* Ter: Phorm: act. 4. Quid *malū tua*. Id *refert.* Cic: pro Dejot: *Nec illud tibi succensere* aliquid *suspicere.* Ter: Heaut: act: 4. *Ego domi ero, si quid me voles.* Cic: 1. ad Att: ep: 1: *Ita* quiddam, *spero, nobis profici.* * Id: 3. de nat: Deor:

Deor: *si grando quidpiam nocuit.* Plau: Cap: 3. *Nequi unquam quidpiam me juvat, quod edo domi.* Cic: in Rull. *Beneficio legis nihil utitur.* Plaut: cap: act: 2. *Unum exorare vos, sinite nos.* Cic: in Top: *cum mihi meisq; multa sæpe cavisses.* l. 6. Fam: ep: 13. *Qui multa Deos venerati sunt,* Sal: in Jug: *pro tempore milites cohortatus &c.*

4. *Postulo,* duos Accusativos non videtur respuere. Cic: 2. ad Att: ep: 7. *Orationis autem me duas postulat.* Cum verò alii *à me,* legant, in óto Ordine reposueris.

5. *Erudio,* apud Pöëtas, duos Accusativos admittit. Stat: 10. Theb: *Et quæ te leges, præceptaq; fortia belli erudiit genitrix &c.* Sic interdum & Ovidius.

Quintus Ordo Activorum.

QUÆDAM Verba Activa præter Accusativum adsciscunt Ablativum.

Huc spectant I. Verba Vestiendi & contraria, v. g. *Induo, Vestio, Exuo, Spolio, Amicio, Calceo, Cingo, Succingo, Convestio, Munio, Orno, Sepio, Sterno, Consterno, Insterno, Tego, Nudo &c.* * Cic: l. 2. de nat: deor: *Oculos natura membranis tenuissimis vestivit, & sepsit.* * Id: l. 5. *Diligentiùs urbem religione, quam mænibus ipsi cingitis.* II. Verba *Implendi,* & contraria v. g. *Compleo, Expleo, Impleo, &c.* Composita, *Satio, Saturo, Augeo, Cumulo, Locupleto, Fartio,* cum Compos: *Exhaurio &c.* III. Verba *Onerandi,* & contraria v. g. *Onero, Opprimo, Exonero, Levo, Premo, Obruo, Deonero.* IV. Verba *Liberandi,* & contraria v. g. *Expedio, Compedio, Solvo,* cum Compos: *Illaqueo, Implico, Irretio, Impedio.* Item *Absolvo, Libero, Alligo, &c.* de quibus sub: 2. Ord: Activ: V. Verba *Privandi,* & contraria v. g. *Fraudo, Prohibeo; Orbo, Abdico, Abstineo, Emungo, Everto, Muto, Commuto, Permuto, Pello, Privo, Viduo, Afficio, Beo, &c.* * Id: pro Flacc: *Metuit, ne L. Flaccus se se scelere alliget.* * Id: l. 3. de Div: *Magistratu se abdicaverunt*

Id:

Id: in Ver: act: 4. *Ne pupillum Junium fortunis patris conetur evertere.* Ter: Phorm: act: 4. *Emunxi argentô senes* Id: act: 5. *Curâ se expedivit* Cic. pro. Mil: *Milo Pop. Romanum maximâ lætitiâ affecit.*

APPENDIX I. Generis P. M. C.

1. *Solvo* cum de pecunia sermo est, præter *Accusativum* significantem pretium, Ablativum rei venalis postulat cum Præpositione *Pro*, & ad 3. Ordinem spectat * Cæs: l. 1. Bell: Civ: *Militibus pecuniam pro his rebus solvit* * Cic: in Ver: act: 2. *Pro frumento nihil solvi omnino*, Sæpe alteruter Casus desideratur. * Cic: pro Flac: *Invitè solverat Castritio pecuniam.* Id: l. 1. ad Att: ep: 2. *Misimus, qui pro vectura solveret.* CUM hujus Verbi usus inciderit, Polonus tyro habeat in mente Patrium vel Latinum; DO, *daie*, & ad ejus normam efferat Latinè *Salvo*, v. g. *dedi pro gladio* 10. *aureos*, sic ergo & *Solvi &c.* non omnino quidem infallibile, magnum tamen est adjumentum pro tyronibus.

2. *Impleo* & *Compleo*, etiam Genitivum admittunt * Cic: l. 9 ep: 18. *Ollam denariorum implere non potes.* Liv: l. 1. *Adolescentes suæ temeritatis implevit.* Plaut: Mænach: *Parasitus me complevit flagitii & formidinis.* SED Ablativus usitatior est, cui etiam Præpositio, DE additur, sed perrarò * Cic: 4. Acad: *De quibus volumina impleta sunt* * Martial: *Hos nisi de flava loculos implere moneta, non decet.*

APPENDIX II. Generis. P. S. C.

1. *Dono, impertio, Aspergo*, Modò ad hunc Ordinem spectant; Cic: Cor: *Eum Pompejus civitate donavit*, Ter: Eun: act: 2. *Plurimâ salute Parmenon m... suum impertit Gnato*, Cic: pro Planc: *Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis istis.* Modò ad 3. Ord: Activorum, * Cic: pro Sext: Rosc: *Non pauca suis auditoribus large effuseq; donabat;* Id: act: 3. in Ver: *Dolorem suum nemini impertiebat*, Id: pro Cluent: *Ipse guttam aspergit huic Balbo.* 2.

2. *Augeo, Levo*, RARIUS ad Tertium, Cic. l. 1. ad Att: ep: 12. *Literæ tuæ auxerunt mihi dolorem.* Id: in Orat: *Quem laborem nobis levavit Attici nostri labor.* 2. Tusc: *His levabat metum nobilitas mortis*, SÆPIUS ad Quintum hunc Ordinem referuntur, Cic: 2. de leg: Agr: *Ut Syllanos possessores divitiis augeatis.* Id: l. 3. ep: 12. *leva igitur me hoc onere.*

3. *Induo*, CUM est Verbum *vestiendi*, efferri potest & PER 1. Ord: Activorum. * Ter: Eun: act: 4. sc: 1. *dedit hanc mihi vestem, meam ipse induit.* Plaut: Cæl. *Otiosissimus sum omnium, qui vivunt, loricam induam.* ET per Tertium. * Cic: 2. de Fin: *Ex ejus spoliis sibi & torquem, & cognomen induit.* * Liv: l. 36. *Nobis pii ac justa induerunt arma.* Plin: l. 30. c. 1. *Pessimum vitæ scelus fecit, qui annulum primus induit digitis.* Et per Quintum. * Curt: *Deposita veste quam habebat, Arabicâ induitur.* * Tacit: l. 15. *Animum bonis artibus non indueret.* CUM verò, *Induo* idem significat, quod *involvo, immitto, infigo*, eleganter *Dativum*, vel *Accusativum*, rei cum *In*, adsciscit. Cæsar, 7. belli Galli. *Se ipsi acutissimis vallis induebant.* * Ib: *Aut se stimulis inopinantes induebant, aut in scrobes delati transfodiebantur.* Cic: 4. in Verr: *Hic videte, in quot laqueos se induerit.* Id: 2. de Div: *Quum autem se in nubem (i, vapores) induerint.* Sic verò etiam cum est *Verbum vestiendi* pereleganter effertur, sed fere à Poëtis tantùm. Virg: Geor: 1. *Contemplator item, cum se nux plurima sylvis induet in florem.* Æn: 7. *Quos hominum ex facie Dea sæva potentibus herbis induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.*

4. *Exuo* ad *primum*, vel *quintum* sæpissime, ad *tertium Ord:* rarò spectat. Sen: ep: 31. *Sapientia vanitatem exuit moribus.* * Ovid: 7. Met: *Jam dudum vincula pugnat exuere ipse sibi.*

Sextus Ordo Activorum

Ablativus cum, A, vel Ab, præter Accusativum.

QUÆ-

QUÆDAM Verba Activa Ablativum cum præpositione *à* vel *ab*, præter Accusativum postulant. Huc spectant I. Verba Petendi v. g *Peto, Quæro, Contendo Exigo, Flagito, Efflagito, Postulo, Expeto, Posco, Deposco Exposco. Reposco, Repeto &c.* * Cic: 2. Tusc: *à te operam petimus,* Act: 6. in Verr: *Flagitat abs te filium.* l. 2. de Orat: *Quò facilius id à te exigam, quod peto, nihil tibi à me postulanti recusabo.* II. Verba Auferendi v. g. *Aufero, Abduco, Abstraho, Abripio, Eripio, Surripio, Avello, Avoco, Abrado, Abalieno, &c.* III. Verba Removendi, v. g. *Arceo, Repello, Absterreo, Deterreo, Averto, Amoveo, Abigo, Pello, Defendo, Prohibeo.* IV. Verba Abstinendi, v. g. *Abstineo, Contineo, Refreno, Cohibeo, Impedio, Retraho &c.* V. Verba Accipiendi, v. g. *Accipio, Audio, Disco, Capio, Colligo, Conduco, Emo, Redimo, Haurio, Exhaurio, Reporto, Sumo.*

APPENDIX I. Generis P. M. C.

1. Cognoscendi Verba; ut, *Cognosco, Agnosco, Audio, intelligo, Conjicio, Disco,* Præpositionem. *Ex,* recipiunt Cic: l. 2. ep: 11. *Ea certissima putabo, quæ ex te cognovero.* Id: de Or: *Sæpe ex socero meo audivi.* 9. Att: ep: 8. *Intelliges ex literis Balbi.*

2. Horum normam imitantur & alia quædam hujus ordinis. * Cic: in Verr: *Quæro illud etiam ex te,* Id: de Sen: *Poma ex arboribus, si cruda sunt, vi avellentur.* TALIA imprimis sunt, quæ ex præpos: *Ex* componuntur; ut, *Expello, Eripio, Ejicio, &c.* * Cic: pro Mil: *Ex Urbe expelli, exterminari, ejici.*

3. Quædam hujus *Ordinis* etiam ad *Tertium* referri possunt; ut, *Surripio, Eripio, Aufero.* * Cic: pro dom: *Clodius pecunias consulares,* à Senatu *abstulit.* Id: Or: in Verr: *Id tu mihi eripuisti; atque abstulisti.* Id: 1. Off: *Sunt autem multi & quidem cupidi splendoris, & gloriæ, qui eripiunt* ab aliis, *quod aliis largiantur.*

4.

4. Quædam Præposit: *DE* admittunt. Cic: pro Corn: *Audivi de Parente meo puer*, Pro Sex: Rosc; *Bona hujus de L. Sylla emisse se dicit*, Ter: Eun: *Ut sibi liceret discere id de me.* Cic: 2. Acad: *Quæsivi de Zenone.* De Clar: Or: *Tu quidem de fæce hauris, &c.* Pro: *a parente, à Sylla, à me, à Zenone &c.*

5. *Pello, Libero, Prohibeo, Exhaurio*, & ad hunc, & ad superiorem Ord: spectare possunt. * Cic: pro Mil: *Pompejum pellere possessionibus conatus est.* Ter: Eun: *Istum æmulum ab ea pellito.* Cic: in Catil: *Magno me tu me liberabis.* * Id: de univ: *Deus motum cœli ab omni errore liberavit.* Id: ad Att: ep. 3. *Facilè operas aditu prohibuerunt.* Cæs: Bel. Civ: *Hoc omnes à contumeliis militum convitiisque prohibet;* Cic: in Pis: *Civitates bonis sunt exhaustæ.* Id: de leg: Agr: *Cum omnem pecuniam ab ærario exhausissetis.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. *Abstineo* (quod & cum Accusativo tanquam Activum, & sine Accus: tanquam neutrum usurpari potest,) modò cum *A* vel *Ab*, modò solum Ablativum admittit. Cic: de fin: *Ne malum habeat, abstinet se ab injuria*, l. 7. ep: 21. *Qui me ostreis, & murænis facilè abstinebam.* * Liv: l. 1. *Urbe validâ ac situ ipso munitâ abstinuit &c.* PASSIVE, in tertiis potissimùm Personis, vel impersonaliter usurpatur. Cic: act: 5. in Verr: *Nihil ægriùs factum est, quàm ut marus ab illo abstinerentur.* Liv: l. 4. *Dictator per præcones edicere jubet, ut ab inermi abstineatur.*

2. *Defendo*, sæpe hujus est Ordinis. Cic: pro Font: *à quo periculo defendite Civem fortem.* POETÆ illud etiam ad 3tium Activorum referunt. * Vir: Ecl: 7. *Solstitium pecori defendite.* Hor: l. 1. Ode: 7. *Defendite æstatem capellis*, i. *capellas ab æstu, peccus à solstitio defendite.*

3. *Mutuo*, i. *mutuum accipio*, ad hunc Ord: quidam referunt, vide sub: 3. Ord: supra Append: II. n. 1.

DE

DE CONSTRUCTIONE *VERBI PASSIVI.*

CAPUT IV. P. S. O. I. C.

VERBUM Passivum postulat *post se* Ablativum, cum, *a* vel *ab*, factum ex Nominativo verbi activi, ante se autem Nominativum, factum itidem ex Accusativo activi Cic: l. 6. ep: 5. *Liber tuus & lectus est, & legitur à me diligenter, & custoditur diligentissimè.*

2. Quare cum Verba Activa Passivè permutantur, primò, Accusativus in Nominativum migrat: *secundò,* Nominativus vertitur in Ablativum cum Præpositione, *a*, vel *ab*, v. *legi librum tuum.* Passivè. *Liber tuus lectus est è me.* Cæteri Casus integri manent.

3. Cum Ablativus est rei inanimatæ fere Præpositio supprimitur. * Cic: 1. Tusc: *Sæpe enim videmus, fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur.*

4. Quando Recti Persona in se ipsam agit, Accusativus Ablativô mutatur, Rectus manet, v. g. *Me ipsum delusi infelix.* Passivè, *à me ipso delusus sum infelix.* Latini tamen talia Activè efferre malunt.

PASSIVA PRIMI ORDINIS.

Amor, Capior, Diligor, Eligor, Fallor, Gubernor, Honoror &c.

SECUNDI ORDINIS.

Absolvor, Accusor, Damnor, &c. * Cic: pro Cluen: *Majestatis absoluti sunt multi.*

TERTII ORDINIS.

Adhibeor, Tribuor, Concedor, &c. Cic. ad Oct: *Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quàm quæ sunt salutaria.*

QUARTI ORDINIS.

Doceor, Flagitor, Moneor. &c. * Cæſ: bel: Civ: l. 1. *Pet. ejus atque Afranius cum ſtipendium ab legionibus pœnè ſeditione facta flagitarentur.*

Nota hic; ubi Verbum Activum poſtulat geminum Accuſativum mutatur in Nominativum is, qui præſtantior eſt, hoc eſt, qui *Perſonam* ſignificat v. g. *Doceo Antonium literas*, Paſſivè *Antonius docetur à me literas.*

Etſi autem Verba *Veſtiendi* Activa voce cum gemino Accuſativo non legantur, *Induor* tamen cum Accuſativo *Rei* apud Hiſtoricos ac Poëtas legitur. * Cur l. 10. *Veſtem fratris eam ipſam, quæ in ſella erat, induitur.* 2. Andr: *Androgei galeam, clypeique, inſigne decorum induitur.* Oratores Accuſativi hujus locô Verbis, *Induor, & Exuor*, Ablativum tribuunt. Cic: l. 1. ad Att: *Vir indutus muliebri veſtitu.* Tuſc: 1. *Mens exuta vitiô.*

QUINTI ORDINIS.

Exuor, Induor, Privor, &c. Cic: pro Rab: *Demetrius aſpide ad corpus admotâ, vitâ privatus eſt.*

SEXTI ORDINIS.

Audior, Emor, Quæror, Arceor, Abſtineor, Avocor, &c.

APPENDIX I. Generis P. M. C.

Cum Verba Activa poſt Accuſativum admittunt Ablativum Perſonæ cum Præpoſ: *à*, vel *ab*, ſi Activa Paſſivis permutantur, perturbatur ſenſus; ut. *Auſero, à te veſtem, Accipio à te literas.* Paſſivè *Veſtis auſertur à me à te, Literæ accipiuntur à me à te.* Ut ergo ambiguitas vitetur, aut à Paſſiva locutione ſuperſedendum; aut ſic loquendum eſt. *Veſtis auſertur à me tibi, literæ tibi à me accipiuntur.* Quod potiſſimùm in his ſere verbis obſervandum videtur; *Accipio, Auſero, Surripio, Extorqueo, exigo, & aliis hujuſmodi.*

AP-

APPENDIX II. Generis P. S. C.

Verba Passiva nonnunquam pro Ablativo cum *à* vel *Ab*, more Græcorum, Dativum admittunt. Cic: de Clot: *Auditus est nobis Lælii, Caji filii, sæpe sermo.* Id: l. 6. ep: 6. *Notantur mihi ad divinandum signa.* Ovid: de Pont: *Cum toties eadem repetam, vix audior ulli.* Frequens id apud Poëtas, Oratores non ita.

2. Interdum Accusativum addita Præpos: *Per* pro eodem Ablativo recipiunt. Cic: ad Att: ep: 9. *Id assequetur, si per Prætores Consules creentur,* Id: de somn: *Cognomen tibi per te p rtum.*

DE CONSTRUCTIONE *VERBI NEUTRIUS*

CAPUT V. P. S. O. I. C

Proceditur Ordine Casuum, Exceptò, Vocativò

Primus Ordo Neutrorum.

Utrinque Rectus.

OMNE Verbum Neutrum præsertim verò *Substantivum* & *Absolutum*, utrinque Nominativum habere potest, cum utrumque Nomen ad eandem rem pertinet. Ter Phor: act: 4. *Senectus ipsa est morbus.* Cic: 4. ad Att: *Ego vivo miserrimus* Liv: l. 1. *Justè pièq; legatus venio.* Ter: Andr: *Redeo inde iratus atque ægrè ferens.*

Huc spectant Verba; *Sum, Vivo, Venio, Eo, Ambulo, Curro, Incedo, Occido,* penultimâ correptâ, *Sto, Vado, &c.*

APPENDIX I. Generis P. M. C.

1. Non solum Verba Neutra, sed & omne Verbum Personale Finiti modi utrinque Nominativum habere potest, cum utrumque Nomen ad eandem rem pertinet:

net: * Cic: 2. de Off: *Liber, qui inscribitur, Lælius.* Id: Phil: 2. *Defendi Remp: adolescens, non deseram senex.*

2. Si duo illi Recti non sint ejusdem numeri, verbum concordat cum eo, qui est basis & fundamentum orationis. Lucan: l. 9. *Sanguis erant lachrymæ,* Plin: l. 33. c. 3. *Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ.*

3. Huc spectat Verbum *Videor* quod personaliter usurpari, ac utrinque Rectum ejusdem numeri & personæ habere debet Cic: 1. Acad: *Tu verò bene meritus mihi videris de tuis civibus.* 2. ad Att: ep: 1. *Illa tuâ horridulà mihi atque incompta visa sunt.*

4. Nec Recti isti in Accusativos migrare debent etiamsi *Videor*, Verborũ Infinitis jungatur. ad Att: ep: 12. *Amens mihi fuisse videor.* 2. in Catil: *Videor mihi hanc urbem videre concidentem.* Id: Philip: 2. *Nescio quid turbatus mihi esse videris.*

5. Eandem rationem sequuntur & alia Passiva Verba, quæ *Vocativa* appellantur; ut, *Appellor*, *Vocor*, *Nuncupor*, *Nominor*, *Dicor*, Præterea *Habeor*, *Putor*, *Existimor*, *Æstimor*, *Judicor*, *Trador Perhibeor*, *Feror*, *Credor*, & si quæ sunt, similia. Cic: ad Att: ep: 17. *Dejotarus ab Senatu Rex appellatus est*, & l. 1. ep: 1. *Cæsar captus putatur.* & Fam: l. 5. ep: 11. *Dalmatæ semper habiti sunt bellicosi*, Suet: Tib: 61. *Parsurus creditur.*

6. Idq; etiam Infinitis Verborum adjuncta. Cic: l 3. de Or: *Septem fuisse dicuntur uno tempore, qui Sapientes & haberentur, & Convocarentur.* Tusc: 4. *Morbi animorum difficiliùs evelli posse putantur.* ad Att: 2. ep: 1. *Thermus cum Sylano contendere existimatur.* Pro Sext: *Aristides unus omnium justissimus fuisse traditur.*

APPENDIX II. Generis P S C.

1. *Videor* semel duntaxat impersonaliter à Cicerone usurpatum est, l. 5 Tusc: *Non mihi videtur ad beate vivendum satis posse virtutem*; singulare, nec imitandum.

2. Si verò non opinationem aut imbecillem assensionem, sed firmum animi placitum, opportunitatémve significet, impersonaliter ponitur Cic: de Sen: *Nunc mihi visum est, de senectute ad te scribere*; i. *nunc mihi placuit, constitui, opportunum duxi &c.* TUNC VERE si Infinitum desideretur, è proximo suppletur. Att: l. 12. ep: 28. *Eiq; de mancipiis, quæ tibi videbitur.* (i. attribuenda esse,) *attribuas*, Et ep: 28. *Pueros attribue ei, quot, & quos videbitur.* pro R: b: *Ut Consules adhiberent Tribunos, quos eis videretur.* Cæs: l. 4. bell. Gall: *Ad hæc, quæ visum est* (sc: respondere) *Cæsar respondit.* Cic: act: 4. in Verr: *Senatus permisit, ut Quæstores legem his rebus quam ipsis videretur*, (s. edicendam esse) *edicerent.* Imò hac significatione etiam Subjunctivo adhæret. Cic: Fam: l: 8. ep: 5. *Visum est, ut te facerem Certiorem.*

3. *Dicitur, Creditur, Putatur, Fertur*, & similia rarò impersonaliter. Ter: Andr: act: 5. *In hac habitâsse platea, dictum est Crysidem.* Cic: de amic: *Tarquinium dixisse fertur.* In libris emendatis, legitur *ferunt.*

4. Quædam Verba, quibus voluntatis prosecutio aut fuga significatur & alia pleraque sine Accusativis. *Me, Te, Se, Nos, Vos*, Infinitis adjungi, & Rectum utrinque habere possunt, cum utrumque Verbum (Finitum sc: & Infinitum) ad eandem Personam pertinet. Cic: pro Marc: *Malim videri timidus.* Id: de nat. deor: *Nolò esse longior*, Ter: Adelph: *Meditor esse affabilis.* Si tamen Sex illis Accusativis, *Me, Te, Se, Nos, Vos, illos* (non enim illos hæc Verba respuunt.) antecedat, & sequatur, necesse est. Cic: 1. in Catil: *Cupio me esse clementem.* 3 Offic: *Malitia vult videri se esse prudentiam.*

Contra pleraq; Verba, quibus necessario Accusativi illi pereunt, interdum Nominativus post Infinitũ sequitur apud Poëtas Græcorum more, etsi in eadem Persona subsistit oratio. ID VERO potissimum fit in Ver-

Verbo *Sum.* Lucan: l. 9. *Tutúmque putavit jam bonus esse socer.* Catull: Epigr: 4. *Phasellus ille, quem videtis hospites, Ait fuisse navium celerrimus.* Ovid: 3. Met: *Sed enim quia retulit Ajax esse Jovis pronepos.* Hor: l. 3. od: 27. *Uxor invicti Jovis esse nescis?* ET in nonnullis aliis Id: l: 1. ode: 1. *Filius Majæ patiens vocari Cæsaris ultor:* Id: l. 1. ep: 5. *Patiarque vel inconsultus haberi* Orator dixisset *se bonum esse soterum,* & cætera eodem modò.

Secundus Ordo Neutrorum.

Genitivus post Verbum

QUÆDAM Verba neutr: post se Genitivum postulant. Cic: Att: l. 7. ep: 26. *Egeo consilii.* Id: Phil: 7. *Hoc bellum indiget celeritatis.* Terr: Heaut: act: 1. *Clytia suarum rerum satagit.*

Huc spectant, *Egeo, Indigeo, Memini, Satago,* & *Sum,* cum possessionem significat. Cic: l. 2. ep: 13. *Jam me Pompeji totum esse scis.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. *Memini* pro *Recordor* tum Accusativum, tum Genitivum postulat: Cic: de Sen: *Omnia quæ curant senes, meminerunt.* Ter: Eun: act: 4. *Faciam, ut hujus loci, dieiq; meiq; semper memineris.* Interdum Ablativum cum *DE,* Cic: l. 15. Att: ep: 26. *Meminero de omnibus, quæ te velle suspicor,*

2. Cum significat, *mentionem facio,* cum Genitivo vel Ablativo & Præp: de jungitur. Quint: l. 21. *neque omnino husus rei meminit unquam Poëta.* Id: Ib: *De quibus multi meminerunt.*

Tertius Ordo Neutrorum.

Dativus Post Verbum.

VERBA Neutra quæ *Auxilium, Commodum, Incommodum: Favorem, Studium, Obsequiū, Obedientiam,*

em, Submissionem, Repugnantiam, significant. * ITEM Composita ex Neutris & Præpositionibus, *Ad, Con, In, Inter, Ob, Præ, Sub.* * ITEM *Sum,* cùm *habere* significat, Dativum postulat. Cic: de Prov: Cons. *Non parebo dolori meo, non iracundiæ serviam.* Id: de Amic: *Peccatis indulgens præcipitem amicum ferri sinit.* * Id: in Verr: a&: 5. *Homini jam perdito, & collum in laqueum inferenti subvenisti.* Id: in Pis: *Quisnam tibi in Curiam venienti assurrexit?* Liv: I. 9. bell: Pun: *Intervenit majori minor cogitatio Locros urbem recipiendi* * Cic: de Clar: Or: *Jam tunc erat honos eloquentiæ.* Id: pro sext: Rosc: *Quo cum mihi erant omnes amicitiæ necessitudines.*

Ad hunc ordinem spectant.

Absum, pro, *Desum, Acclamo, Accubo, Accumbo, Accresco, Accedo tibi.* pro, *Assentior? Accedit hoc meis malis, dolori laboribus &c.* pro. additur *Acquiesco, Adhæreo, Adhæresco, Allaboro, Adequito, Adjaceo, Adno, Adnato, Adsum; Affulgeo, Antecedo, Antecello, Anteeo, Antesto, Anteverto, Appareo, Applaudo, Appropinquo. Arrideo, Assentio, Asservio, Assisto, Assideo, Assuesco, Assuefio, Assurgo, Attendo, Ausculto,* pro, *morem gero;* Cic: pro Rosc: *Mihi ausculta. Benecupio Benevolo, Benedico; Benefacio, Benignefacio Caveo. Confido, Consentio, Congruo, Consono, Consuesco. Consulo. Commodo,* pro, *Prosum, Cedo,* & *Concedo,* pro, *locum do, Detraho,* i *Obtrecto, Debeo Despero Deservio, Desum. Displiceo; Discrepo, Dissentio, Diffido Doleo,* Plaut: Most: *Cor, mihi dolet, Deficio, Excello, Faveo, Fido, Hæreo, Illudo, Immineo, Impendeo, Incommodo, Insum, Insulto, Indulgeo. Inhio, Inservio, Insurgo, Insisto, Ignosco, Illacrimo, Indormio, Incubo, Incumbo, Innitor, Illuceo, Imporo,* pro *Decipio, Defraudo, Inhæreo, Ingemisco, Invideo, Innuo. Insto, Insuesco, Insideo, Intervenio, Intercurro Interjaceo, Intersum, Intercedo,* i, *oppono,*

no, me, ut impediam *Interdico* i, *Veto*, *Maledico*, *Malefacio*, *Metuo*, amicè cùm nos dicimus, *boię się o*, v. g. *boię się o was*, Metuo vobis; *Nubo*, *Noceo*: *Obedio*, *Obequito*, *Obsecundo*, *Obsisto*, *Obsto*, *Obstrepo*, *Obsum*, *Obrepo*, *Obtempero*, *Oblecto*, *Occurro*, *Occurso*, *Officio*, *Pareo*, *Placeo*, *Præsto*, i, *Antecello*, *Præcurro*, *Præeo*, *Præluceo*, *Præsideo*, *Præsum*, *Prosum*, *Provideo*, *Prospicio*, i. *Consulo tibi*, *Proficio*, pro *Prosum*, *Proximo*, *as*. *Recipio tibi* i, promitto; *Resisto*, *Respondeo*. i, *satisfacio* *Reclamo*. *Renuntio*, i nuntium remitto, *Wyrzekam się*, *Repugno*, *Satisfacio*, *Servio*, *Studeo*, *Subjacco*, *Suboleo*, *Subrepo*. *Subservio*, *Subscribo*, i. *assentior*, *Subsum*, *Subvenio*, *Succedo*, *Succenseo*, *Succlamo*, *Succresco*, *Succumbo*, *Succurro*, *Sufficio*, i, par sum, *Supersum*, *Supplico*, *Tempero*, i, *abstineo*, *Timeo*, amicè ut supra metuo. *Vaco*, i, operam do.

APPENDIX I. Generis P. M. C.

1. *Sum* Modo Dativum unum habet. Cic: Att: l. 6. *Nunciat meliùs esse ei*. Ter. Adelph: *Naturâ tu illi pater es*, *consiliis ego*. Modo duos Cic: 3. Att: *Respondebo primùm postremæ tuæ paginæ*, *quæ mihi magnæ molestiæ fuit*. Liv: l. 33. *Vectigalia publica prædæ ac divisui Principibus erant*. Exponitur tunc. *Sum*, per. *Afficio*, *Affero*, *Cedo*, *&c.*

2. *Incumbo*, cùm translatè significat *obnixè alicui rei operam dare*. Accusativum cum Præpositione *In*, vel, *ad*, postulat. Cic: 1. de Or· *IN id studium*, *in quo estis*, *incumbite*, l. 10. ep: 10. *Mi Plance*, *incumbe toto pectore* ad *laudem*, & l. 12. ep: 24. *Te hortor*, *ut omni curâ in Remp: incumbas*. Propriè verò significat, *Inniti*, & Dativum amat: Ad Her: l. 1. *Ajax gladio incubuit* Quint l. 9. c. 3. *Incumbere illi*, *non in illum*, *jam dicitur*. *Quanquam etiam rectè antea dixêre Vetustiores Incumbere in gladium*. Cic: *In scuto* Liv.

3. *Consulere alicui*, non significat, *consilium dare*,

sed

ſed *proſpicere*, ſeu *providere alicui*, nobis ſonat, *mieć ſtáranie o kim*, *radzić o czym obraniać*, *ratować*: Cic: 4. Catil: *Conſulite vobis*, *Proſpicite Patriæ*. Att. l. 2. ep: 34. *Saluti ſi me amas conſule*. Et l. de Offic: *Paci ſemper eſt conſulendum* * Admittit & Ablativum cum Præpoſ: *de*, hac ſignificatione, ſed rariùs. Cic: pro Sylla, *Neque ego tantùm fraterno amori dandum arbitror ut quiſquam de ſalute ſuorum conſulat, communem relinquat* Id: Att: l. 7. *Aliter enim mihi de illis, ac de me ipſo conſulendum eſt*.

4. Cùm, *ſtatuere*, *ſeu decernere de aliquo tractare aliquem*, ſignificat Modò Ablativum cum Præpoſ: *De* admittit. Liv: *De nullis enim quam de vobis acerbiùs conſuluerunt*, i. *vos tractare ſtatuerunt* * Modò Dativum Perſonæ cum Accuſativo rei habet. Plaut: Perſa. *Certò illi homines mihi neſcio quid mali conſulunt*.

5. *Conſulere aliquem*. ſignificat *Conſilium ab aliquo petere*. Cic: act: 1. in Verr: *Nunc ego judices, jam vos conſulo, quid mihi faciendum putetis*.

6. *Antecedo*, *Antecello*, *Anteeo*, *Anteſto*, *Anteverto*, *Antevenio*, *Præcedo*, *Præcurro*, *Præeo*, *Præſto*, dandi vel accuſandi Caſum admittunt Cic: 4. de Finib: *Virtus tantùm præſtat cæteris rebus ut dici vix poſſit*. Liv: l. 8. bell: Mac: *Robore navium &c. virtute militum Romani longè Rhodio præſtabant*. * Ex his *Antecello & præſto*, frequentiſſimè Dativo: *Antevenio & Præcedo*, ſæpiùs Accuſativo junguntur.

7. *Interdico tibi hac re*, vel *hanc rem* dicimus Cæſ: l. 1. de bell: Gall: *cùm Ariovistus omni Gallia Romanis interdixiſſet* Liv: 4. Belli: Maced: *Fæminis duntaxat uſum purpuræ interdiximus* Interdico igitur cum Dativo & Accuſativo Activum eſt Tertii Ord. ſine Accuſativo Neutrum, quod ſæpe Impersonaliter, Paſſivè uſurpatur, * Cic: Phil: 6. *Tanquam ſi illi aqua & igni interdictum ſit*.

8. Quædam hujus Ordinis ſæpè *ad primum* ſæpè

ad tertium Activorum transeunt. talia sunt, *Metuo*, *Caveo &c.* Ter: Eun: act: 4. sc: 6. *Quod cavere possis, stultum est admittere*, Cic: 1. Off: *Caveant intemperantiam meminerint verecundiæ*, * Cato de re rust: c. 5. *scabiem pecori caveto*, Plaut: penul: *Metuo amori meo moram.* INSUPER *Metuo & Caveo* etiam Ablativum cum *A* vel *Ab*: recipiunt l. 1. ad Heren: *Ab inimico sibi pericula metuebat.* Plaut: Pseud: *Cavendum est mihi abs te irato*, *Invideo*, vide infra Append: sequ: n: 5.

9. *Parco* i, *veniam do*, & *Ignosco*, Accusativum respuunt, illo igitur si opus sit, ad Verbum *Condono*, vel *Remitto*, ac similia confugiendum est. Cic: pro Mil: *Crimen hoc nobis condonetis*, l. 5 Fam: ep: 10. *Meam animadversionem remitto tibi & condono.*

10. *Debeo*, cum solo Dativo Personæ hujus est Ordinis, Cic: l. 1. ep: 1. *Authoritatem minorem habemus, quòd tibi debemus*, & l. 10. ep: 10. *Perfice ut ne minùs Resp: tibi, quàm tu Reip: debeas.* * Additó Accusativó *rei*, Activum est, Plaut: Bacch: *Ducentos Philippos hospes debuit nostro seni* Cic: pro Syll: *Reliqua jam à me perpetuæ naturæ debentur.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. *Vaco*, pro *Operam do*, sæpe cum Dativo Quintil: l. 12. c. 1. *Ne studio quidem operis pulcherrimi vacare mens, nisi vitiis libera potest*; Plin: ep: 49. *Solutus cæteris curis huic uni vacat.* Sen: eP: 27. *Jam te ipse monuisti ideo aliorum emendationi vacas.* apud Ciceronem fere significat, vacuum esse, & Ablativo jungitur per quintum Ord: Neutr: 1. Off *Nulla vitæ pars vacare officiò potest*, & l. 6. ep: 3. *Nec angar ulla re, cum omni vacem culpa.*

2. *Adsum Desum*, & alia è *Sum* Composita sæpe alios Casus Præpositionum beneficiò recipiunt; ut, *tin concione non adfuisti &c.* Cic: pro Planc: *In Antonio ornatus non defuit.* 3. de Or: *In convivio inter-*

fuit

fuit, &c. Sic *abesse à culpa, ab oculis, à domo & alia* apud Cic: * *Absum* tamen si Dativo jungatur, *deesse* significat Cic: 2. de leg: *Abest historia literis.* 2. de Cic: *Quid huic abesse poterit ad maximarum rerum scientiam?* Pro Balbo, *Quid abest huic homini?* Varr: 2. de re rust: c. 2. *Si cui vetustate dentes absunt.*

4. *Despero, Illudo, Deficio, Attendo, Insulto,* Dativum vel Accusativum adsciscunt Cic: in Pis: *Quid tu desperans rebus tuis in sordibus luctuq; jacuisti?* Cæs: l. 1. bell: Gall: *Desperare fugam,* Cic: pro Domo: *Hic Illudit authoritati vestræ,* Ter: Phorm: act: 3. *Satin? superbè illuditis meo?* Cic: pro Flac: *Non animus eis sed vires deficiunt.* Id: pro Cæl: *Dies me jam deficiet.* Svet: in Galb: c. 5. *Inter liberales disciplinas attendit & juri.* Cic: pro Syll: *Me dicentem attendite,* Liv: l. 1. *Satis illum diu insultâsse bonis.* Ter: Eun: act: 2. *Istas fores calcibus insultabis frustra.*

Ex his: *Attendo* & *Deficio,* sæpissimè; *Insulto* rarò admodum Accusativo copulatur.

5. *Invideo* olim activè usurpabatur cum solo Accusativo sive *Rei,* sive Personæ: unde vetus Pòéta, 3. Tusc: *Florem quisnam liberum invidet meum;* ubi Cicero, *ut videre,* inquit, *si invidere FLOREM rectiùs, quam FLORI dicimus,* non usu prohibemur, Ovid: ep: 13. *Troadas invideo,* Hinc apud Hor: in Arte, *Invideor* Passivè; hinc & Participium *Invisus.* * Modò *Invideo,* ad hunc, vel ad 2dum Ord: Activorum spectat.

5. *Inservio, Noceo,* cum Accusativo Personæ obsoleta sunt Plaut: Most: *Si illum inservires solum.* Id: Mil: *Jura te non nociturum esse hominem*

6. *Servio,* id est. *Servum ago.* partim absolutè, partim cum communibus duntaxat casibus usurpatur: Cic: l. ep: 1. de Inv: *Populum Rom: servire, fas non est* Id: Accio. *Cato ipse jam servire, quàm pugnare mavult* Id: de Orat. *Si quis apud nos servisset ex populo fœderato.* * CUM verò significat *Commodare,* dogadzać

dzáć, *Studere*, ſprzyiać, *operam dare*, *conſectari*. Dativo jungitur Cic: pro Plane. *Honores ſi magni non putas, noli ſervire Populo.* Id: pro Cæl: *Ut in alterius dolore. vel pietati vel indulgentiæ veſtræ ſerviatis.* Id: de Or: *Serviendum eſt brevitati, vel venuſtati* Id: l. 14. ep: 2. *ut id quod ſperas & quod agis. conſequar, ſervi valetudini. Sic, ſervire tempori, ſcenæ poſteritati &c.* apud Cic: & alios.

7 *Studere*. cum Dativo eſt. *operam dare*. Cic: 2. de Or: *Cui gloriæ, cui virtuti ſtudes?* VEL *favere ſive affectari* Id: pro Cæl: *Studuit Cælius Catilinæ*. * Cum ſignificat, *Affectare cupere* etiam Accuſativo jungitur Id: poſt red: in Sen. *Cum literas ſtudere incipit, tum eſt Epicureus.* Id: l. 5. de Fin: *Ut illud ipſum quod ſtudet facere poſſit ornatius*, Phil: 6 *Unum ſtudetis omnes.* Ter: Andr: act: 1. *Horum ille nihil egregie ſtudebat.* Niſi fortaſſe hi duo poſtremi Accuſativi ſint communes ex illis, de quibus ſupra ſub 4. Ord: Act: App: 2. n. 3. * Olim cum Genitivo, unde Pöëta vetus 3. de nat: deor: *Qui te non amet, nec ſtudeat tui* Obſoletum.

8. *Nubo*, cum Dativo Pro Cluen: *Aurio conſobrino ſuo nupſit.* * Et cum Ablativo ac Præpoſitione *cum*, Id l. 15. ep: 13 *Quo cum eſſet nupta Regis Armeniorum ſoror.*

9. *Diffideo* & *Diſcordo*, *ab aliquo*, vel *cum aliquo* Dicimus Sic. *Diſcrepo* & *Diſſentio*, quorum exempla cum Dativo ſingularia ſunt Cic: 3. de Or: *Ipſi ſibi ſinguli diſcrepantes.* Sen: ep: 20. *Ne orationi vita diſſentiat.*

10 *Advigilo*, *Adgemo*, *Adſono*, *Immurmuro*, *Invigilo*: *Indoleo*, *Obambulo*, *Obmurmuro*. & Similia Pöëtarum fere propria cum Dativo. Stat: 1. Theb: *Advigilantia ſomnis pila.* Id: Theb: 11. *Loquenti adgemit.* Ov: 3 Met: *Plangentibus adſonat.* Virg: 4 Georg: *Sylvis immurmurat.* Ib: *victu* (i victui) *invigilant*,

Ovid:

Ovid: Trist: *Indoluisse malis*. Virg: 3. Georg: *Gregibus obambulat*. Ov: ep: 17. *Precibus obmurmurat*.

II. *Certo, Bello, Pugno, Concurro, Contendo, Colludo, Discordo, Dissideo, Differo, Disto, Occumbo*, & alia à Poëtis Dativo; ab Oratoribus, aliis Casibus tum Propriis, tum Communibus junguntur Virg: Ecl: 3. *Solus tibi certet Amyntas*. Ov: 12. Met: *Hosti concurrere*. Hor: l. 2. ep: 12: *Quantum discordet parcus avaro*. Id: ad Pis: *Tragico differre colori*, Id: l. 4 od: 9 *Distat inertiæ*. 2. Æn: *Occumbere morti*. * Orator: diceret. *Tecum certet, cum hoste concurrat* &c. *Occumbere mortem*, vel, *morte* &c.

Quartus Ordo Neutrorum.

Accusativus post Verbum.

QUÆDAM Verba Neutra post se Accusandi Casum postulant.

Hujus Ordinis sunt I. quæ ad rem rusticam spectant. v. g. *Aro, Puto*, obcinam, *Rigo, Sero, Ablaqueo, Colo, is*, & *as*; *Fodio, Meto, Occo, Pastino, Repastino, Planto, Sarrio, Semino, Stercoro, Vanno, Vindemio*, &c. Cic: 1. Tusc: *Serunt arbores, quæ alteri sæculo prosint*. II. alia nonnulla, v. g. *Calleo, Exhalo, Oleo, Redoleo, Horreo, Exhorreo, Exhorresco, Perhorresco, Inclamo, Anhelo, Maneo*, pro. *Exspecto, Sapio, Desino, Memini, Odi, Novi*, & alia quæ Accusandi casum postulant, sed Passivè in Primis & Secundis Personis non vertuntur, Ter: Adelphi act: 5. *ego illius sensum pulchrè calleo*. Cic: 9. Att: *Ingrati animi crimen horreo*. Ad Heren: 4. *Anhelans crudelitatem*, Philip: 2. *Cujus te fatum manet*, Plaut: Persa: *Ego rem meam sapio*.

APPENDIX I. Generis P. M. C.

Huc item spectant Verba, quibus vel res, quam ipsamet illa significant, in Accusativo additur, v. g.

Cur-

Curro cursum 2. de leg: Agr: *Servio servitutem*, Plaut: Mil: *Ludere lusum*. Ter: Eun: *Nocere noxam*. Liv: l. 9. *Pugnare pugnam*. Plaut: Pseud: *Vivere vitam*, *Ridere risum &c.* vel * Accusativus mensuræ, qua rem actionémve Verbo significatam metimur. Cic: 2. Off: *Qui stadium currit:* Plin: l. 10. c. 33. *Qui maria navigant.* Cic: 2. de Fin: *Si Xerxes maria ambulavisset terram navigâsset &c.*

APPENDIX II Generis, P. S. C.

1. *Abhorreo*, fere Ablativo cum, *à*, vel *ab*, jungitur Cic: l. 7. ep: 3. *Cùm ab ea sententia Pompejus valde abhorreret.* * Vel soli ablativo: Cic: de Fato: *Alii talibus vitiis abhorreant.* Rariùs Accusativo. Suet: in Aug: *Nam pumilos atque distortos, & omnes generis ejusdem; ut ludibria naturæ - - - abhorruit.* Utitur illo sic & Liv: 44. ab V. C. Sed apud Cic: pro Cluent: Ablativum subaudire malim, cùm Cicero nusquam alias Accusativo Verbum conjunxerit.

. *Oleo*, *Redoleo*, sæpius Accusativo, rariùs Ablativo, juncta invenias Hor: l. 1. sat. 2. *Pastillos Rufillus olet, Gorgonius hircum.* Prop: l. 4. el: 7. *Cur nardo flammæ non oluère meæ.*

Quintus Ordo Neutrorum.

Ablativus post Verbum.

QUÆDAM Verba Neutra post se Ablativum petunt, Cic: 1. Off: *Abundare oportet præceptis institutisquè Philosophiæ*, ad Q. Fr: *Incredibile est, mi Frater, quàm egeam tempore*, Cæs: bell: Gall: 5. *Lacte & carne vivunt.*

Ad hunc ordinem pertinent.

Abstineo, *Abundo*, *Affluo*, *Ardeo*, *Careo*, *Circumfluo*, *Consto*, *Diffluo*, *Doleo*, *Egeo*, *Fulgeo*, *Fluo*, *Gaudeo*, *Indigeo*, *Laboro*, *febri*, *inopia &c.* *Mano*, *Mœreo*, *Redundo*, *Roro*, *Scateo*, *Sono*, *Stupeo*, *Sudo*, *Supersedeo*,

Sum,

Sum, cùm ad laudem & vituperium, pertinet; *Vaco*, *Vivo*, Cic: 6. Att: *Pecuniis locupletum abſtineo.* Quintil: l. 2. cap: 17. *Conſtat experimentis medicina.* Cæſ: 3. bell: civ: *Re frumentaria laborabant*, Cic: 1. de Div: *Herculis ſimulacrum ſudore manavit.* Ib. *Fluvius atratus ſanguine fluxit.* Id: l. 6. ep: 5. *Fac animo forti magnoq; ſis.*

APPENDIX P. S. O. I. C.

Quædam ex his ut *Mano*, *Fluo*, *Redundo.* etiam vulgari modô loquendi & ad vernaculum noſtrum accommodatô efferri poſſunt, v. g. *Sudor ex Herculis ſimulacro manavit, ſanguis è fluvio atrato fluxit &c.* Cic: de Nat: Deor: *Multaq; è Luna manant & fluunt.* Id: Phil: 12. *Fluent arma de manibus.* Id: de Sen: *Ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio.* Id: pro Sylla. *Si ex hoc tanto in omnes mortales beneficio nullum in me periculum redundabit.*

2. Huc revocantur Inchoativa verba *Caleſco*, *Frigeſco*, *Madeſco*, *&c.* eorumq; Perfecta; *Caleo*, *Frigeo*, v. g. *Humore madeſcere, madere*, *Exardeſcere cupiditate &c.* Quæ ſi cum verbo, *Facio*, jungantur, Activa fiunt: & cum, *Fio*, Paſſiva; v. g. * *Calefacio*, *Calefio*, *&c.*

APPENDIX I. Generis P. M. C.

Sum, Interdum Genitivum habet, etiam cùm laus, vel vituperatio ſignificatur, Cic: pro ſext: Roſc: *Nimiùm me timidum nullius animi, nullius conſilii fuiſſe confiteor.*

2. *Doleo*, żałuię & *Mæreo.* etiam Accuſativum admittunt Cic: l. 14. ep: 1. *Mæreo caſum ejuſmodi* Phil: 12. *Quis non doleat interitum talis civis?* Id: pro Svet: *Meum caſum, luctumq; doluerunt.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. In Verbo, *Sum*, non omnia quæ Ablativô efferuntur, etiam Genitivô efferri poſſunt, & contra. Ablativô igitur efferenda hæc: *Animô bonô, virili, præ-*

ſenti,

senti, vacuò esse Item (Cic: pro 2. Rosc:) *Capite supercilliis semper est rasis*. Item (1. Att:) *Mira sum alacritate ad litigandum &c.* Genitivô autem potiùs, quam Ablativô hæc: *Nullius consilii sum.* Ter: Andr: *Cibi minimi erat, ac fere vulgaris &c.*

2. *Roro, Sono, Sudo*, etiam Accusativum (præsertim apud Poëtas recipiunt. Virg: 2. Æn: *Vox hominem sonat*, Cic: pro Arch: *Poëtis pingue quiddam sonantibus*. * Non tamen dicimus. *Sono Cytharam*, sed, *Sono Cytharâ*, ut sit Ablativus instrumenti.

3. *Ardeo*, etiam cum Accusativo Poëtæ copulant Virg: Ecl: 2. *Formosum pastor Corydon Ardebat Alexin*: Id: tamen Oratori minimè licet.

4. *Consto & Laboro* (choruię, zchodzi mi na &c. sæpissime Præpositionem, *Ex* recipiunt, Cic: 2. Tusc: *Cùm constemus ex animo & corpore* Et passim apud eundem invenias: *Laborare*, ex *invidia*, ex *renibus* ex *intestinis*, ex *pedibus*, &c. quæ certè elegantia sunt.

5. *Vaco*, rariùs Præpositionem, *à*, vel, *ab*, recipit, sæpius respuit, Cic: 2. de nat: Deor: *Ab omni curatione & administratione vacent.*

6. *Pendere animis*. Plurali Numero, Singulari verò, *Pendere animi*, tantùm dicitur. Cic: 1. Tusc: *Exspectando & desiderando pendemus animis*. Id: de leg: *Ego animi pendere soleo.*

7. *Sto*, cùm *niti aliqua re*, significat, item cùm ad promissorum fidem, vel decretorum observantiam refertur, Ablativos, *rei qua nitimur*: item istos, *conditionibus*, *conventis*, *decretis fide*, *legibus*, *pactis promissis*, *Verbis* & similes eleganter adsciscit Liv: l. 8. ab urb *Nec quisquam scriptor exstat, quo satis certo authore stetur* Id: l. 7. *Quæ pars major erit, eò stabitur consilio*, Cic: l. 7 *Omnes cupiebant Cæsarem stare - - - conditionibus quas tulisset*. Quintil: l. 7. *Verbis an voluntate sit standum*. Cæs: 6. bell: Gall: *Si*

quis

quis eorum decretò non stetit &c. Cic: pro Flac: *Re judicata stari ostendit placere.*

Sextus Ordo Neutrorum.

Ablativus cum Præpos: A. vel, Ab post Verbum.

QUÆDAM Verba Neutra Passivorum more construuntur quia *Passionem* significant: unde & *Neutro Passiva* dicuntur Quintil: l. c. 2. *Ita testis in reum rogatur, an ab eo fustibus vapulasset.* Id: l. 12. c. 2. *Fabricius respondit, à cive se spoliari malle, quàm ab hoste venire.*

Hujus Ordinis sunt; *Vapulo, Veneo Fio.*

APPENDIX I. Generis P. M. C.

1. *Fio*, eleganter Ablativo jungitur sed alia significatione (nobis tunc significat, *Podziewa się gdzie kto, co;* item, *dzieie się co z kim, czym*)* Ter: Andr: act: 5. *Nunc primùm audio, quid illo factum sit.* * Interdùm additur Præpositio, *De*, Cic: Att: l. 12 *Quid de Clodio fiat, rescribe.* * Raro admodum Dativo. Plaut Bacch *Quid mihi fiet postea?*

2. Participium *Futurus*, eadem significatione eosdem Casus postulat: Ter: Heaut: *Quid me futurum censes;* Cic: Famil: l. 9, *Fac ut sciam quid de nobis futurum sit* Id. Philip: 2. *Vide quæso Antoni quid tibi futurum sit.*

3. Verbum, *Facio*, simili significatione eodem modo usurpatur, quo *Fio*, Cic: act: 2. in Verr: *Quid hoc homine faciatis?* Plaut: Aul: *Quid fecisti scipione?* Cic: pro Cæs: *Quid tu huic homini facias?*

APPENDIX II. Generis P. M. C.

Exulo, id est, *privari patriâ.* LICEO id est *in actione æstimari* utrumque aut absolute, aut cum Casibus duntaxat communibus usurpatur, v. g. *Longissime exulo Exulo Rhodi, Exulo à Patria, Triennium jam exulo* * *Domus licet plurimi &c.* Ter: Eun: act: 2. *Domò exulo*

Hor:

Hor: l. 1. sat: 6. *Unius assis, nonnunquam pluris licuisse.*

2. Nusquam autem hæc duo Verba cum Ablativo *Personæ agentis* legimus: Cave igitur dicas: *Exulo à judice* sed *in exilium mittor à judice*; nec, *Licebat à me domus*, sed *Licitatus sum domum*. LICITOR enim Deponens est Tertii Ordinis.

DE CONSTRUCTIONE VERBI COMMUNIS.

CAPUT VI. P. S. O. I. C.

VERBUM Commune est quod *Or*, syllabâ tantùm finitum, Activi simul & Passivi significationem habet.

2. Vix tamen inveniuntur hodie Verba ejusmodi, quæ *in Præsenti* quoque ac *Imperfecto*, tam Activè quàm passivè usurpari possint.

3. Cæterùm cùm Passivè usurpantur, Passivorum more Ablativum cum Præp: *à* vel *ab* admittunt. Liv: l. 47. *Omnis ora maritima ab Achœis depopulata erat.*

4. Cùm autem Activè Accusativum: Cic. Act: 4. in Verrem. *Cùm agros mnximos ac feracissimos depopularetur.*

Talia sunt.

Aggredior, *Aspernor*, *Depopulor*, *Dignor*, *Dimetior*, *Hortor*. Cic: apud Prisc: l. 8. *Hoc restiterat etiam, ut à te fictis aggrederer donis*, Ib *Qui habet*, *ultro appetitur*; *qui est pauper*, *aspernatur*, i, *spernitur*. Id: de Inv: *Observantia est*, *per quam homines aliqua dignitate præcedentes cultu quodam & honore dignantur*. Plura si volueris invenies apud Gell: l. 15. c. 12. & Prisc: l. 8. * HÆC tamen notanda videntur potiùs, quàm imitanda. Itaque Tirones à Præsenti præsertim & Im-

& Imperfecto & cæteris, quæ hinc derivantur Temporibus; significatione Passiva usurpandis abstinebunt.

APPENDIX I. Generis, P. M. C.

Participia Præteriti, & quæcunque ex his formantur Tempora, Passiva significatione usitatiora sunt: Maximè verò sequentia: *Complexus, Confessus, Comitatus, Dignatus, Dimensus, Dilargitus, Ementitus, Expertus, Interpretatus, Largitus, Meditatus, Pactus. Populatus, Depopulatus, Testatus, Intestatus, Inultus.* Cic: de Sen: *Aquo essent illa dimensa.* 2. de Inv: *Qui tali honore dignati sunt.* Liv: l. 45. *Amicum ab ipso, per tot casus expertum.* Ter: Phor: Act: 1. *Meditata sunt mihi omnia mea incommoda.* Cic: 1. Off: *Dum triginta dierum essent cum hoste pactœ induciæ. noctu populabatur agros, quód dierum essent* pactæ *non noctium induciæ*, Cic: pro Sext Rosc: *Uno maleficio scelera omnia complexa esse videntur,* Id: apud Prisc: *Cupio eum tam invidiosâ fortunâ complecti.* Nisi fortè hæc sint ab Activo, *Plecto* ex quo Passiva. *Implexus. Perplexus,* sic fortasse *Complexa* i, *Involuta Implicata.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

Abominatus, Blanditus, Commentus, Detestatus, Dominatus, Oblitus, Veneratus, & si quæ alia sunt à Poëtis passim usurpantur: Oratorem abstinere illius præstiterit Quanquam Cicero pro Planco. *Blandita* (*i, blanditiis impetrata*) *populi suffragia* dixit.

DE CONSTRUCTIONE VERBI DEPONENTIS.

CAPUT VII. P. S. O. I, C.

Series Ordinum eadem quæ Casum Obliquorum.

Primus Ordo Deponentium.

Genitivus post Verbum.

QUÆ-

QUÆDAM Verba Deponentia post se Genitivum adsciscunt Cic: Att: l. 4. ep: 5. *Qui misereri mei debent, non desinunt invidere.* Id: pro Planc: *Hujus meriti in me recordor.*

Ad hunc ordinem spectant.

Misereor, Obliviscor, Potior, Recordor, Reminiscor.

APPENDIX I. Generis P. M. C.

1. *Obliviscor, Recordor, Reminiscor*, etiam Accusativum admittunt Cic: Phil: 8. *Omnia obliviscor, in gratiam redeo.* Id: 2. pro lege Agr: *Est operæ pretium, diligentiam majorum recordari.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. *Potior*, certos tantum Genitivos videtur admittere, ex his potissimi sunt: *Rerum hostium, Regni*, Cic: l. 1. ep: 8. *Qui potiuntur rerum.* Ib: ep: 8. *Si exploratum tibi sit, posse illius regni potiri.*

2. *Recordor*, non raro Ablativum cum Præpos: *De*, pro Syll: *Recordare de cœteris.*

3. Prisci, ut docet Nonius *Vereor*, Genitivo adjungebant Ter: Phor: act: 5. *Neque hujus sit veritus, fœminæ primariæ.* Nunc Accusativo tantum.

Secundus Ordo Deponentiũ.

Dativus post Verbum.

QUÆDAM Verba Deponentia post se Dativum exigunt.

Hujus modi sunt, quæ *Adulationem, auxilium*, eáque omnia, quæ Neutra 3tii Ord: significant, v. g. *Adversor, Adulor, Ancillor, Assentior, Assentor, Auxilior, Blandior, Famulor, Gratificor, Illacrymor, Innitor, Irascor, Medeor, Meditor, Moderor, Morigeror, Obsequor, Præstolor, Suffragor.* Cic: pro Syll: *Ego verò quibus ornamentis adversor tuis.*

1. *Præstolor, Adulor, Moderor, Medicor*, etiam Accusativo jungantur. * Sed *Præstolor* frequentiùs Accusati-

fativo; *Adulor*, & *Medicor*, frequentiùs Dativo * *Moderor*, æquè utrique casui. Cic: 1. Catil. *Qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati* Ter: Fun: act: 5. *Quem præstolare Permeno hic ante ostium?* * Colum: l. 7. c. 12. *Illi quoque* (i, canes) *furem adulantur*. Tac: l. 15. *Nec Neronem Adulatus est*. Quintil: l. 9. c. 3. *Itaque, huic, non hunc adulari, jam dicitur*. * Cic: 5. in Verr: *Venti & tempestates, res rusticas moderantur*. Id: l. 1. ad Q. Fr: *Moderari animo & orationi, cum sis iratus, non mediocris ingenii est*. * Plaut: Most: *Ego istum lepidè medicabor metum*. Ter: Andr: act: 5. *Ejus dolore gnato ut medicarer tuo*. Plin: l. 25. c. 2. *Ut omnibus malis humanis illius potissimum Principis semper medicetur majestas*.

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. *Medeor*, invenitur etiam cum Accusativo Ter: Phor: act: 2. *Cupiditates quas, paulò mederi possit*. Vix usurpaverim.

2. *Dominor*, Dativo jungi videtur Æn: 1. *Victis dominabitur Argis* & Æn: 3. *Cunctis dominabitur oris*. & alibi * MALIM tamen uti *Ablativô* aut *Accusativô*, Cum Præpol: *In* si referatur, *ad Personas*, Tusc: 1. *Dominans ille* in nobis *Deus*; Famil: 4. ep: 12. *Casus & natura* in nobis *dominatur*, Cic: de C. Su: *Senectus honesta est*, -- *si usque ad extremum spiritum dominatur* in suos. Luc: l. 5. *Mentes dominatur in æquas*. * ABLATIVO tantùm cùm Præpos: *In*, *si ad locos*, aut *res cæteras*, Cic: pro Cæc: *Nimia ista, quæ dominatur in civitate, potentia* Sall: *Fortuna in omni re dominatur*, Quintil. l. 2. c. 5. *Ut denique dominetur in affectibus*. * ABSOLUTE etiam uti cætera, usurpari potest. Cic: 4. Acad: *Cleanthes* --- *solem dominari & rerum potiri putat*.

3. *Adulo*, interdum Activum invenitur Valer: l. 4. c. 3. *Non adularet Dionysium*. Cic: 2. Tusc: *Nostrum adu-*

adulat sanguinem. i. *lambit.* Hinc passivè l. i. Off: *Neque adulari nos* (Accusativus est) *sinamus.*

Tertius Ordo Deponentium,

Accusativus post Verbum.

QUÆDAM Verba Deponentia post se Accusandi Casum postulant, Cic: Att: l. 9. *Hi quidem mera scelera loquuntur.* Id: 3. de nat: Deor: *Deus terram tuetur, maria moderatur.*

Ad huuc Ordinem spectant.

Abominor, Adipiscor, Adorior, Admiror, Adulor, Alloquor, Assequor, Aversor, Calumnior, Comitor, Consolor, Conspicor, Contemplor, Criminor, Demolior, Deprecor. (pro valde precor, Concilio) *Detestor, Execror, Exorior, Fateor, Fabricor, Hortor,* cum Compositis, *Jaculor, Imitor, Inficior, Intueor, Lamentor, Liceor, Licitor, Loquor,* cum Compositis, *Lucror, Machinor, Meditor, Mentior,* (i. imitor) *Mercor, Mereor,* & Composit: *Metior,* & Compos: *Miror,* & Compos: *Misereor, Molior,* & Compos: *Moror, Nanciscor, Obtestor, Opperior, Ordior, Osculor, Patior, Periclitor,* (i. experior) *Populor, Prædor, Precor, Profiteor, Queror,* & Compos: *Rimor, Remoror, Reor, Scrutor, Sequor,* & Compos: *Sector,* & Comp: *Solor,* & Compos: *Suspicor, Testor,* & Compos: *Testificor, Tueor, Veneror, Vereor,* & si quæ sunt alia, quorum plurima cum vernaculo sermone congruunt.

APPENDIX I. Generis P. M. C.

1. *Indignor,* Accusativo *rei* jungitur. Quintil: l. 2. *Quidam indignantur imperia.* Virg: 8. Æn: *Pontem indignatus Araxes.*

2. *Precor,* etiam Ablativo cum Præpos: *á,* vel, *ab,* Cic: pro Mur. *Quæ precatus sum á Diis immortalibus.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. *Bene, vel malè mereri de aliquo,* est ei commodare,

dare, vel *incommodare*. NOs dicimus. *Dobrze álbo-źle się komu przysłużyć*. Cic: l. 1. ep: 9. *Erat infinitum, bene de me meritos omnes nominare*. Id: 1. de Fin: *Male, credo, mererer, de meis Civibus;*

2. *Queror, Conqueror, Loquor, Fateor hanc rem*, vel *de hac re*, dicimus * Sal: in Catil: *Sæpe de luxuria atque avaritia nostrorum Civium questus sum*. Cic: l. 5. ep. 1. *Satis habeas, nihil me etiam tecum* (i. coram te,) *de tui fratris injuria* (i, de injuria, quâ me tuus frater affecit,) *conqueri* Observa in hoc exemplo Latini sermonis proprietatem & à vernaculo nostro discrepantiam. Plaut: Mil: *Conqueritur mecum mulier fortunas suas*. Dicimus & *Queror, Conqueror tibi* & *apud te aliquid*, vel *de aliquo* Catul: Argon: 33. *Sed quid ego ignaris nequidquam conqueror auris*, i. quid in auras querelam effundo. Suet: in Aug: *Tiberio quoque de eadem re sedulo apud se --- conquerenti ita rescripsit*. Cic: l. 1. ep. 8. *De quibus eramus jam cum Pompejo locuti*. *Qui cum de scelere fateretur &c.*

3. *Liceor*, seu *Licitor*, cum Accusativo rei, quæ in auctione venditur. Cic: l. 14. Att. ep. 37. *Hæredes Scapulæ, si istos hortos... liceri cogitant*. Additur & casus prætii; ut, *liceri tabulam centum talentis;* Plin: l, 7. Sic: c. 38. *liceri plurimi &c.*

Quartus Ordo Deponentium.

Accusativus cum Dativo post Verbum.

QUÆDAM Verba Deponentia præter Accusativum Dativum poscunt, Cic: Phil: 11. *Græcia intendit dexteram Italiæ suumq; ei præsidium pollicetur*. Act: in Ver: *Ei voce maxima victoriam gratulatur*.

Hujus Ordinis sunt.

Confiteor, Fæneror, (i, fænori do,) *Furor, Gratulor, Impertior, Imprecor, Inficior* (i, nego,) *Interpretor,*

Largior, & Composita. *Minitor*, *Minor*, *Partior*, *Polliceor*.

APPENDIX II. Generis P. M. C.

1. *Furor*, etiam Ablativum cum *à* vel *ab;* recipit: Cic: ad Att: l. 12. *Furatum me abs te diceres.*

2. *Gratulor tibi in hac re*, vel *de hac re*, dicimus. Cic: Fam: l. 4. *Qua in re tibi gratulor* Id: l. ep: 7. *Quod mihi de filia gratularis.*

3. *Impertior te hac re* semel duntaxat invenitur; Ter: Adel: Act: 3. *Sed cessa heram impertiri hoc ma*, 6. Vix usurpaverim.

Quintus Ordo Deponentium.

Accusativus cum Ablativo post Verbum.

QUÆDAM Verba Deponentia præter Accusativum postulant Ablativum sine Præpositione * Virg: 1. Æn: *Haud equidem tali me dignor honore* Cic: l. 8. ep: 8. *Ut possem te munerari quàm simillimò munere.*

Hujus Ordinis sunt.

Dignor, *Muneror*, *Prosequor*, *Remuneror*.

Sextus Ordo Deponentium.

Ablativus cum Præposi: à, v. *ab*, *præter Accusativum.*

QUÆDAM Verba Deponentia præter Accusativum postulant Ablativum cum Præpositione, *A;* vel *ab*, Cic: pro Syll: *Quàm multorum hic vitam est à L. Sylla deprecatus.*

Hujus Ordinis sunt.

Deprecor (wyprafzam,) *Mereor Nundinor*, *Percontor*. *Sciscitor* Cic: act: 2. in Verr: *Is nullam à se calamitatem poterit deprecari.* Id: ib: *Qui ab isto jus ad utilitatem suam nundinarentur.*

AP-

APPENDIX I. Generis P. M. C.

1. *Percontor* & *Sciſcitor*, ſeu *Scitor*, (nam utroque modo dicitur) etiam Ablativum Perſonæ cum Præpoſitione *Ex*, admittunt Cic: 1. de nat: Deor: *Epicuri ex Vellejo ſciſcitabar ſententiam.* Id: de Clar: Or: *Cùm Theophraſtus percontaretur ex avicula quadam, quanti illud venderet* MERCOR, etiam cum, *De.* Cic: Pro Flac: *Fundum mercatus eſt de pupillo.*

2. *Percontor te de hac re,* eleganter dicitur; Plat: ad Scip: *Ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra Rep: percontatus eſt.*

3 *Mutuor,* cum ſignificat *mutuum contraho* hujus eſt Ordinis, & de iis dicitur, quæ non redduntur eadem. Plaut: Moſt: *Decem minas à patre mutuatus eſt.* Sæpe translatè ſumitur. 2. Tuſc: *A viris virtus eſt nomini mutuata.*

Septimus Ordo Deponentium.

Ablativus poſt Verbum.

QUÆDAM Verba Deponentia, poſt ſe Ablatívum poſtulant. Cic: pro ſex Roſc: *Commoda quibus utimur, lucem, quâ fruimur, à Deo nobis dari atque impertiri videmus* Id: l. 2. de Inv: *Si eo portu potiti eſſent.*

Hujus Ordinis ſunt

Abutor, Defungor, Delector, Fruor, Fungor, Glorior. Nitor, Oblector, Periclitor, Perfungor, Potior, Veſcor, Utor.

APPENDIX I. Generis P. M. C.

1. *Nitor, Glorior, Delector,* interdum Præp: *In,* Ablativo addunt Cic: pro Mil: *In cujus vita nititur ſalus civitatis,* Id: l. 3. de nat: Deor: *In virtute rectè glo-*

riamur. Id: l. 1. De Fin: *Quæ manus significat illum esse in hac rogatiuncula delectatum.*

APPENDIX II. Generis P. S C.

1. *Periclitor*, cùm significat, *periculum subeo*, modò absolutè usurpatur. Cic: 2. de Inv: *Jura omnia periclitari, si similitudines usurpentur.* * Modò cum Ablativis communibus. *Partis* aut *Causæ.* Martial: l. 6. *Periclitatur capite Socrates noster.* Celsus l. 5. c. 26. *Vulnus, quod nimis astrictum est, periclitatur cancrô* Plin: l. 17. c. 24. *Arbores gelu periclitantur.* Sic: *Periclitari siti, febribus, frigore &c.* i, *ob cancrum, ob gelu, ob sitim &c.* seu *sitis causâ, cancri causâ &c.* Modò cum Infinito. Quintil: l. 11. c. 3. *vox in vim non habet, summa rumpi periclitatur.* Plin: in Paneg: *Periclitabuntur esse privatæ.* * Ablativi, *Famâ, opinione, Statu, Omnibus*, peculiares esse videntur hujus Verbi, cæteris enim fere cum Præpositione, DE utimur, Liv: l. 40. *Ingenii* famâ *periclitarer.* Quintil: l. 6. c. 1. *Si aut* statu *periclitari, aut* opinione *litigator videatur.* Suet: in Tib: c. 21. *Ne de summâ imperii Populus Rom: periclitetur.* Sic: *Periclitari de salute, de gloria, de præmiis, de doctrina, de ornamentis omnibus.* PERICLITOR, pro *experior*, vide in 3. Ord: Depon:

2. *Potior*, pro *Fruor*, Ablativo jungitur: ut *potior voluptate.* Pro *vendicare sibi* seu *Obtinere*, etiam Accusativo, à Poëtis præsertim jungitur Ter: Adelph: act: 5. *Ille alter sine labore patriam potitur commodè* Luc: l. 3. *Homerus sceptra potitus.*

3. *Vescor, Fungor, Utor, Abutor*, etiam Accusativo. *Vesci caprinum jecur.* Plin: l. 8. c. 50. *Vesci absynthium* l. 11. c. 28. *Functus officium*, Ter: Adel: act: 3. *Cæteraque voluimus uti*, Plaut: Cas. *Operam abutimur.* Ter: Andr: Prol:

DE CONSTRUCTIONE VERBI IMPERSONALIS

CAPUT VII. P. S. O. I. C.

Primus Ordo Imperſonalium.

Abſolute.

QUÆDAM Verba imperſonalia Abſolutè ponuntur. Cicero de Div: *Si fulſerit, ſi tonuerit.*

Hujus Ordinis ſunt.

Dieſcit, Fulget, Fulgurat, Grandinat, Ningit, Pluit, Rorat, Serenat, Tonat, Veſperaſcit.

APPENDIX II. Generis P. M. C.

1. His autem interdùm *vel apertè* additur Nominativus rei, quæ pluviam, tonitru, aut quid ſimile ciet * 9. Æn: *Cœlum tonat omne fragore.* * vel occultè ſubinteligitur. *Deus, Natura,* aut quid ſimile.

2. Exprimitur eodem Caſu res, quæ pluendo decidit: Plin: l. 2. c. 56. *Effigies, quæ pluerat, ſpongiarum fere ſimilis fuit* * Virg: 4 Georg: *Nec de concuſſa tantùm pluit ilice glandis* Sat: 8. Theb: *Saxa pluunt.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. *Pluit,* Ablativum poſt ſe habere ſolet: Liv: l. 1. *Nuntiatum eſt Regi, in monte Albano lapidibus pluiſſe* Id: l. 42. *Saturniæ nuntiatum erat, ſangvine per triduum pluiſſe, Oximi pluiſſe terrâ* Plin: l. 2. c. 56. *Relatum in monumenta eſt lacte & ſangvine pluiſſe. Et ſæpè alias, Carne, ferrô lateribùs coctis &c.* apud Valer. l. 1. c. 5. Sic, *Ningit,* Lucr. l. 2. *Ninguntq; roſarum floribùs.*

2. Accuſativo, *Pluit* vix jungitur Cic: 2. de Div: *Sangvinem pluiſſe, ſenatui nuntiatum eſt,* Niſi vel Accuſativùs hic, ſit Infinitivi, vel *ſangvine* legi debeat,

Liv:

Liv: l. 40. *In arca Vulcani, & concordiæ sanguinem pluit.* Rarum id, si locus mendó caret.

Secundus Ordo Impersonalium.

Genitivus post Impersonale.

QUÆDAM Verba Impersonalia *ante se* postulant Nominativum, vel ejus locò aliquam orationis Partem, *post se* verò Genitivum * Cic: 2. ad Q. Fr: *Hoc vehementer interest Reip:* Fam: l. 5. ep, 5. *Utriusque nostrûm magni interest, priùs, ut te conveniam, quàm decedas,* 5. de Fin: *Interest omnium rectè facere,* 1. Off: *Adolescentis est, majores natu vereri*

Hujus Ordinis sunt *Est Interest Refert.*

APPENDIX I. Generis P. M. C.

1. *Interest & Refert* & pleraque Impersonalia Tertii, Quarti & Quinti Ordinis hos ferè Nominativos libentiùs admittunt. *Hoc, istud, Illud, Id, Idem, Quod, Quid, Nihil,* Cic: pro Syll: *Vestri enim hoc maximè interest,* ad Brut: l. 2. *Tui istud refert maximè,* Pro leg: Manil: *Illud parvi refert.* de Or: l. 2. *Si tibi id minus libebit* Id: 6 Verr: *Non idem mihi licet quod iis, qui nobili genere nati sunt,* Pro Marcell: *Multi dubitabunt, quid sibi expediret.* Hor: l. Sat: 6. *Nil me pœniteat sanum patris hujus.*

2. Pro Genitivó rei inanimatæ sæpe, *Interest* Accusativum cum Præpositione, *Ad,* adsciscit: Cic: l. 5. ep: 12. *Ad nostram laudem non multum video interesse* & l. ep. 3. *Magni ad honorem nostrum interest.*

3. Idem Verbum pro Genitivis, *Mei, Tui, Nostri, Vestri,* habet Ablativos: *Meâ, Tuâ, Nostrâ, Vestrâ* Cic: l. 16. ep. 3. *Et tuâ & meâ, maximè interest te valere.* Id: l. 2. ep. 4. *Si quid esset, quod eos scire aut nostrâ, aut ipsorum interesset.* Ter: Heaut act: 5. *Tuâ quod nihil refert, percontari desinas.*

4. *Cujâ* vel, *Cujus interest,* dicitur utroque modò Cic: pro Mil: *Ea cædes si potissimùm crimini datur,* dici-

dicitur ei, cuja interfuit, non ei cuja nihil interfuit: Id; Phil: 2. *Quis enim eſt hodie, cujus intereſt iſtam legem manere?* Hoc verò uſitatius.

5. Verbum *Eſt*, pro Ablativis; *Meâ, Tuâ, Suâ, Noſtrâ Veſtrâ*, habet Nominativos, *Meum Tuum &c.* Cic: 1. ep. 5. *Puto eſſe meum quid ſentiam, exponere* 1. de Fin: *Si memoria forte defecerit tuum eſt, ut ſuggeras.*

6. *Magni, Parvi, Tanti, Quanti* in Genitivo adhærent Verbis *Intereſt & Refert.* Cic: 2. Att: ep. 23. *Per magni noſtrâ intereſt, te, eſſe Romæ.* 3. ad Q. Fr: ep. 1. *Parvi refert abs te jus dici* Uſpiam: de furto: 1. 22. *ſi tanti interfuit.* Paulus Ibid: 1. 28. *Tanti tenetur, quanti domini interfuit.*

7. Cætera ejuſmodi per Adverbium redduntur; ut, *Multùm, Permultum, Plurimùm* Intereſt; *Maximè Magnopere Vehementer* Reſert, ſic & *Parùm Paululùm, Minimè, Tantùm, Aliquantùm, Aliquantulùm, Tantopere Quantopere, &c,* Cic: 1. 12. ep. 9. *Multùm intereſt te venire.* Id: Br: ep. 6. *Quantopere intereſt opprimi Dolabellam, profectò intelligis.*

1. *Quantùm* pro *Quanti* apud Ciceronem invenies * pro Mur: *Oſtendam aliò locô, quàntum ſalutis communis interſit, duos Conſules eſſe.*

2. *Tantùm* pro *Tanti*, apud Plin: 1. 2. c. 26. *Tantùm intereſt, ſubeant radii, an ſuperveniant.*

3 Quæ de *Intereſt*, hucuſque diximus, tunc ei competunt, cùm ſignificat, *Pertinet*, aut *Utile eſt*; nam ſi differentiam inter res ſignificat Accuſativum cum Præpoſitione *Inter* apertè, vel occultè habet Cic: Att: 1. 8. *Hoc inter me & illos intereſt, quod &c:* 2. de Fin: *Hoc intereſt, quòd voluptas etiam in animo vitioſa eſt res, ut Stoici putant.* Reperitur hac ſignificatione etiam cum Nominativo Ter: Adel: act: 1. ſc: 1. *Hoc pater, & dominus intereſt.* Et cum Dativo. Id: Enn: act: 2. ſc: .. *Stulto intellige quid intereſt?* Hæc tamen rariora,

Ter-

Tertius Ordo Imperſonalium.

Dativus poſt Imperſonale.

QUÆDAM Verba Imperſonalia; quorum multa *eventum*, *commodum*, *incommodum*, ſignificant *ante ſe* poſtulant Nominativum, vel ejus loco infinitum, aut Membrum Orationis: *poſt ſe* verò Dativum. Ter: Adelph: act: 5. *Facitè, quod vobis libet.* Cic: l. 2. ep. 1. *Mihi placebat, ut te Leucadem deportares*, Tuſc: 5. *Peccare nemini licet.*

Hujus Ordinis ſunt.

Accidit, Benevertit, Cadit, Competit, Conducit, Confert, Conſtat, Contingit, Convenit, Diſplicet, Dolet, Evenit, Expedit, Inceſſit, Incidit, Libet, Licet, Liquet, Lubet, Obtingit, Obvenit, Patet, Placet, Præſtat, (i, ſatius eſt,) *Reſtat, Succedit, Supereſt, Sufficit, Suppetit, Superat, & Suppeditat*, pro *Suppetit, Stat, Sedet*, pro *Placet, Uſuvenit.* Liv: l. 3. *Quod bene verteret ipſi Reiq; Publicæ.* Et l. o. ep: 2. *Stat nobis illud, vivere in ſtudiis noſtris.* Æn: 5. *Idq; pio ſedet Æneæ.*

APPENDIX I Generis P. M C.

1. Quædam horum Verborum etiam *Perſonaliter*, uſurpari ſolent, & utroque Numerô: Tuſc: in Cæſ: *Cætera item, quæ cuique libuiſſent.* 5. Tuſc: *Ut ambitioni & quotidianis ſumptibus copiæ ſuppetant.* Sal: in Jug: *Metello Numidia evenit;* Cic: l. 9. ep. 21. *Timebam, ne evenirent ea, quæ acciderunt.* Virg: Ecc: 10. *Nec carmina nobis ipſa placent.*

2. *Conducit*, pro Dativo rei inanimatæ interdum, *Confert:* ſere ſemper Accuſativum cum *Ad*, expoſcit, Cic: 1. Off: *dum cunſultant, conducat id, nec ne ad vitæ commoditatem.* Quintil: l. 1. c. 4. *Comœdia plurimùm ad eloquentiam confert.* Dativo autem Perſonæ, *Confert* non jungitur.

3. Infinitum *Eſſe*, accedente Verbo *Licet*, Dandi

vel

vel Accusandi Casum postulat. Cic: 1. Tusc: *Licuit otioso esse Themistocli licuit Epaminondæ.* ad Att: l. 1. ep: 14. *Quo in genere mihi negligentem esse licet.* Id: pro Flac: *Cur his per te frui libertate, cur denique esse liberos non licet?* Observa hic Latini sermonis elegantiam in adjuncta Præpositione, *Per,* quæ Verbo, *Licet* sæpissimè jungitur, sic Plaut. *Asinaria vult esse, si per vos licet.* Ter: Adelph: *sinite nunc facere, dum per ætatem licet.* Cic: Phil: 2. *Petis, ut tibi per me liceat* Id: l. 1. ep: 3. *Faciam, si mihi per ejus amicitiam licebit,* &c. &c.

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Item Infinitum *Esse*, cum cæteris Verbis, quæ Dativo gaudent, Accusativum potiùs, habet: Ter: Heaut: act: 2. *Vobis expedit esse bonos.* l. Phor: act: 5. *Nostrâque culpâ facimus, ut malos expediat esse.* Reperitur tamen & cum Dativo. Quintil: l. 11, c. 1. *Cui esse diserto vacet* Liv: l. 21. *Vobis necesse est fortibus viris esse.* Hor: in Arte: *Mediocribus esse Poëtis non Dii, non homines, non concessere columnæ* * Ov: 8. Met: *Vobis immunibus hujus esse mali datur.* Simile est illud Valerii: l. 4, c. 6. *Sylla chlamydato sibi Neapoli ambulare turpe non duxit.* Et l. c. 4. *Maximo tibi postea & civi, & duci evadere contigit.*

2. *Incessit* Impersonale Præteritum ab *Incesso* Dandi, v. Accusandi Casum admitit, Val. Prol: *Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit.* Liv: l. 1. *Gravior cura Patribus incessit.* Frequentius Accusativum Liv: ib: *Timor deinde Patres incessit.* * Etiam cum Præpositione, *In* Ter: And: act: 4. *Nova nunc religo in te incessit.* Nowe szkrupuły cię napadły.

3. *Accidit, Contingit Evenit. Usuvenit,* & alia, quæ eventum significant, apud Oratores fere Infinitum respuunt, & Cunjunctivo Modo cum *Ut*, adhærescunt. Præstat igitur dicere, *Aliquoties jam evenit, ut te o-*

tio-

tiosum deprehenderim, quàm *aliquoties mihi jam evenit, te otiosum deprehendere*, & similia Cic: 3. in Verr: *Accidit, ut, ea die Lamosarum veniret.* Id: l. 2. ep: 1. *Si ei contigisset*, ut *te antè videret, quàm è vita discederet* l. 3. de Or *Forte venit, ut in Privernati essemus.*

4. *Convenit* cùm significat *Przystoi*, Dativum, cùm verò *Zgoda, zgadzam się* Accusativum cum Præpos: *Inter* Liv: 2. ab Urb: *Non modo inter patres, sed ne inter Consules quidem ipsos satis conveniebat* Plaut: Cap: *Nunc ita convenit inter me atque hunc - - - ut te mittam ad patrem.* * Sæpe etiam Casus hic præpositionis latet Plaut: Amph: *Convenit victi utri sint eô prælió, urbem, agrum, aras, focòs, seq; uti dederunt, s, inter eos* videlicet Telebeas & Amphitryonem *Convenit*, Nos dicimus *zgoda.* * Sic quoque Verbo *Convenit* utuntur Latini, *Mihi cum illo malè convenit, Scientia cum inscitia nunquam convenit* & Plaut: Cap: *Dicito Patri, quo pacto mihi cum hoc convenerit de hujus filio.* Polonus diceret. *Powiedz* &c. *iaka ugoda stanęła między mną* &c Cic: Att: l. 6. *Mihi cum Dejotaro convenit, ut ille in meis castris esset.*

Quartus Ordo Impersonalium.

Accusativus post Impersonale.

QUÆDAM Verba Impersonalia postulant *ante se* Nominativum, vel ejus loco infinitum, vel Membrum Orationis, *post se* verò Accusativum. Cic: in Brut: *Decet hoc illum, nescio, quomodo.* Id: 2. ad Q. Fr: *Te esse animó hilari valde me juvat.*

Hujus Ordinis sunt.

Decet, Dedecet, Delectat, Juvat.

APPEN-

APPENDIX II. Generis P. S C.

Hæc quoque Verba non rarò utroque Numero cum quovis Nominativo Perſonæ tertiæ uſurpantur Cic: de Off: *quàm te aliena deceant.* Plaut, Moſt: *Satin hæc me veſtis decet?* Sen 2. da beat: *Te omnia dedecent,* Cic. l. 2. ep: 7. *Me ſtatus hic Reip: non delectat.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Verbum *Oportet,* ineptè quidam reponunt in hoc Ordine, cave igitur Accuſativum illi tribuas, ſed: vel Nominativum. Ter: Heaut act: 3. c. 2. *Hæc facta ab illo oportebant* Cic: pro: Corn: *eſt aliquid, quod non oporteat, etiamſi liceat, quidquid verò, non licet, certè non oportet* * Vel Orationis membrum Nominativi locô. * Id: Phil: 7. *Irritari Antonium non oportuit.* * Elegantiſſimè loqueris cùm Verbum hoc Conjunctivo Modo ſine ulla particula ſociabis. Cic: l. de Or: *Ex rerum cognitione efflorеſcat, & redundet, oportet, oratio.* * Verum plurali numerô non videtur uſurpandum.

2. Vernaculæ illæ phraſes. *Muſiſz ty bydź wielkie ládaco, Muſiat bydź wielki mówca Cicero,* & ſimiles, quibus conjecturam noſtri ſignificare ſolent, per Verbum, *Oportet* aut *neceſſe eſt,* reddendæ Latinè ſunt, v. g. *Ex aſſe nequam ſis, oportet; Præclarus Orator fuerit neceſſe eſt* M. T. C. Plaut: Cæſ: *Properate, cœnam jam eſſe coctam oportet.* Id: *Hunc hominem malum eſſe oportet.* Id: 5. Verr: *Hoc arator aſſequi per triennium certò fructu ſuô non potuit, vendiderit inſtrumentum neceſſe eſt,* i. *muſi bydź że przedał &c.* Cave igitur à trivialibus illis Letinè in efferendo formis: *Debes tu eſſe valde nequam &c.*

3. *Fugit, Latet, Præterit, Fallit,* cùm Imperſonaliter uſurpantur, hujus ſunt Ordinis. Cic: ad Q. Fr: l. 2. *De Cæſare fugit me ad te ſcribere.* ad Att: l. 3. ep: 23. *In lege nulla eſſe hujus modi caput te non fallit,*

Qui-

Quintus Ordo Impersonalium.

Accusativus cum Ad, post impersonale.

QUÆDAM Verba Impersonalia postulant *ante se* Nominativum vel ejus loco Infinitum, aut Membrum Orationis *post se* verò Accusativum cum Præpos: *Ad* Cic: pro Sext: Rosc: *Hoc ad me nihil attinet.* Id: de Div: l. 2. *Ad rem pertinet, quomodò cœlò affecto quodque animal oriatur.*

Huc spectant *Attinet. Pertinet. Spectat.*

APPENDIX I. Generis P. M. C.

Hæc quoque Verba utroque numerô, & cum quovis Nominativo personæ tertiæ sæpe efferuntur.

Sextus Ordo Impersonalium.

Genitivus ante, Accusativus post Impersonale.

QUÆDAM Verba Impersonalia postulant *ante se* ferè Genitivum, vel Infinitum, vel Orationis Membrum; *post se* Accusativum Plaut: Trin: *Miseret te aliorum, tui nec te miseret, nec pudet.* Cic: de Off: *Quod te, quantum proficias, non pœnitebit.* ad Q. Fr: l. 3. *Non me hoc dicere pudebit.*

Hujus Ordinis sunt.

Misereſcit, Miseret, Pœnitet, Piget, Pudet, Tædet.

APPENDIX I. Generis P. S. C.

1. Quinque hæc Verba videntur quondam fuisse deponentia. Cujus rei argumentô est carmen Turilii *Quam matris nunc patris me miseretur magis.* Hinc eorum Præterita. *Misertum est, Pigitum est, Puditum est, Pertæsum est;* duo tamen, *Pigitum est, & Puditum,*

tam est pæuè obsoleverunt. Quanquam Cic: pro Flacco dixit: *Nomen esset puditum?* Et * Ovi: l. 7. *pigitum* Hinc Passive: *Pœnitendus, Pudendus, Pigendus.* Colum: l. 3. c. 1. *Hic ager colono est pœnitendus* v. l. 1. c. 18. & 14.

2 Vereor apud Veteres erat Impersonale hujus Ordinis. Pacuv: ap: Non: *Nihilne te populi veretur?* Accius. *Si tui te veretur Progenitoris* Quos & Cicero semel imitatus est. l. 1. de Fin: *Aristippi, Cyrenaicorumq; omnium, quos non est veritum, in voluptate summum bonum ponere.*

IMPERSONALIA PASSIVA.

CAPUT IX. P. S. O. I. C.

1. *Quid nam hæc Verba sunt.*

VERBA Impersonalia Passivæ vocis, *sunt ea Verba Passiva, quæ solâ Tertia Personâ contentæ sunt,* v. g. *Dormitur statur &c.*

2. *Unde proveniant.*

1. Fiunt potissimùm à Neutris in O, absolutis, & ab Activis, cùm hæc in tertia Persona absolute Passivè efferuntur. v. g. *Statur, Vivitur, Cirritur, Ibatur, Ventum est, Seritur, Egetur, Amatur, Fletur.*

3. *Quomodo construantur.*

3. ANTE SE admittunt Ablativum cum Præpositione *à* vel *ab*, idque VEL tacitè si absolutè ponuntur, v. g. *Egetur, statur, sc: à me, à te &c.* VEL expresse, Cic: l. 2. ep: *nihil est à me inservitum temporis causâ,* Id: pro Domo sua. *Ab universo senatu reclamatum est:* Aut Ablativi locô, Dativum, Martial: *Tota mihi*

dor

dormitur hyems Plaut: Epid: *Mihi isthic neque scritur, neque metitur.*

4. *POST* se habent casus suorum verborum Cic: l. 1. ep: Ejus orationi ab omnibus reclamatum est Liv: l. 1. Siccitate laboratum est; Non respuunt etiam Rectum Plin: l. 17. c. 10. *Hóc modò plantatur punica*, Id: l. 12. c. 13. *Mittitur Cardamomum* & l. 12. C. 6. *Totus hodie navigatur occidens.* Hæc nihilominus Impersonalia sunt, quia eorum Primæ & secundæ Personæ non sunt in usu.

S C H O L I O N I.

1. Impersonalia Passivæ vocis quædam suapte naturâ Personalia sunt, & Primas ac Secundas Personas Passivæ vocis habere possunt; quæ ab Activis & quibusdam Neutris Quarti Ordinis fiunt, dicuntur tamen Impersonalia cùm absolutè sinè ullis Personis Passiva voce efferuntur Cic: Phil: 3. *Ab hora secunda bibebatur, ludebatur, vomebatur.* Ter: Andr: act: 1. *In ignem posita est, fletur.* Vide ibi Donatum.

2. Verba verò, quorum Primæ Secundæq; Personæ non sunt in usu, si iis Nominandi Casum adjunxeris, *Impersonalia finita fiunt*, quod certam Constructionis Personam habent, Ov: 10. Met; *Nunc tertia vivitur ætas.* Id: *Noctes vigilantur amaræ* Cic: l. 1. Off: *Multa in Rep: peccantur*, Pro Mur: *Pugna acerrima est, cum Rege summa contentione pugnata* Sal: in Jug: *Prœlium malè pugnatum à suis*; quia *Vivor*, *Vigilor*, *Peccor*, *Pugnor*, in usu non sunt.

3. Ea igitur potissimùm censentur, Impersonalia, quæ primis secundisq; destituta Personis, non admittunt Nominandi casum, quia nullô certô Numerô, aut Persona definiuntur, unde & *Infinita*, seu *Indefinita* appellantur. Plautus Pseud. *Quid agitur; Egetur acriter*, Ter: Eun: act: 2. *Quid agitur? statur*, Id: Adelph: act: 4. *Cessatum est usq; adhuc.* Et act: 3.

Ignotum est, tacitum est, creditum est, Cic: 6. in Ver: *Curritur ad prætorium* Id: Att: l. 2, ep. 1. *Non itum est obviam, cùm iri maximè debuit.* Et l. 10. *Hic maneri diutiùs non potest.*

DE COMMUNI *OMNIUM VERBORUM* CONSTRUCTIONE.

CAPUT X. P. M. C.

Hactenus de peculiari Verborum Constructione dictum est, deinceps de Communi dicendum.

PRÆCEPTUM De Statu in loco Sive de Interrogatione UBI.

PROPRIA Pagorum, Castellorum, Urbium vel Oppidorum Primæ, vel Secundæ Declinationis ponuntur in Genitivo post quodvis Verbum, si Interrogatio fiat per Adverbium UBI; sive (ut alii loquuntur) cum significatur *status in loco* Cic: Att: l. 4. *Egnatius Romæ est.*

2 Propriorum legem sequuntur hæc quatuor Appellativa: *Belli, humi, militiæ, domi*, quorum postremo *domi*, adjungi possunt Adjectiva, *meæ, tuæ, suæ, nostræ, vestræ, alienæ*, Tusc: 5. *Theodori quidem nihil interest, humine an sublimè putrescat:* 2. Off: *Quibuscunq; rebus vel belli vel domi poterunt, Remp: augeant.* Id: l. 4 ep: 7. *Nonne mavis sinè periculo domi tuæ esse, quam cum periculo alienæ?* Liv: l. 1. *Salubriora credebant militiæ quàm domi juvenum corpora.* Cic: 1. de Off: *Parva sunt foris arma, nisi est consilium domi.*

EX-

EXCEPTIONES.

I. Si propria tamen fuerint *Declinationis tertiæ*, vel *pluralis numeri*, sextô Casu utendum est Cic. l. 1. de Div: *Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus.* ad Att: 6. *Lentulum nostrum scis Puteolis esse*

II. Dativô *Ruri* vel Ablativô *Rure*, utimur, cùm hujus est loci quæstio, Plaut: Bacch: *Si illi sunt virgæ ruri, mihi tergum domi est* Liv: l. 18. *Morientem rure eo ipso die sepeliri se jussisse ferunt.* Nonnunquam & Adjectivum additur Hor: l. 4. ep: 28. *Interdum nugaris rure paternô.*

De Regionibus universim.

PROPRIA *Regionum, Insularum, Provinciarum* ac cæterorum denique *majorum locorum*, semper cum vernaculo nostro sermone congruunt, exceptâ unicâ interrogatione *Quò*, ad quam semper Accusativô cum Præpositione *in*, efferuntur. Cic: Att: l. 0. *Promitto tibi, si valebit, tegulam illum nullam in Italia relicturum.* Id: l. 4. in Verr: *Imperii gradus ex Sicilia in Africa Romanis factus est:* Liv: l. 3. dec: 4. *Dum ipse terrestri per Hispaniam Galliásq; itinere in Italiam peteret* Cic: de Som: Scip: *Cùm in Africam venissem &c.*

APPENDIX II. Generis P. M. C.

1. Genitivus, *Domi*, illa sex tantùm Adjectiva admittit, *meæ, tuæ, suæ, nostræ, vestræ, alienæ*, cum aliis in Ablativo cum Præpositione, *In*, ponitur. Ovid: *Sustinet* in vidua *tristia signa* domo.

2. Quod interdum fit etiam adjectis illis sex Pronominibus Plin: ad Cæl: l. 3. *Ille in domo mea sæpe convaluit.*

3. Cum Substantivis autem utroque modô copulatur. ad Att: l. 1. ep: 9. *Clodius deprehensus est domi Cæsaris*, & l. 2. ep: 7. *Cùm in domo Cæsaris unus vir quondam fuerit.*

4. Hu-

4. *Humi* non solum significat, *ná ziemi, w ziemi, po ziemi*, ad Interrogationem, UBI, verùm etiam. *ná ziemię, o ziemię, w ziemię;* ad Interrogationem. QUO; Plin: l. 8. c. 83. *Ingentes arcus defigunt humi.* Colum: l. 8. c. 15. *Depressus humi canaliculus.* Quodsi adjectivum addideris; Genitivus *Humi* migrat in Casum Præpositionis, *In*, cæterorum Appellativorum more: * Ov: 4. Met. *Sedit humo in nuda.* Stat: 10. Theb: *Stratus humo in gelida.*

5. Sine Genitivo *Domi*, nusquam apud Latinos Scriptores invenies Genitivos, *Belli*, aut *Militiæ*; sed Ablativos cum Præpos: *In*, Cic: lib: 2. de Off: *Quæ res igitur gesta est unquam in bello tanta.* Salust: *In eo bello trecenti milites desiderati.* Elegantissimè etiam Ablativus *Bellô* sine Præpositione adhibetur, Vatin: ad Cic: l. 5. ep: 10. *Simius, non semissis homo contra me arma tulit; & ego eum bellô cæpi.* Sic *bellò partæ opes, captæ urbes, fracti hostes*, & similia, quæ ad danda infra Præcepta, de *Quando*, & de *Modo actionis*, referri possunt.

6. Errant qui putant, Nomina tertiæ declinationis ad interrogationem, UBI, Dativo efferri, nam *Tiburi*, & *Anxuri*, Ablativi sunt, quia *Tibur*, & *Anxur*, Ablativum in E, & I. apud Veteres habuere, unde legimus utroque modô. Cic: ad Att: l. 10. *Nunc rescribo convento Antonio, Tiburi.* * Liv: belli: Pun: l. 10. *Tibure haud ita multò ante mortuus.*

7. Quidam dubitant, dicendumne sit: *Marcellus natus est Romæ nobilis urbis*, an *nobili urbe.* Cicero posteriori modô loquitur pro Archia. *Natus est*, inquit, *Antiochiæ locô nobili, & celebri quondam urbe*, Idem Præpositionem quoque *In*, adhibet cum Ablativo. Or: pro Rab: *Neapoli in celeberrimo oppido*, & Phil: 4. *Albæ in urbe opportuna.* Plinius ipsi Nomini Proprio Præpositionem addit: l. 2. *In Nea oppido Troadis.*

Præceptum II. de motu ad locum.
Seu de Interrogatione QUO.

SI per Adverbium *Quò* fiat Interrogatio, Propria Pagorum, Castellorum, Urbium cujuscunque Declinationis, ac Numeri. * Item Appellativa. *Rus*, & *Domus*, Accusativô sinè Præpositione efferuntur Cic: Att: l. 16. ep: 6. *Epistolas Catinam, Tauromenoum, Syracusas commodius mittere potero* Ter: Heau: *Domum revertor mæstus.* Id Eun: *Rus ibo.* Cic: pro Arch: *Eum domum suam receperunt.* * Curt: l. 7. *Qui remissi domos erant.* * Si tamen *Rus* pluraliter usurpetur, præpositionem *In* adsciscit, Liv: l. 9. dec: 4. *Jam ubi vos dilapsi, domos & in rura vestra eritis.*

Præceptum III. de motu è loco, & per locum: sive de Interrogationibus, UNDE & QUA

SI per, *Unde*, vel *Quà*, sit Interrogatio, Propriis Pagorum, Castellorum, Oppidorum, item Appellativis, *Rus* & *Domus*, in Ablativo sinè Præpositione utimur, ad Att: l. 5. ep: 17. *Accepi Romæ sine tua epistolà fasciculum literarum.* Ter: Heau: act. 5. *Video rure redeuntem senem*, ad Att: l. 5. *Iter Laodiceâ faciebam, cùm has literas dabam in castra.* Id: *Adest legatus domô missus.*

APPENDIX II. P. M. C.

1. Cùm *loci propinquitas* significatur, etiam Propria Pagorum, Castellorum & Urbium ad quamvis interrogationem præpositiones recipiunt: En exempla I. ad UBI. Cic: 4. Acad: *Hortensii villa, quæ est* ad *Baulos.* Cic: ad Domit: *Apud Corfinium castra posuit Cæsar* Virg: 1. Æn: *Sub Ilio alio.* II. ad Quò. Cic: de Senect: *Miles adolescentulus profectus sum*, ad *Capuam*,

puam. Id: Att: l. 16. *Verti me à Minturnis Arpium versus.* III. ad UNDE, Id. Att: l. 9. *A Brundusio nulla adhuc fama venerat* Liv: l. 2. bel: Pun: *Legati Romani ab Carthagine in Hispaniam trajecerunt.* IV. ad *Quâ* Liv: doc: 4. *Præter Thebas, Demetriadem cursum dirigerent*, Polonus reddiderit. *Mimo Tebow*, vel *po pod Teby &c.*

2. Propria urbium & oppidorum sæpe Præpositionem recipiunt, idque ad quamlibet interrogationem, licet non significetur loci propinquitas.

3. Contra Propriis regionum & insularum interdum demitur Præpositio, præcipuè á Poëtis & Historicis. Exemplis supersedemus, quia præstat, ut Tyrones Grammaticorum regulam sequantur utrobique.

4. Certa Nomina *Regionum* aut *Viarum*, item Appellativa, quædam eleganter Ablativô sine Præpos: efferuntur tunc, cum alioqui Accusativô cum Præp: *Per* efferenda essent Cic: ad Q. Fr: l. 1. ep: 1. *Si iter Appiâ viâ faceres.* Id: in Ver: act: 2. *Multæ mihi à C. Verre insidiæ terrâ mariq; sunt factæ.*

5. Hanc elegantiam imprimis sibi vendicant verba *Vagandi*; ut, *Erro, Palor, Vagor, Volito*, & similia. Phil: 10. *Et nunc totâ Asiâ vagatur, volitat ut Rex*, Pro Font: *Vagantur, totô forô.* 2. de Or: *Totô forô volitare* * Martial: l. 1. *Nec tamen ignores, ubi sim venalis, & erres Vagus Urbe tota, me duce tutus eris.* Observa autem ubique isthic adjici Adjectivum *Totus*.

Præceptum IV. de Dativo communi.

QUodvis Verbum admittit Dativum ejus Personæ, cujus gratiâ, commodô, vel incommodô, aliquid fit: Plaut: Mil: *Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.* Cic: I. 16. ep: 6. *Quidquid valebo vel authoritate, vel gratiâ, valebo tibi*, Gt l. 2. ep: 13. *Sin quid offenderit sibi totum, tibi nihil offenderit.*

Præceptum V. de Accusativo, vel, Ablativo communi Temporis.

TEmpus Accusativô vel Ablativô effertur, si per *Quamdiu* fiat interrogatio Liv: l. 1. *Romulus septem & Triginta regnavit annos.* Plin: l. 7. *Masinissam sexaginta annis regnasse indubitatum est.* * Sœpiùs tamen Accusativô.

2. Sin verò per *Quando*, Ablativô utimur. Cic: de Arusp: *Negotium Magistratibus datum est annô superiore* * Ablativô item utimur, cùm præteritum tempus à præsenti metimur, ad Att: l. 10. ep: 4. *Tempestatem ego quindecim annis ante prospexeram.* Nos dicimus; *Od piętnastu lat, iuż temu piętnaście lat, iak &c.* Participium tamen, *Natus*, cum hominis ætatem metimur, Accusativum, *Annos* semper exigit; ut, *annos natus viginti &c.* Już mu dwadzieścia lat.

3. Cum transactio rei cujuspiam præfinitô temporis spatio ceu limitibûs quibusdam circumscribitur, Tempus Accusativô cum Præpos: *Inter*; nonnunquam etiam solô Ablativô effertur. Plaut: Cur: *Dimidiam partem nationum. . . . subegit solus intra viginti dies.* Liv: 3. bell: Pun. *Intra paucos dies &c.* Sic, *intra biduum, intra triduum &c:* Cic: pro Mil: *Clodius respondit, triduo illum, aut ad summum quatriduô periturum.* Nobis hoc loquendi genus respondet Interrogationi: *w iak prętkim czasie?* v. g. *we trzech dniach, o iędnę noc, we dwóch godzinach, iednym dniem &c.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Ad Interrogationem *Quando*, non sola Nomina, quæ tempus significant, Ablativô efferuntur, sed illa quoque, quibûs res in tempore evenientes exprimun-

muntur, eodem in casu usurpantur. Hinc illa passim apud Latinos Scriptores obvia. *Ludis Apolinaribus, Floralibus, Sæcularibus &c: Bellô servili, civili, Macedonicô, Punico, &c: Primo conflictu, Altera in hostem expeditione, Hirciô, & Pantâ Consulibus, L. Syllâ Dictatore*, & similia innumera: nihil est enim, quòd ista ad Absolutum potiùs Ablativum referamus.

2. Ablativi ejusmodi (exceptis, qui Personam significant,) summo Latini sermonis lepore in Accusativos cum Præpos: *Per*, migrare possunt. Cic: 7. Verr: *Per eos dies, quum iste cum pallio purpureo, talariq; tunicâ versaretur in conviviis*. Tacit: l. 20. *Orsus à quæstu periculisq; quæ per quinque & viginti annos in castris Romanis exhausisses*, SIC *Per caram annonam*, w drogie lata, *Per dionysia*, w zapusty, &c: vide Indicem Cnapii sub *Per*. Nonnunquam, *per*, mutatur in *sub* v. infra c. 18. præcepto, 7.

Præceptum VI. de Accusativo, vel Ablativo spatii.

CUivis Verbo apponi potest Accusativus, vel Ablativus, qui distantiám loci significet. Cic: l. 16 ep: 4. *Is locus est citra Leucadem stadia viginti*, pro Sext: Rosc: *Edixit, ut ab Urbe abesset passuum millia ducenta*. Att: l. 13. *Cubitum nullum assiduo cursu processit*. Liv: 7. bell: Mac: *Mille & ducentos passus ibi latitudo patet*. Cæs: l. 1. bell: Gall: *Sex millibus passuum à Cæsaris castris sub monte consedit*. Id: Ib: *Ab exploratoribus certior factus est, Ariovisti copias, à nostris, millibus passuum sex & viginti abesse*. Accusativus tamen est frequentior.

APPENDIX II. Generis P. M. C.

1. Ipsum *Spatii* nomen utroque Casu adhibetur. Curt: l. 5. *Edificia fere SPATIUM unius jugeris absunt.*

sunt. Colum: l. 1. c. 3. *Sulci lirarum inter se distant semipedali SPATIO.*

2. Cùm dicimus abesse, *bidui, tridui, &c.* genitivis ejusmodi, *Iter,* aut *Via,* in Accusativo vel Ablativo subauditur, Att: l. 5. ep: 17. *A castris aberam bidui,* *Sæpe & expressè adjicitur. Fam: 15. ep: 4. *Aberam ab Amano iter unius diei,* Cæs: l. 1. bel; Gall: *Cum bidui viam processissem.*

Præcept: VII de Alativo absoluto.

QUibuslibet Verbis addi potest Ablativus absolutè positus. Att: l. 5. *Quæ authore te velle cepi, adjutore assequar.* Ad eund: l. 14. *Scripsi hæc ad te appositâ secundâ mensâ.* De clar: Or: *Ergo cautiùs posthac historiam te audiente, attingam.* Mart: l. 8. *Cæsare venturo, Phosphore redde diem.*

2. Si tamen Nomine illo, aut Pronomine, vel Participio, quod Ablativô absolutô efferendum erat, Verbum aliquod proximum tanquam suô casu recto, aut Obliquo indigeat; Ablativo absoluto ordinariè locus non est Cic: 1. de Or: *Cùm Proconsul in Ciliciam proficiscens Athenas venissem.* Ibid: *Cogitanti mihi, ac memoriâ veteri, repetenti, perbeati fuisse illi videri solent.* Plura exempla pete ex C. 14. Præc: 1, num: 1. infra.

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Aliquando absolutè ponitur *Participium Præteriti* sinè Nomine Liv: bell: Mac: l. 1. *Inde Consul ad Pulvinum est progressus, nondum comperto, quam regionem hostes petissent.* Tac: l. 2. *Audito, castellum Lupiæ obsideri, sex legiones eò duxit.* Tac: l. 1. *Nondiu certato transtulit aciem.* Id: l. 4. Hist: *Multùm invicem disceptatô.* v. l. 1. 9. sch: 7. n. 6.

2. Nonnunquam *Nomen* tantùm Tac: l. 1. *Juxta*

PERICULOSÒ *ficta ſeu vera promeret*, i. *cùm æquò periculoſum eſſet*. Liv: bell: Pun: l. 7. *Multi* incertò *præ tenebris, quid aut peterent, aut vitarent, fœdè inierunt*, i, *cùm incertum eſſet*. Tacit. l. 3. Ann: *Senatus Majorum beneficia introſpexit* liberò, *at quondam, quid firmaret, vetarètque*, i. *cùm liberum eſſet, maneret* &c. Talia ſunt, *te Authore, me judice, Sylla Dictatore* &c. Quorum pleraque etiam ad *Quando*, & *Quomodò*, referri poſſe, jam innuimus. Hæc ſi ad ſimplicem locutionis modum reducas ex Nominativis Verbi *Sum*, facilè deprehendes.

3. Interdum Ablativo abſoluto locus datur etſi Nomine illo, vel Pronomine, aut Participio Verbum aliquod proximum alio in Caſu egere videatur. Cic: ad Tib: l. 16. *Non potes effugere hujus culpæ pœnam te patrono* i. *tu ipſe patronus*, vel ſi *tu ipſe patronus tuus ſis*. Sen: de vita beata c, 10. *Populo ſpectante fieri credam, quod me conſciò faciam*, i. *quod conſcius ipſe mihi faciam*, Id: l. 3. epiſt: 9. *Acerbum eſt uri, quanto acerbiùs, ſi id te faciente patiaris*. * Hor: l. 2. ode: 2. *Non ſinas Medos equitare inultos Te Duce* (i. *tu dux*) *Cæſar* Sedig: apud Gell: l. 15. c. 24. *Eum me judice*, (i. *ego judex* (*errorem diſſolvam tibi*. Tac: l. 14. An: *A Cæſare perfecto demum ſcelere, magnitudo ejus* (ſc: *ſceleris*) *cognita eſt*. Cic: l. 5. ep: 12. *Alacres animò ſimus, ut cæteri viventibus nobis ex libris tuis nos cognoſcant*, &c. &c.

Præceptum VIII de Ablativo inſtrumenti, Cauſæ, & Modi actionis.

QUævis Verba admittunt Ablativum ſignificantem *Inſtrumentum* vel *cauſam* propter quam aliquid fit, vel *Modum* actionis, qui cognoſcitur interrogatione, *Quomodo*. * Ter: AdelPh. *Hiſce oculis egomet vidi*. * Cic. ad Q. Fr: l. 2. *Veſtrâ culpâ hæc acciderunt.*

* Pro-

* Pro Mil: *Quonam modô id factum feret civitas?* Id: de Sen: *Sapientissimus quisque æquissimo animo moritur, stultissimus iniquissimo.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Ablativus, quem Neutris, *Quinti*, & Deponentibus, *Septimi ordinis*, attribuimus, plerumque etiam *ad causam, propter quam aliquid fit* referri potest; ut *Ardeo iracundiâ, Flagro, Inflammor, Incendor cupiditate &c. lætor, oblector, delector quiete &c.* 1. *ardeo ob iracundiam. Lætor ob quietem &c.*

2. Ablativus modi, præpositionem *cum* sæpe admittit. * in Accusativum quoque cum Præpositione *Per*, eleganter migrat. Cic: pro Cluen: *Semper magno cum metu dicere incipio.* de Or: l. 3. *cum febri domum redeo.* * Plin: ep: 193. *Avunculus meus, idemque per adoptionem pater.* Liv: l. 8. dec: 5. *Nunc per cavillationem, nunc precibus & simulatis lacrymis ad centum talenta est perductus*, vide Indicem Cnapii sub *Per*,

3. Ablativus quoque *Instrumenti* sæpe eadem ratione effertur Belf: 5. c. 10. *Dixi de iis vulneribus, quæ maximè per tela inferuntur.*

4. Ablativus *Causæ* etiam Præpositiones *A*, vel *Ab*, *cum, de, ex, præ, pro*, nonnunquam admittit, Ter: Heaut: *Jacentes hostes à verecundia.* ad Q. Fr: l. 4. *Certo scio, te fecisse cum musa*, Pro Sext: *Omnibus Senatus de me gratias egit*, Sal: in Jug: *Ex conscientia sua diffidendi.* Pro: Planc: *Nec loqui præ mærore potuit* Id: de Or: *Proq; eo, quod ejus nomen erat, magnâ apud omnes gloriâ invitatus esset.*

Præceptum IX. de Ablativo excessûs & Partis.

CUivis Verbo adjungi potest Ablativus rei, quo *Excessus* vel *Pars* significatur. Cic: de clar: Or: *P. Sci-*

P. *Scipio omnes fale facetiisque fuperabat.* 2. de Or: *Lepore & humanitàte omnibus præftitit Socrates.* * Cic: 1. de Or: *In me ipfo fæpiffimè experior, ut exalbefcam in principiis dicendi, & totâ mente, atque artubus contremifcam.* Hor: l. 1. Stat: 2. *Animóq; & corpore torpet.* Tib: l. 1. el: 6. *Et fi quid peccâffe putet, ducórq; capillìs immeritô.* Sic & Virg: 2. Æn: *Ecce trahebatur paffis Priameia virgo crinibûs*, & Plaut: *Capillìs me de curru detraxit*, & Suet: de clar: Rhet: *Detrahere pedibus de tribunali*, nos dicimus; *zá leb, zá nogi, &c.*

Præceptum X. de Ablativo Pretii.

QUælibet Verba admittunt Ablatívum fignificantem Pretium Cic: act: 4. in Ver: *Senatus æftimâffet quaternìs feftertiìs tritici modium.* Ter: And: act: 2: *Vix drachmìs obfonatus eft decem.* Liv: l. 3. bell: Pun: *Multorum fanguine & vulneribus ea Pænìs victoria ftetit*, v. 2. Ord: Act: n. 270. & 271.

APPENDIX II. Generis. P. S. C.

1. Genitivi illi, *Tanti, Quanti, Pluris, Minoris, Tantidem, Quanticunque*, in Ablativos tranfeunt, fi addantur Subftantiva, Liv: 2. bell: Punici. *Cùm pretio minore redimendi captivos copia fieret.* Non tamen dicimus: *Plurì pretiò*, fed *Majore pretiô*, aut *Cariùs*.

2. *Valeo*, cùm ad Pretium refertur, Ablativum vel Accufativum amat. Plin: l. 31. cap: 3. *Aureus nummus percuffus eft ita, ut fcrupulum valeret.* Var: de ling: l. 4. *Denarii, quod denos æris valebant, quinarii, quod quinos.*

DE CONSTRUCTIONE VERBORUM INFINITORUM.

CAPUT XI, P. M. C.

VErba Infinita *ante se* Accusativum locò Nominativi, *Post se* eosdem Casus postulant, quos Finita.

2. Locutionis genus, quod *Infinitum* appellant Grammatici, tunc in usu est, cùm *Nomen* aut *Verbum*, vel *Participium*, Casûs locò, Membrum, Orationis habet; eiq; beneficiò particulæ *Quod*, si *Finitè* loquendum sit, conjungitur. NOMEN, Cic: 2. Tusc: *mihi conscius sum, nunquam me nimis cupidum fuisse vitæ.* Cic: l. 12. ep: 30. *Mihi solet esse molestum, tantîs me impediri occupationibus, ut ad te scribendi facultas nulla detur.* * VERBUM Id: l. 10. ep: 7. *Medico ipsi* puto *aliquid dandum esse; quò sit studiosior.* Id: l. 12. ep: 28. *In Rep: quid agatur,* credo, *te ex eorum literis cognoscere, qui ad te acta debent perscribere.* * PARTICIP. Ovid: 13. Met: *Sum* ratus, *esse feram, ferrúmq; volatile fixi.* Plaut; Amph: *Quod nunquam* opinatus *fui eventurum, id contigit.*

3. In hoc porro loquendi genere duo observari debent. I. Conjunctio *Quòd*, rejicienda. II. Membrum ipsum Orationis, seu illa locutionis pars, quam Conjunctio *Quòd*, post se trahit, ita immutanda est, ut *Nominativus* in Accusativum, *Verbum Finitum*, in Infinitum correspondentis Temporis convertatur: cætera manent integra, v. g. *Mihi conscius sum*, Quod *nunquam* (*ego*) *nimis cupidus fui vitæ &c.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Orationis membrum non solùm tunc infinitè vertitur, quando beneficiò particulæ *Quòd*, adhæret Nominibus, aut Verbis, v. Participiis; sed etiam quan-

quando beneficiò particulæ *Ut* jungitur Verbis *Permittendi, Jubendi, Volendi*, item iis, quæ *Possibile, Æquum Congruum* & similia, vel contraria his significant Cic: l. 1. ep: 9. *Eumq; quem bonum civem semper habuissent, bonum virum esse paterentur*, Id: l. 3. ep: 9. *Si a me diligi vis, ad me literas, ut quàm primùm lætitiâ afficiar, mittito.* Id: l. 2. ep: 2. *Sin? me id facere noles, te mihi æquum præbere debebis.* Id: ep: 8. *Tibi omnia mea commendatissima esse cupio.* ad Att: 8. *Æquum est me á te impetrare* & l. 1. de Off: *Non est autem consentaneum, qui metu non frangitur, eum frangi cupiditate.*

2. *Dubitandi* Verbum, Particulæ. *Quin*, adminiculô, aut *Substantiva* quœdam & *Adjectiva*, plurima cum Substantivorum in morem Neutro genere usurpantur, etiam per Particulam, *Si* cum *Membro* ejusmodi coalescunt. Ter: Eun: act: 5. *Nunquid Gnate dubitas, quin ego periêrim? Non dubito, quin vobis satis fecerim Judices;* quæ infinitè efferri possunt sic: *Nunquid Gnate dubitas me periisse? Non dubito me vobis satisfecisse &c.* * Cic: de Amic: *Æqui autem NEFAS sit tale aliquid & facere rogatum & rogâsse.* Id: 3. de Off: *Hoc non TURPE est: dubitare Philosophos, quod ne rustici quidem dubitent?* 1. de Off: *Æquiùs autem fuerat, id voluntate fieri*, id: *Præstantissimum est, appetitum obtemperare rationi* & similia, quæ finitè efferes: *Turpe est, si Philosophus dubitet &c. Æquiùs fuerat, si voluntate id fieret & c.* Sic enim plerumque Latini loquuntur Juv: sat: 13. *Credebant hoc grande NEFAS & morte PIANDUM, Si juvenis vetulo non assurexerit &c.*

Si Accusativi geminatione fiat *amphibologia*, locutio Passivè efferatur v. g. *Lachetem, audivi, percussisse Demeam* Sic, *á Lachete, audivi, percussum esse Demeam.* Sic, *Vidi, canem superâsse lupum. Video, dextram lancem prægravare sinistram &c.* Si Passivum à Ver-

à Verbo formari nequeat, amphibologiæ solvitur mutatione Verborum: v. g. *Vidi, canem insectari lupum, Vidi, à cane exagitari lupum.*

4. Accusativus *Infiniti* nonnunquam reticetur, 2. Tusc: *Subduc cibum unum diem athleta Jovem Olympium - impos abit ferre non posse clamabit*, sc. *se* Ovid: *Vivere spe, vidi, qui moriturus erat*, sc: eum.

6. In his Infiniti temporibus, quæ ex Participio quopiam & Infinito, *Esse*, vel *Fuisse*, supplentur, persæpè ipsum *Esse*, vel *Fuisse* omittitur. Ter: Andr: act: 1. sc: 1. *Factum, puta, quod postulas.* Cic: l. 3. ep: 10. *Memet ipsum mihi per illum restitutum, puto*, cætera vide supra l. 1. c. 9. sch: 10.

Præceptum II. Circuitio ex Futuro Simplici Verbi SUM.

FOre ut, vel *futurum ut*, adjuncta verbis, *Puto, Spero, Conjicio, Suspicor, Affirmo, Video*, & aliis, quibûs judicium vel conjectura significatur, eleganter Futurum Infinitum *agendi* tum *patiendi* supplent, idq; licet Verba supinis non careant Cic: Att: l. 10. *Nunquam putavi, fore, ut ad te supplex venirem.* Fam: l. 1. ep: *Valde suspicor fore, ut infringatur hominínum improbitas.*

2. Hac tamen circuitione potissimùm subvenitur Verbis, quæ supinô carent. Tusc: 1. *Spero fore, ut contingat id nobis.* Ter: l, 2. Contr: *Nunquam putavi futurum, ut pater meus liberos odisset.*

Præceptum III. Futuri Præteritô mixti, & Circuitionis ex Eo factæ usus.

FUturum Infiniti, quod *Præteritô mixtum* dicitur, tunc adhibendum est, cùm illa finitæ locutionis

pars,

pars, quam Conjunctio *Quod*, post se trahit, Præteriti plus quàm perfecti Conjunctivi Modi Verbum habet. Cic: de Fato. *Puto etiamsi Icadius tum in spelunca illa non fuisset, saxum tamen illud casurum fuisse.* act: 3. in Verr: *Ut perspicuum sit, nunquam illos in eum locum progressuros fuisse* Cic: Phil: l. 2. *Dixit, aliam sententiam se dicturum fuisse, nisi propinquitate impediretur.*

2. Quodsi Verba supinó careant, circuitione ex Futuró præteritó mixtó Verbi, *Sum*, utendum est, v. g. *Futurum fuisse arbitror, ut ediscceres orationem, si voluisses.*

3. Elegans est hujus Circuitionis usus, si Verba etiam Supinis prædita Passivè efferantur. Cæs: l. 3. bell: Gal: *Nisi ipso tempore quidam nuntii de Cæsaris victoria per dispositos equites essent allati, existimabant plerique, futurum fuisse, ut oppidum amitteretur.*

APPENDIX I Generis P. M. C.

Verùm tamen cùm Tempus Præteritum imperfectum eadem ratione per Infinitum efferendum est: tutius videtur uti Conjunctivó interpositó *Credo*: aut *Opinor*. Cic: 1. de Fin: *Male, credo, mererer de meis civibus.*

Præceptum IV. Infinita quibus cum Verbis copulentur.

VErbis *Cœpi, Soleo, Debeo, Incipio, Desino, Possum:* multisq; aliis maximè iis, quibûs voluntas explicari solet, adduntur Infinita Cic: pro Rosc. Com: *Qui mentiri solet, pejerare consuevit* Id: Ter: l. 10. *Omnes cupimus, ego imprimìs, quam primùm te videre.*

APPENDIX II. Generis P. M. C.

1. At Verba *Peto, Posco, Rogo, Oro, Postulo, Flagito,* Sua-

Suadeo Moneo, Hortor, Curo, Ago, Permitto, Concedo, pro *Annuo Adnitor, Laboro*, & horum Composita apud Oratores ferme respuunt Infinitum, ac Conjunctivum cum *Ut* desiderant, Cic: l. ep: 9. *A te, ut idem facias, peto &c:*

2. *Suadeo, Admoneo, Censeo, Puto, Curo*, & similia eleganter etiam cum Participiali in *Dus*, Conjunctivi loco junguntur. Cic. Att: 15 *Quam honorificentissimum Senatus Consultum faciendum cures.*

3. Futurum *Fore*, maxime his Verbis gaudet, *Auguror, Confido, Credo, Existimo*, aliisq; quibus futura prædicimus. Cic: l. 8. Att: *Sin? erit bellum, ut video fore, meæ partes non desiderabuntur.*

Præceptum V. de Verbis servilibus solet, incipit &c. cum Infinito.

S*Olet, incipit, Debet, Cœpit, Desinit, Potest*, quando Infinitis Verborum Impersonalium junguntur, ipsa quoque Impersonalia fiunt, & Nominativum celant, Cic: 1. ad Att: *Solet eum, cùm aliquid furiosè fecerit, pœnitere.* Cæs: 2. de bell: Gall: *Pugnatum est, ut à viris fortibus pugnari debuit.* Cic: *Non potest jucundè vivi, nisi cum virtute vivatur.* IDEO dicta Verba etiam *Servilia* appellantur; quoniam cum Impersonalibus impersonaliter usurpantur eorùmque naturam induunt.

2. Verba tamen, *Volo, Malo, Nolo*, nunquam fiunt Impersonalia. Cic: pro Ligur: *A te ignosci nemini vellem.* Curt: l. 4. *Malo, me fortunæ pœniteat, quàm victoriæ pudeat.* Eodam modo dices. *Velim vos negligentiæ pœniteat. Nolim, te laboris tædeat, Mallem, hujus te sceleris pœniteret.* Observa autem, *Ut*, per eleganter reticeri.

3. *Debeo* cum Infinitis nunquam passiva voce usurpatur, Ne ergo dixeris: *Hoc debetur facere*, vel, *fieri*,

fieri, sed, *hoc debet*, aut *oportet fieri*, vel potius *faciendum est.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. *Incipio*, *Transitivum*, etiam sinè infinito reperitur. Ter: Heau: act: 5. *Neque, quod principium incipiam ad placandum, scio.* Liv: l. 9. *Armatos, cum à neutris prælium inciperetur, nox oppressit.* Absolutè etiam usurpatur. 2. Æn: *Vix prima inceperat æstas.* Quintil: l. 2. c. 8. *optimè institutum est, ut ab Homero atque Virgilio lectio inciperet.* Id: l. 6. *Optimè incipit à longis.*

2. *Cœpi* & *Desino* cum Infinitis Passivis & activè & passivè usurpari possunt. Liv: l. 2. *Plebi injuriæ à primoribus fieri cœpêre.* Id: l. 3. *Contemni cœpti erant à finitimis populis.* * Plin: l. 2. *Turres bellicis temporibus desiêre fieri.* Cic: in Bru: *Veteres orationes, post nostras à plerisque legi sunt desitæ.*

3. At: *Possum*, *Queo*, *Nequeo*, Passiva voce tanquam obsoleta vitanda sunt, v. l. 1. c. 12. sch: 1. & 5. n. 6.

DE CONSTRUCTIONE GERUNDIORUM.

CAPUT XII. P. M. C.

Præceptum I. de Gerundiis universim.

GErundia quæ *Passionem* non significant, Casus suorum Verborum admittunt; v. g. *Tempus obliviscendi injuriam, ignoscendi inimicis, coërcendi cupiditatem, abstinendi maledictis.*

2. Quæ verò *Passionem* significant, nullum post se Casum admittunt vide. l. 1. c. 9. sch: 12.

Præce-

Præceptum II. de Gerundiis in Di.

GErundiis in DI, adduntur Subſtantiva *Amor*, *Cauſa*, *Copia*, *Cupiditas*, *Cura*, *Facultas*, *Finis*, *Mos*, *Ratio*, *Tempus*, *Studium*, & id genus plurima. Cic: de Sen: *Equidem efferor ſtudio Patres veſtros, quos cognovi, & dilexi, videndi.*

2. Item nonnulla Adjectiva; ut, *Cupidus*; *Avidus*, *Studioſus diſcendi*. *Conſvetus*, *Inſvetus*, *Inſolens navigandi*, *Peritus*, *Imperitus*, *Gnarus*, *Ignarus dicendi*, *Doctus*, *Sciens*, *Neſcius*, *Inſcius adulandi*, *Certus eundi*, *Timidus moriendi*. Cic: 2. de Or: *Sum cupidus te audiendi.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Gerundia in *Di*, interdum Genitivum multitudinis pro Accuſativo admittunt 1. de Div: *Doleo tantam Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe.* Plaut: Cap: *Nominandi tibi iſtorum erit magis, quàm adeundi copia*, v. l. 1. c. 9. ſch: 12.

2. Infinita nonnunquam pro Gerundiis in *Di*, cum Subſtantivis Nominibus, præſertim apud Hiſtoricos, Græcorum more junguntur Cæſ: 7. bell: Gall: *Conſilium cœpit, omnem equitatum noctu à ſe dimittere.* Liv: l. 3. *Tempus eſt, aut pacem componi, aut bellum noviter geri*, Cicero etiam in Top: *Sed iam tempus eſt, ad id, quod inſtituimus, accedere.*

3. Id verò Pòëtis, qui ſtudioſè Græcos imitantur, perquàm ſolemne eſt. 3. Æn: *Nec ſit mihi cura mederi.* Ecl: 9. *Glandes nunc ſtringere tempus.* v. l. 1. c. 9. ſcho: 12

4. Nec minùs frequenter apud eoſdem Adjectivis quoque illis junguntur Infinita. Virg: Eccl: 10. *Cantare periti Arcades.* Æn: 4. *Certus mori.* Hor: l. 1. od: 19. *Doctus ſagittas tenere*, & l. 4. od: 9. *Timidus perire.*

Præce-

Præcept: III. de Gerundiis in Dum.

GErundiis in *Dum*, præponuntur, *Ad*, *Ob*, *Inter*, Cic: 5. Tufc: *Conturbatus animus non eſt aptus ad exequendum munus ſuum.* Id. 3. in Verr: *Quanto iſtud flagitioſiùs, improbiùs, indigniùs, eum, à quo pecuniam ob ſolvendum acceperis, condemnare.* Liv. l. 2. *Ipſe inter ſpoliandum corpus hoſtis, verutô percuſſus inter primam curationem expiravit.*

2. Præponitur & *Ante*, ſed rariùs & apud Pöëtas fere tantùm Georg: 3. *Ante domandum ingentes tollunt animos*, Orator dixerit: *Antequam*, vel *Priùſquàm*.

Item Adjectiva, *Facilis*, *Difficilis*, *Paratus*, *Promptus*, *Expeditus*, *Idoneus*, *Aptus*, *Segnis Vehemens*, & horum ſimilia Cic: de Fin: *Neque me ſegniorem ad reſpondendum reddidiſti.* Pro lege Man: *Hic locus ad agendum ampliſſimus, ad dicendum ornatiſſimus eſt viſus.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. At Pöëtæ cum Adjectivis ejuſmodi Infinitum jungunt: Hor: l. 1. ep. 16. *Fons rivo dare nomen idoneus*, Id. l. 3. od: 21. *Segneſq; nodum ſolvere Gratiæ &c.*

2. *Paratus*: etiam ab Oratoribus Infinito jungitur. Cic: l. 15. ep. 4. *Invidiam & pericula ſubire paratiſſimus fueris.*

Præcept: IV. de Gerundiis in DO.

GErundia in *Do*, modo ſine præpoſitione adhibentur. Cic: Att: 13. *Plorando defeſſus ſum*: Modò Præpoſitiones, præſertim, *A*, vel *ab*, *de*, *in*, aſſumunt. 2. Tufc: *Ab invidendo rectè invidentia dici poteſt.* lib. 2. ep. 1. *Quis eſt tam in ſcribendo impiger, quam ego?* ad Att: l. 9. ep. 1. *Tu quid cogites de tranſeundo in Epirum, ſcire ſane velim.*

2. Nonnunquam admittunt, *Pro, cum, e, ex*, Plaut: Aul: *Heu! senex, pro vapulando hercle abs te mercedem petam*. Quintil: l. 1. c. 5. *Scribendi ratio conjuncta cum loquendo est*. Ter: Adel: act: 3. *id non fieri ex vera vita, sed ex assentando indulgendo & largiendo*.

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Gerundia in *Do*, & *Dum*, quibus Præpositio adjuncta est, raro sequitur Casus Verbi, Varr: de re Rust: l. 13. c. 9 *In supponendo ova observant, ut numero sint imparia* Cic: l. 5. ep. 17. *Nullo loco deero ad levandum fortunam tuam*.

MULTO tamen venustiùs Adjectivorum more, variatô Gerundio Passivè usurpantur in Præpositionis suæ Casu, Cic: 5. in Verr. *Si ubertas IN percipiendis fructibus fuit, consequitur utilitas IN vendendo*. Idem de leg: Agr: *Quanta instrumenta habeat AD obtinendam, adipiscendamq; sapientiam*, v. infra præceptum 6.

2. Gerundia quoque, in *Do*, quæ cum Verbis, *Studeo, Operam do*, & similibus Dandi Casum poscentibus activa significatione in Dativo junguntur, raro admodum Accusativum habent. Tale est illud Plauti *Epidicum quærendo operam dabo*, quod non videtur imitandum.

Potiùs igitur mutatô in Dativum Accusativô Gerundii, ipsum Gerundium Adjectivi instar cum eo copuletur. v. g. *Epidico quærendo &c.* Plin: l. 13. c. 12. *Nimia angustæ (chartæ) tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis*. Liv: l. 1. *Interjectô spatiô quod supplendo exercitui satis esset*.

3. Quodsi ista Gerundia junganfur Adjectivis, *Aptus, Bonus, Deditus, Habilis, Idoneus, Intentus, Impar, Par, Utilis*, aliisq; Dativum poscentibus, per quam eleganter Adjectiva ipsa reticentur, Cic: Att: l. 13. ep: 10. *Solvendo non erat*, Liv: l. 13. *Quæ restinguendo*

do igni forent, reportantes. Id: l. 4. *Sitne aliquis plebejus ferendo magno honori*, Subauditur ubique: *Par*, *Impar*, *Idoneus &c.*

4. Poëtæ pro ejusmodi quoque Gerundiis, Infinitô sæpe utuntur, Eccl: 5. *Boni Calamos inflare.* Georg: I. *Felix ponere vites &c.*

Præceptum V. de Gerundiis.

GErundia, quæ Accusativo gaudent fere eleganter more Adjectivorum ad hunc modum efferuntur. *Pompejus fuit Studiosus Remp: defendendi, Civesq; servandi.* Gerundivè: *Pompejus fuit Studiosus Reip: defendendæ, Civiumq; servandorum*, Cic: Phil: 4. *Princeps vestræ libertatis defendendæ semper fui.* Id: l. 23. ep: 12. *Animum tuum promptum & alacrem perspexi ad defendendam Remp:* Id, l. 15. ep. 16. *Eventis aliorum memoriâ repetendis nihil accidisse nobis novi cogitemus.* Liv: l 4. *Prælia de Occupando ponte crebra erant.*

Ad hunc igitur loquendi modum requiruntur duo: I. ut Accusativus Gerundii migret in eum Casum quô effertur ipsum Gerundium: II. ut Gerundium Adjectivi instar cum eo copuletur.

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Ista Verba *Do*, *Loco*, *Conduco*, *Redimo*, *Mando*, *Curo*, *Habeo*, *Trado*, *Attribuo*, *Præbeo*, *Relinquo*, *Suscipio*, *Depono*, *Objicio*, *Præpono*, *Sumo*, *Assumo*, & similia, si Gerundiva sit locutio, Accusativum sine Præpositione ambiunt, Cic: 4. in Catil: *Attribuit cives interficiendos Gabinio, Urbem inflamandam Cæssio, totam Italiam diripiendam Catilinæ.* Id: l. 1. ep. 9. *Quos libros ad te perferendos curabo.*

2. Nam si Præpositionem adhibeas, simpliciter per Gerundia loquendum est: v. g. *Attribuit cives ad interficiendum &c.* Cic: pro Dom: *Cum alteri Syriam pacatissimasq; gentes ad diripiendum tradidisset.*

3. Poëtæ hæc etiam infinito jungunt. Æn: 1. *Dederatq; comas diffundere vento.* Et l. 8. *Moriens dat habere nepoti.*

Præc: VI. de Participiali in Dum

VErbum Participiale in *Dum*, accedente Verbo *Sum*, Dativum postulat omnibus Verbis communem, Liv: bell: Pun: l. 1. *Hic Nobis vincendum, aut moriendum milites est.*

Præter Dativum communem etiam Casum quemlibet sui verbi admittit. 2. Tusc. *Tuô tibi judiciô est utendum.*

1. Non tamen Accusativum, ne ergo dixeris: *Petendum est nobis pacem. Scribendum est mihi literas, &c.* Sed Accusativus vertendus est in Nominativum, & Verbum Participiale definens in *Dum*, Adjectivi instar cum eo copulandum, vg. *Petenda est nobis pax &c.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

Prisci etiam Accusativô usi sunt. Lucr. l. 1. *Æternas quoniam pœnas in morte timendum.* Hos imitatus est Virgilius, 11. Æn: *Alia arma Latinis quærenda, aut pacem Trojano à Rege petendum.*

Hoc tamen dicendi genus carmini magis, quàm solutæ orationi concesserim, quanquam & Varro aliquoties eô utatur: l. 2. c. 26. *In fœtura dandum potius hordeaceos, quàm triticeos panes.*

DE CONSTRUCTIONE SUPINORUM.

CAPUT XIII. P. M. C.

Præceptum I. de Supinis in UM.

SUpinum in *Um*, amant Verba, quæ *motum ad locum significant.* Ter: Phom: *Percontatum ibo*, Id: Heau:

Abi deambulatum. Liv: l. 2. *Coriolanus damnatus absens in Volscos, exulatum abiit.*

2. Hæc Rectum *ante se* nullum, *post se* Obliquos suorum verborum admittunt Cæs: bell: Gall: l. 1. *Legatos ad Cæsarem mittunt rogatum auxilium.* Ter: Eun: *Nutricem accersitum iit.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Pro Supinis in *UM.* sæpe Verba motus, adsciscunt Gerundium in *Dum*, cum Præpos: *Ad* Liv: l. 2. *Mittunt ad oppugnanda castra.*

2. Poëtis utriusque loco infinitò uti licet, 1. Æn: *Non nos aut Lybicos ferrô populare Penates venimus &c.*

Præceptum II. de Supinis in U.

Supina in *U.* ferè sunt passivæ significationis, & sine ullo Casu junguntur Nominibus Adjectivis, Cic: 7. At: *Quod optimum factu videbitur, facies.* d: Phil: 4. *O! rem non modo visu fœdam, sed etiam auditu.*

2. Adjectiva quibus hæc Supina libentius junguntur, hæc fere sunt. *Absurdum, Acerbum, Arduum, Asperum, Credibile, Crudele, Difficile, Dignum, Dulce, Durum, Facile, Fœdum, Grave, Horrendum, Incredibile, Indignum, Infandum, Inutile, Jucundum, Lepidum, Leve, Memorabile, Mirabile, Mirandum, Mirum, Molestum, Necessarium, Nefarium, Obscœnum, Optimum, Pessimum, Pulchrum, Rarum, Speciosum, Suave, Terribile, Turpe, Utile,* Et Substantiva: *Fas nefas.*

3. Aliis Adjectivis eleganter junguntur infinita, ut *Æquum, Laudabile, Pium, Sanctum. Honestum est miseris opem ferre,* ad Att: l. 8. *Pro Patria, & in Patria mori præclarum est.*

APPENDIX II. Generis P. M. C.

Etiam pro Supinis in *U.* Poëtæ utuntur Infinitò

Modò:

Modò Eccl: 5. *Et erat tum dignus amari, i amata, v. qui amaretur, v. ut amaretur.* An verò hæc Supina interdum activè significent, v. l. 1. c. 9. Sch: 12.

DE CONSTRUCTIONE PARTICIPIORUM.

CAPUT X. P.M.C.

Præc: I. de Casibus Participiorum.

PArticipia eosdem Casus regunt, quos Verba, à quibus proficiscuntur. Ad Att: l. 2. ep: 1. *Eunti mihi Antium & gladiatores Metelli cupide relinquenti venit obviam tuus, puer.*

2. Participia Passiva Præteriti & Futuri Temporis, frequentius Ablativo quàm Dativo adhærent apud Oratores. Cic: in Verr: *De rebus ab isto recognitis dicere desistamus.* Idem l. 15. ep: 10. *Non putabam à me scribenda esse publicè.*

3. Hæc tamen: *Notus, Cognitus, Perspectus, Exploratus, Compertus, Optatus, Dilectus, Spectatus, Probatus, Acceptus, Gratus, Despectus, Contemptus, Neglectus, Auditus, Visus, &c.* Præsertim ex his Composita; ut, *Ignotus, Invisus, &c.* Dativum fere malunt, ut quæ plerumque in Nomina transeunt Cic: de Sen: *Sperare videor, Scipionis amicitiam & Lælii, notam posteritati fore*, Id: de Arusp: *Maribus non invisa solùm sed etiam inaudita sacra pervertit.*

NOTA *Quando autem Participia censenda sint transire in Nomina, non convenit inter Grammaticos. Ego crediderim tunc transire, cum amisso eo, quod á* Verbo *participabant, id solùm retinent, quod sibi cum* Nomine *commune est. Quid autem Participium* à Verbo *participat? nonnè* Tempora? *quid porro commune habel*

cum Nomine, nonnè Casus? *Cum igitur desinit significare Tempora, seu cum desinit certas temporum differentias enunciare, desinit esse.* Participium, *adeoq; in Nomen transit, quia id solùm, quod Nomen quodvis, habet.*

4. Verba Deponentia, quæ Accusativo junguntur, plerùmque Participio in *Dus*, gaudent; hoc verò cum Verbo, *Sum*, necessitatem, officium, dignitatemve significat; eleganterq; pro *Oportere*, *debere*, seu, *Dignum*, *Æquum*, *Congruum esse*, usurpatur, Cic: 1. Off: *In adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est.* Idem l. 5. ep. 8. *Egomet, qui consolari cupio, consolandus sum*, Id: l. 12. ep. 23. *Non enim à te non ulciscenda sunt etiamsi non dolenda.* Sic *Arandus*, *Fodiendus*, *Rigandus &c.* à Neutris, 4ti ord.

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. *Utendus*, *Abutendus*, *Fruendus*, *Perfruendus*, *Vescendus*, non minùs quam proximè supra dicta passivè usurpantur, quod olim Accusativum admitterent. Ter: Heaut. *Quod illa ætas magis ad hæc utenda idonea est.* 3. Tusc: *Et graviter feras, quod utendum acceperis reddidisse.* Suet: in Galba, c. 14. *His, se abutendum permisit & tradidit.* 1. de Fin: *Fruenda etiam est sapientia.* de nat: deor: *Quod erat ad vescendum hominibus apta.*

2. Ab Impersonalibus tria illa remanent. *Pœnitendus*, *Pudendus*, *Pigendus*, v. l. 1. c. 13. Sch: 3.

3. Sunt: quoque Neutra, quædam Verba, à quibus Passiva tum Præteriti, tum Futuri temporis Participia usurpantur; ut, *Obitus*, *Obeundus*, *Vigilatus*, *Vigilandus*, *Properatus*, *Festinatus*, *Decursus*, *Percursus*, *Aratus*, *Inaratus*; *Rigatus*, *Putatus*, *Semiputatus*, *Properandus*, *Festinandus*, *Decurrendus*, *Dolendus*, &c. Cic: pro Sext: Rosc: *Morte obitâ:* Pro Cluen: *Mors omnibus obeunda*, ad Att: l. 10. *Evigilata consilia.* Quint: l. 11. c. 13. *Vigilandæ noctes.* Idem l. 10. *In stylo properato*, Plin: panægi: *Festinati honores &c.*

4. Huc

4. Huc ſpectat tum illud Ciceronis, l. 16. ep: 12. *Omnia vellem mihi ſucceſſa* i. *ſuccedere*, ſeu *feliciter evenire;* Tum plurima in *Tus*, & *Dus*, Præſertim apud Pöétas, ut, *Erratus*, *Roratus*, *Sudatus*, *Regnatus*, *Sonitus &c.* *Dormiendus*, *Regnandus*, *Carendus*, *Sonandus &c.* Quibus, magnó delectu, nec ſine exemplis eſt utendum.

5. Contra Activa quædam verba Participium habent præteriti temporis, paſſivâ voce, activâ ſignificatione; ut, *Oſus*, à priſco *Odio*, & ex eo Compoſita; *Exoſus*, *Peroſus*, item *Pertæſus*, à priſco *Pertædeo*, cum Accuſativo, Plaut: Amph: *Inimicos ſemper oſa ſum.* Et Gell: l. 4. c. 8. *Oſus eum morum cauſâ fuit.* Curt: l. 8. *Patrios mores exoſus es.* Liv: l. 3. *Plebs Conſulum nomen peroſa erat:* Suet: in Cæſ: c. 7. *Pertæſus ignaviam ſuam.* Hoc tamen etiam Genitivo jungitur ſuô jure. Tac: l. 15. *Lenitudinis eorum pertæſa.*

6. Verborum quoque, *Prandeo* & *Cœno*, Participia, *Pranſus*, *Impranſus*, *Cœnatus*, *Incœnatus*, activè ſolùm ſignificant. Quintil. l. 1. c. 4. PRANSUS *atque* POTUS *diverſum valent*, *quàm indicant.* Cic: pro Mil. *Adde inſcitiam pranſi & poti Ducis.* 2. ad Att: 16. *Cœnato mihi epiſtola eſt reddita.*

Potus verò *à Poto* & *Juratus*, *à Juro*, tum activè, tum paſſivè, Cic: l. 7. ep: 22. *Etſi domum bene potus redieram*, de Clar: Or: *Sanguine tauri poto.* Plaut: Amph: *Injurato plus credit mihi*, *quàm jurato tibi.* 3. de Off: *Quod juratum eſt*, *id obſervandum eſt.* Ovid: ep: 2. *Nec te jurata reducunt Numina.*

Præceptum II. de Participiis, cùm In Nomina tranſeunt.

PArticipia in *Ans*, vel *Ens*, Interogandi Caſu gaudent, cum ſunt Nomina. Cic: Att: l. 9. *Boni cives amantes Patriæ.* Sal: in Cat: *Corpus patiens inediæ*

vigiliæ,

vigiliæ, algoris. l. 1. ad Fr. *Fert graviter homo & mei amantissimus, & suæ dignitatis retinens &c.*

2. Genitivum quoque poscunt nonnulla præteriti Temporis; ut, *Consultus, Doctus, Indoctus, Profusus, Expertus*, Cic: Phil: 9. *Neque enim ille magis juris consultus, quàm justitiæ fuit.* Plin: l. 23. c. 2. *Lenæum Grammaticæ artis doctissimum.* in Sal: Cat: *Alieni appetens, profusus sui.* Liv: bell: Mac: l. 10. *Servitutis indignitatisque homines expertos.* Horum quædam liberiùs à Poëtis & Historicis usurpantur, v. Append: sequ: n. 2.

3. Participia *præsentis* & *præteriti* temporis, quando Nominum naturam induunt, more eorum comparantur. Cic: l. 1. ep: 5. *Neque prudentiorem quenquam esse judico, neque amantiorem tui.* Idem l. 16. ep. 2. *Ad nos amantissimos tui veni.* Ad Att: l. 16. ep: 2. *Nihil illô regno spoliatius, nihil Rege egentius.*

APPENDIX II. Generis P.S.C.

1. Participia, cum comparantur, raro suos casus retinent, Cicero tamen dixit l. 12. ep: 26. *Habeas eos à me commendatissimos.*

2. Illa *Scitus vaderum, Victus, Erectus, Falsus, Generosus animi.* Pòëtica sunt Pòëtæ quippe quævis fere Adjectiva cum Genitivis more Græcorum copulant.

3. *Eruditus*, cum Genitivo usurpant quidam, ego apud idoneos Authores nondùm legi, sed cum Ablativo sui Verbi, Cic: in Brut: *Brutus erat cùm literis Latinis, tum etiam Græcis, ut temporibus illis, eruditus.*

4. *Doctus*, item ælegantèr Ablativo jungitur. Idem *Non tam in docendo admirabiles, quam docti & Græcis literis & Latinis.*

5. *Peritus* frequentissimè Genitivo jungitur. Idem *Cælius juris valde peritus.* Ablativô etiam utitur, Cic: pro Cluent: *Quis C. Octaviô ingeniô prudentior, jure peritior.*

6. Hæc tria, *Eruditus*, *Doctus*, *Peritus*, interdum Accusativum cum Præposit: *Ad*, recipiunt: Cic: l. 1. ad Q. Fr: *Diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditi*. Ter Heut: act: 2. sc 1. *In eodem ludo mihi videntur omnes docti ad malitiam*.

7. Genitivum itidem petunt, *Indoctus*, *Insuetus*, *Imperitus*, ex Participiis composita, 2. ad Att: ep: 21. *Iam insuetus contumeliæ*. Cæs: 7. Bell: Gall: *Insuetus laboris* Cic: l: 3. in Verr: *Homo omnium rerum imperitus quærit, quid sit ad perpendiculum*. Hor: in Arte: *Indoctusq; ludive, trochive quiescit*.

DE CONSTRUCTIONE NOMINUM.

CAPUT XV. P. M. C.

Præceptum I. de Genitivo post Nomen Substantivum.

QUotiescunque duo Nomina Substantiva in Oratione ponuntur sine ulla Conjunctione, alterum, quod respondet interrogationi *Cujus?* erit Genitivi Casus Cic: in Pisō: *Supplicium est pœna peccati*.

2. Etiam Adjectiva, cum substantivè ponuntur, more Substantivorum ejusmodi construuntur. Cic: de Sen: *Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur*. pro *Tantus cibus*, *tanta potio &c.*

APPENDIX II. Generis P. S C.

1. Adjectiva porro, quæ Substantivè ponuntur, hæc maximè sunt, *Multum*, *Plus*, *Plurimum*, pro *Magnus*, *Major*, *&c. Minus*, *Minimum*, pro *Minor &c. Summum*, *Extremum*, *Ultimum*, *Postremum*, *Tantum*, *Quantum*, *Dimidium*, *Obscurum*, *Profundum*, *Quid*, *Quod*, *Aliquid*, *Ecquid*, *Nequid*, *Siquid*, & cætera maximè

ex

ex: *Quis* & *Qui*, Composita l. 1. in Verr: *Quod auri, quod argenti, quod ornamentorum in meis urbibus, civibus, delubris fuit, id mihi C. Verres eripuisti, atque abstulisti.*

2. Huc spectant & illa, *Abdita rerum, angusta viarum, occulta saltuum, ardua montiū, amœna camporum*, & ejusmodi, quæ Poëtis cum Historicis sunt communia.

3. *Reus, Certamen, Cura, Mentio, Nuntius, Fama, Exspectatio, Liber, Opinio, Testis, Vestigium*, & similia cum Genitivo semper; cum Ablativo & Præpos: *De* interdum usurpantur. Cic: in Cat: *Reus sacrilegii, peculatûs, parricidii.* Id; ad Att: l. 2. ep: penul: *Reus de vi.* de Off: l. 1. *Qui cum* laudis *certamen fuisset.* Id: ib: *Cum de imperio certamen esset.* Cæs: *Nuntii de Cæsaris victoria*, Curt: *Nuntius mortis Andromachi.*

Præc: II. de Genitivo vel Ablativo post Nomen Substantivum.

Substantiva cum ad *laudem* vel *vituperationem* referuntur, Genitivô vel Ablativô gaudent Cic: l. 4. ep: 8. *Neque monere te audeo præstanti prudentiâ* VIRUM, *neque confirmare maximi animi* HOMINEM, *virumq; fortissimum.*

Præceptum III. de Genitivo post Nomen Adjectivum.

Adjectiva quæ *Scientiam, Communionem, Copiam*, & his contraria significant, Genitivo junguntur; ut *Gnarus, Ignarus, Particeps, Expers, Inanis, Plenus.* Plin: l. 9. c. 8. *Gnara temporis multitudo.* Cic: de Or: *Antonius omnis eruditionis expers atque ignarus fuit.* Liv: l. 1. *Periculi magis quàm curæ expertes.* Cic: l. 9. ep: 32. *Stultorum plena sunt omnia.* Id: de Or: *Omnia plena consiliorum, inania verborum videmus.*

2. Item quædam in *Ax, Jus, Idus*, & *Osus*, ut, *Philosophus tenax recti, nullius culpæ conscius, avidus virtutis,*

tutis, *studiosus literarum*. Quibus adde, *Memor*, *Immemor*, *Securus*; ut, *Memor beneficii*, *immemor injuriæ*, *securus libertatis*. Quintil: l. 1. c. 1. *Tenacissimi sumus eorum, quæ rudibus annis percepimus* &c.

Præceptum IV. de Genitivo Partitivorum & Numeralium.

PArtitiva Genitivô multitudinis gaudent. Cic: l. de nat: Deor: *Elephanto belluarum*, nulla prudentior. De Sen: *Minus habeo virium quam vestrum* utervis, ad Q. Fr: l. 2. *Domus* utriusque *nostrum ædificatur strenuè*, Plin: l. 31. c. 37. *Piscium omnium serrati dentes.*

2. Item *Numeralia* Nomina, Curt: l. 8. *Octoginta Macedonum interfecerunt*, Liv: l. 1. *Imperium summum Romæ habebit, qui* primus *vestrum*, *o! juvenes*, *osculum matri tulerit*. Curt: Ib: *Nolo singulos vestrum excitare.*

De Partitivis & Numeralibus quibusvis v. l. 1. c. 14.

D: Partitivis & Numeralibus quibusvis v. l. 1. c. 14.

3. Denique, quæcunque adjectiva, partitionem significant, Genitivô gaudent. Cic: de Sen: *Multæ istarum arborum meâ manu sunt satæ*. Curt: l. 10. *cum paucis amicorum ad Leonatum pervenit*, Plin. l. 8. c. 40. *Lanarum* nigræ *nullum colorem bibunt.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

Partitivum *Quis*, de uno ex pluribus; *Uter*, de uno è duobus quærit: *Nullus*, de pluribus, *Neuter* de duobus negat; Nè ergo dixeris: QUIS *est præstantior eloquentiâ*, *Cicero an Hortensius?* sed UTER *est præstantior?* &c. Neque si rogaris: *Uter est Princeps Latinæ Tragediæ*, *Plautus an Terentius?* respondebis: *Nullus*; sed *Neuter*. Cic: de Or: *Sed QUIS omnium doctior Aristotele fuit?* pro Rab UTER *nostrum popularis est*, *tu*, *an ego?* Quintil: l. 1. *Utile utrumque*, *& ideo* NEUTRUM *ab altero separo.*

Præceptum V. de Genitivo Superlativorum & Partitivorum.

SUperlativis cum Genitivo plurali utendum eſt. Cic: 1. Tuſc: *Theophraſtus elegantiſſimus omnium Philoſophorum & eruditiſſimus.* Plin: l. 33. c. 1. *Demoſthenes ſummus oratorum Græciæ.*

2. Tum ſuperlativa Nomina, tum Partitiva etiam Genitivo ſingulari, ſi is Collectivi ſit Nominis, conjunguntur, Cic: pro Quin: *Hujuſce ætatis homines diſertiſſimos, ornatiſſimosq; noſtræ civitatis*, pro Rab: *Virum unum totius Græciæ facilè doctiſſimum Platonem acceꝑimus.* Sic dicimus. *Plerique Latini generis. Nullus Clodiæ gentis &c.* Ubi, *ætas, civitas, Græcia, genus, gens*, collectionem hominum tropicé adſignificant.

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Tam Superlativa quàm Partitiva, ſi habent aperte Subſtantivum, cui in *Caſu* cohæreant, *Genere* quoque ac *Numero*, cum eodem conſentiunt, Cic: 2. de nat: Deor: INDUS *eſt omnium fluminum* MAXIMUS, Plin: l. 13. c. 7. HORDEUM *frugum omnium* MOLLISSIMUM *eſt.* Idem l. 8. c. 33. CHAMALEON SOLUS. *animalium, nec cibo, nec potu alitur.*

2. Quod ſi non habeant Subſtantivum ejuſmodi, cum Genitivo, genere concordare debent, Liv: l. 1. *Summi infimiq; Gabinorum.* Quintil: l. 9. c. 45. *Sapientiſſima animalium eſſe conſtat, quæ fruge veſcuntur.* Idem l. 22. c. 25. *Ovorum alia ſunt condida, ut columbis, perdicibus: alia pallida, ut aquaticis, &c*, Quanquam interdum, etſi non deſit ejuſmodi Subſtantivum, Partitiva & Superlativa *Genere* cum Genitivo conſentiant, ſi adjectivum Genitivi Subſtantivè ſumpſeris. Cic: Phil: 2. *Servitus eſt poſtremum malorum.*

3. Genitivus tum *Superlativi* tum *Partitivi* ac *Numeralis*, Nominis, in Ablativum cum Præpoſit: *E* vel *Ex*, vel *De*, mutari poteſt. Cic: pro Cluent *Ex his*

omnibus natu minimus C. Saturnius. Idem l. 16. ep. 2. *De tuis innumerabilibus in me officiis erit hoc gratissimum.* 1. Acad: *Quidam è Philosophis faciendum omnino non putabant.* pro Planc: *Unus fuit de magistratibus defensor salutis meæ.*

4. Insuper Genitivus Superlativi mutatur interdum in Accusativū cum Præp: *Inter*, vel *Ante*, Cic: pro Sext: Rosc: *ipse honestissimus* inter *suos numerabatur.* Liv: l. 1. *Longè* ante *alios acceptissimus militum animis.*

5. Locutiones istas, *Franciscus est optimus suorum fratrum Jacobus est felicissimus aliorum, Simon est carissimus omnium*, & similes, parum Latinas putant quidam Grammatici, horum itaque reprehensionem si vitandam tibi esse duxeris, Præpositiones jam dictas adhibeto, ac dicito. *Jacobus* inter *alios est felicissimus*, *Simon* ante *omnes carissimus &c. &c.*

6. Quanquam priores illæ locutiones immeritò videntur reprehendi, ut, quæ Ciceronis aliorumq; Veterum authoritate & exemplis nituntur.

7. Licet etiam uti Verbô pro Superlativo ad hunc modum. *Jacobus felicitate cæteris antecellit. Simon tam carus est, quàm qui maximè &c.* Cic: de clar: Or: *Uterque æqualibus suis plurimum præstitit.* 2. de Fin: *Homini, qui cæteris animantibus plurimum præstat &c.*

8. Superlativa præter proprium Casum, admittunt etiam Casum suæ positionis, de clar: Or: *Fuit Sextus Aelius juris quidem civilis omnium peritissimus.*

9. Admittunt & Genitivum Partitionis, si partitionem significant. Plin: l. 9. c. 31. *Plurimi piscium tribus Mensibus, Aprili, Majò, Juniò pariunt.*

Præceptum VI. de Genitivo vel Dativo Adjectivorum.

NOmina, quæ *similitudinem* v. *dissimilitudinem* significant, *Interrogandi.* vel *Dandi* Casum exigunt.

Ter:

Ter: Eun: *Domini similis.* Cic: 5. de Fin: *non video, cur non potuerit patri similis esse filius.* Phil: 1. *Antonius saturavit se sanguine dissimillimorum sui civium.* de Clar: Or: *Nihil tam dissimile, quàm Cotta Sulpitio.*

2. Item *Communis, Proprius.* Cic: de Sen: *Id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis.* Id: pro Sex: Rosc: *Quid tam commune, quàm spiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus ejectis?* Plin: l. 7. c. 15. *Cæsari proprium & peculiare fuit præter supra dicta clementiæ insigne.* PROPRIUS tamen tutius & elegantius videtur Genitivo jungi.

Præceptum VII. de Dativo, post Adjectivum.

NOmina, quibus *Commodum, gratia, voluptas, favor, fidelitas, æqualitas,* aut *his contraria* significantur, Dativum poscunt, Cic: l. 6. ep: 6. *Erat meum consilium cùm fidele Pompejo, tum salutare utrique.* Id: ad Att: l. 12. *O! gratas tuas mihi jucundasq; literas.*

2. Item Verbalia in *bilis*, ut *amabilis, optabilis, formidabilis*, & nonnulla, quæ ex *Con* componuntur, ut *Conscius, consentaneus, consonus, concors, concolor, confinis, conterminus.* Cic: Phil: 7. *Pax præsertim civilis, mihi imprimis fuit optabilis.* 2. Tusc: *Mihi conscius sum &c.* Phil: 6. *Sulpitii mors consentanea vitæ fuit sanctissimè honestissimèq; actæ.*

3. Huc etiam spectant, *Supplex, obvius, obnoxius, pervius, absonus.* 1. Tusc: *Nec judicibus supplex fuit,* Att: l. 6. *Volent mihi obviæ tuæ literæ.* Ter: Adelph: *Fratri ædes fient perviæ.* Plin: ep: 58. *Vides quot periculis, quot contumeliis simus obnoxii.* Liv: l. 1. *Nihil absonum fidei Divinæ Originis.* ABSONUS tamen, etiam Præpos: *A.* vel *Ab*, recipit, v. infra præc: 12.

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. *Fidus* frequentissimè *Dativum* habet, cum *Genitivo,*

tivo, rarò admodum reperitur, Æn: 12. *Præterea Regina tui fidissima dextrâ occidit ipsâ suâ.*

2. *Par* apud Pòëtas etiam Genitivo jungitur. Luc: l. 2. *Quem metuis par ejus erat.*

3. *Æqualis*, cùm ad ætatem tempusq; refertur, fere Genitivum habet. Cic: de Fin: *Conferam autem avunculum tuum cum C. Graccho ejus fere æquali.*

4. Etsi omnia Adjectiva quæ in *Bilis* exeunt passionem significant; non raro tamen etiam activè sumuntur, præsertim à Pòëtis, Æn: 10. *Aspice num magè sit nostrum penetrabile telum*, Georg: 1. *Boreæ penetrabile frigus adurit*, Sic Horat: l. 1. ode 33. vocat *miserabiles elegos*, & l. 2. ode 9. *Flebiles modos*, quos Cic: 1. Tusc: interpretatus eos esse, *qui mæstitiam inferunt*, Sic & Ov: 6. Met: vocat *exitiabile telum*, i. *inferens exitium*. Contra, *Ignotus*, à Cicerone activè usurpatur, pro, *ignarus nescius*, l. 5. ep: 12. *Illi artifices corporis simulacra IGNOTIS nota faciebant.*

5. *Conscius* Dativum *Personæ* exigit Ter: Adelph: *Conscia* mihi *sum, à me culpam hanc esse procul.* Genitivum verò *Rei*, ut jam diximus Præc: 3. n. 2. Cic: pro Cæl: *Multarum rerum conscii sunt servi.* Sæpe uterque hic casus conjungitur. 3. Off. *Sibi autem nullius conscii culpæ.* Interdum pro Genitivo *Rei*, Dativum, pro Cæl: *Huic facinori tanto tua mens liberalis conscia.*

Præc VIII. de Dativo vel Accusativo cum præpositione AD, post Adjectivum.

ACcommodatus, *Appositus, Aptus, Idoneus, Habilis, Inhabilis, Utilis, Inutilis, Pronus, Natus, pro Aptus*, & id genus alia Dativum, vel Accusativum cum Præpos: *Ad*, adsciscunt. Cic: in Pis: *Ille gurges atque heluo natus abdomini suo,, non laudi atque gloriæ.* Id: de clar: Or: *Pompejus vir ad omnia summa natus* &c.

Præceptum IX. de Accusativo vel Ablativo.

ADjectiva, *Altus*, *Profundus*, *Longus*, *Crassus*, quibùs generalis dimensio significatur, Accusativum vel Ablativum postulant, qui certam mensuram significet. Cato de re rust: Cap: 28. *Trabem longam imponito, latam pedes duos, crassam pede uno.* Liv: bell: Mac: l. 7. *Fossam sex cubitis altam, duodecim latam cùm duxisset* Colum: 5. c. 3. *Esto ager longus pedes mille & ducentos, latus pedes centum viginti.*

APPENDIX II. Generis P. S C.

Interdum adhibetur Genitivus Colum l. 11. c. 2. *Nædicæ singulos cyathos serere oportet in areolis longis pedum denum* * *Nædica*, nomen est herbæ.

Præceptum X de Ablativo post Adjectivum.

Extorris, Nudus, Dignus, Contentus, Inanis,
Atque Refertus, Inops, Locuples, Alienus, Onustus.
Immunis, Plenus, Cassus, Divesque, Potensque,
Tum Fretus, Vacuus, tum Captus, Præditus, Orbus.
Indignus, Liber, Viduus Casum ordine sextum
Assumunt, veluti: summô vir dignus honore.

HÆc Adjectiva, *Extorris &c.* (ut in carm:) junguntur Ablativo Liv: l. 5. dec: 4. *Hoc jusjurandum patriâ extorrem in tuam regionem adduxit* Cic: ad Att: l. 7. *Huic tradita urbs est nuda præsidio, referta copiis.* Id: l. 2. ep: 12. *Obviam mitte epistolas te dignas.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Horum nonnulla Genitivò etiam junguntur, de quibus supra Præc: 8.

2. *Alienus* interdum cum Dativo reperitur Cic: pro Cæs: *Id dicit, quod illi caussæ maximè est alienum*, ad Att: l. 1. ep: 1. *Non aliena ratione nostræ fuit illius*

præpropera prensatio Nonnumquam & cum Genitivo, Cic: l. 1. de Fin: *Quis alienum putet ejus esse dignitatis?* Usitatius tamen cum Ablativo, VEL SOLO. Ci: l. 2. de Div: *Non alienum majestate sua*, VEL CUM Præposi: *à* vel *ab* v. Infra Præc: 12.

3. *Immunis*, etiam cum Genitivo * Sen: de vita beata c. 26. *Animus vitiorum immunis* Quintil: decl: 5. *Immunem malorum omnium* Sic maximè Pôëtæ loquuntur. * Virg: *Belli immunis* * Ovid: *Immunis aratri.*

4. *Dignus* perquàm rarò cum Genitivo, ad Att: l. 6. *Obsecro te mi Cicero, suscipe curam & cogitationem dignissimam tuæ virtutis*: PLENUS frequentissimè. v. supra Præc; 3. * DIVES apud pôëtas interdum. I. Georg: *Dives opum variarum.* Contra, *Orbus*, *Cassus*, *Onustus*, rarò, etiam apud ipsos Pôëtas.

Præceptum XI. de Nomine Opus.

OPus *potrzeba*, Nomen indeclinabile, Verbo *Sum* & Nominativo, vel Ablativo jungitur, Cic: l. ep: 6. *Dux nobis & author opus est* & l. 16. ep: 1. *Is omnia pollicitus est, quæ tibi essent opus.* * Ter: Andr: 1. sc: 1. *Nihil isthac opus est arte ad hanc rem, quam paro*, ad Att: 12. ep: 36. *Apud Terrentiam gratiâ opus est nobis, tuâque authoritate.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. *Opus*, cum Ablativo Substantivum, cum Nominativo Adjectivum est.

2. Infinitivi locò perquàm eleganter Ablativum Participii præteriti Temporis assumit, l. 4. ad Herenn: TACITÒ *quum opus est, clamas; quum loqui convenit obmutescis.* Salust: in Catil: *Priusquàm incipias*, CONSULTÒ: *ubi consulueris maturè*; FACTÒ opus. PORRO Ablativus hic Pronomina Neutra, *Hoc*, *Istud*, *Illud*, *Id*, *Quid*, *Quod*, *Aliquid*, *Siquid*, *Quidquam* & similia, in Accusativo aut Nominativo, cætera Substan-

stantiva in Ablativo Assumit. Plaut Amph: *Sequere hac igitur me, nam mihi ISTHUC primum EXQUISITO opus est*, Ter: Andr: act: 3. sc: 2. *Non imperabat coram, QUID opus FACTO est?* Id: QUOD *parato opus est, para.* * Plaut. Cur: *Res subita est, celeriter mihi hoc HOMINE convento est opus*.

3. Cum Genitivo raro reperitur, nec videtur usurpandum Cic: 10. l. ad Plan: ep: 8. *Sed aliquantum nobis temporis & magni laboris, & multæ impensæ opus fuit.* Hic: *Temporis*, ab *aliquantum* pendet, at vero, *laboris*, & *impensæ*, nisi ad *opus* referantur, non video à quo pendeant. * CUM Accusativo obsoletum est Plaut: Trag: *Puero opus est cibum.*

4. *Usus*, cum significat. *Opus*, eodem modo construitur. * Æn: 8 *Nunc viribus usus.* * Liv: l. *Siquis usus est mei.* Cicero sine ullo casu utitur 4. Tusc: *De cæteris studiis alio loco dicemus, si usus fuerit*, sic verò, & *Opus*, adhiberi potest. Plaut: Amphitr: *Citius quod non facto est usus; fit, quàm, quod facto est opus.*

Nostri Tyrones moneantur, si vernaculum potrzeba *Accusativum regat, Nomine Opus, vel usus non verbo, Oportet, utendum est, cæteris locis alterutrum adhiberi posse.*

Præc: XII. de Ablativo cum Præpos: à vel ab, post Nomen Adjectivum.

1. ORDINIS *accipiunt Sextum* Numeralia *junctum*
A, vel Ab, Extorris Nudus Diversus eundem
Incautus, Fugitivus, amant, Innoxius, Exul.
Aversus, Securus, Inops, Alienus, & Orbus
Integer, atque alius, cum Degener, adjice Purus,
Cassus, & Immunis, Vacuus cum sospite, Liber,
Absonus ac Tutus, Profugus. Velut *exul ab urbe:*

ADjectiva Numeralia Ordinalia regunt Ablativum cum Præpositionibus *A* vel *Ab*, Cur: bell: Alex:

Imperio potentiâ secundus à Rege Cic: 4. Acad: *Post autem confictâ, à Carneade, qui est quartus ab Arcesia.*

2. Easdem Præpositiones amant Adjectiva *Diversitatis*, & alia carminibus comprehensa, Cic: l. 5. Acad: *navigationis labor alienus ab ætate nostra*, Pro Dom: *Tam inops ût ego eram ab amicis, aut nuda Resp: à Magistratibus.*

Præcep: XIII. de Comparativis.

COmparativis utimur cum Ablativo, * Cic: 1. in Catil: *Luce sunt clariora nobis tua consilia* * Curt: l. 6. *Majora sunt præmiis pericula* * Hor: l. 2. ep: 1. *Vilius argentum est auro, virtutibus aurum.*

2. Ablativus Comparativi intercedente Conjunctione *Quàm* mutari potest in casum verbo congruentem Cic: act: 4. in Verr: *Tu innocentior, quam Metellus* Ad Att: ep: 15. *Nemo unquam nec Pöeta, nec Orator fuit, qui quenquam meliorem, quàm se, arbitraretur,* * Liv: bell: Pun: cap; 10. *Melior certiorq; est tuta pax, quàm sperata victoria.*

3. Comparativa, quemadmodùm cætera Adjectiva, cùm partitionem adsignificant, Genitivum poscunt Liv: l. 3. *In hanc sententiam ut discederetur, juniores Patrum evincebant,* * Hor: in Arte *O! Major juvenum.*

4. Scriptores tamen potioris notæ sæpiùs Ablativo cum Præpositione, *E*, vel *Ex*, utuntur; qui Casus partitioni maximè, ubi Nomen est Comparativum, aptissimus est ad Att: 16. *Epistola ex duabus tuis prior mihi legi cœpta est* * Plin: l. 1. ad Canin: *Minorem ex duobus libris amisit.*

5. Comparativa pro Adverbiis, *Multùm*, *Paulùm*, *Paululùm Tantùm*, *Quantùm*, *Aliquantum*, *Nimiùm*, *Nihil*, admittunt Ablativos, *Multo*, *Paulo*, *Paululô*, *Tantô*, *Quantô*, *Aliquantô*, *Nimio Nihilô*, quibus accedunt *Hoc*: vel *Eo*, & *Quô*, Cic: 1. Amic: *Nec verò corpori solùm*

sub-

ſubveniendum eſt, ſed etiam menti atque animo multò *magis.* 2. de Or: *Eſt finitimus Oratori Poëta, numeris adſtrictor* PAULÒ Luc: ad Cic: l. 5. *Valeo, ſicut ſoleo,* PAULULÒ *tamen deteriùs quàm ſoleo,* de off: 1. QUANTÒ *ſuperiores ſumus* TANTÒ *nos ſubmiſſiùs gerimus.*

APPENDIX II. Generis. P. M. C.

1. Præter ſuum Caſum admittunt Comparativa etiam Ablativum *Exceſſus* * Curt: l. 5. *Turres* denis pedibus *muris altiores ſunt.*

2. Item Caſum ſui Poſitivi, ad Att: l. 6. ep: 12. MIHI *nemo eſt amicitior, nec jucundior nec carior Atticò.*

3 Denique hos Ablativos *Opinione, Spe, Æquo Juſtô, Solitô Dictô* de Clar: or. *Opinione ego omnium majorem cœpi dolorem,* Ov: 4. Faſt: *ſpeq; redit citiùs.* Cic: de Am: *Neque etiam verendum eſt, ne plus æquô quid in amicitia congeratur.*

4 Pöétæ nonnunquam more Græcorum ad Comparativum addunt Adverbium, *magis* * Virg: in Culic: *Quis queat optato magis eſſe beatior œvo!* Plaut: Stich, *Imò etiam hoc magîs eſt dulcius, nam magis multô faciliùs patior verba.*

5. Oratores interdum, & Hiſtorici alterum Comparativum addunt, pro Cic: Mil: *Nec libentiùs hæc illum evomere videar, quàm veriùs.* Liv: *Sanctior quàm promptior hic habitus fuit.*

Præc: XIV. *de Ablativo* Laudis. *vel* Vituperationis, *vel* Partis *poſt Nomen Adjectivum.*

PLeraque Adjectiva Ablativum poſtulant ſignificantem *laudem,* vel *vituperationem,* vel *partem* Cic: de Petit. Conſ: *Nequaquam ſunt tam genere inſignes, quàm vitiis nobiles,* Sal. in Catil: *C. Antonius pedibus æger*

æger legato exercitum permittit Martial: l. 12. *Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus.*

2. Etiamsi Oratores libentiùs sic loquuntur. *Vir summâ eloquentiâ, eximia virtute, puer excellenti ingeniô, liberali formâ &c.* non rarò tamen etiam sic dicunt. *Vir eloquentia summus, virtute eximius; puer ingeniô excellens &c.* Cic: in Brut: *Ut vitâ, sic oratione, durus, incultus, horridus.*

3. Ablativum *Partis* sæpe in Accusativum mutant, Græcos imitati Pòëtæ l. 1. Æn: *Os Humerosq; Deo similis* Hor: l. od: 1. *Quà notam dixit, niveus videri, CÆTERA fulvus.*

4. Item Historici, sed rariùs Liv: bell: Pun: l. 1. *falarica est Saguntinis, missile telum, hastili oblongo & cætera tereti, præterquam ad extremum,* VERUM Accusativus *Cætera* frequens est.

5. Ipsum Nomen *Pars* cum Adjectivis, *Magnus, major, maximus; Potior &c.* pereleganter Accusativô effertur, cùm alioqui Ablativô solô vel cum Præpositi: *Ex*, efferendum esset Cic: 4. Tusc: *Chrysipus & Stoici, cùm de animi perturbationibus disputant, magnam partem in his partiendis & definiendis occupati sunt.* Id: l. 1. de Off: *Maximam autem partem injuriam faciendam aggrediuntur nonnulli, ut adipiscantur ea, quæ concupierunt &c.*



DE CONSTRUCTIONE. PRONOMINUM

CAPUT XVI. P. M. C.

Præc: I. de Genitivo post Demonstrativa.

PRonomina Demonstrativa cum Substantivè ponuntur, Genitivum admittunt Cic: l. 13. ep: 8. *Hoc a*

te literarum dedi l. 2. de Or: *Quoniam id temporis est, surgendum censeo* Att: l. 2. ep: 20. *Res est eodem loci, quô reliquisti.*

Huc spectant, Hoc *Commodi novi, noctis, temporis, libertatis, id ætatis virium, solicitudinis &c.*

APPENDIX II. Generis P. M. C.

1. *Id genus*, eleganter usurpatur pro, *Ejus generis*, sive pro *Talis* Cic: ad Att: l. 12. *Sci me antea orationes, aut aliquid id genus solitum scribere* Cels: l. 8. *Lælios & Antonios, & id genus valentes dico* * Eodem modo usurpatur & *Omne genus*, pro *omnis generis.* Gell: l. 19. c. 1. *Aristotelis libri sunt - - lepidissimi, & elegantiarum omne genus referti.*

2. Pronomen *Idem*, Græco more cum Dativo apud Poëtas reperitur Hor: ad Pis: *Invitum qui servat, idem facit occidenti* Oratores verò sic loquuntur: *Peripatetici, quoniam iidem erant, qui Academici.* Cic: 2. de nat: deor: *Dianam & Lunam eandem esse putant,* pro dom: *Idem videtur esse atque id quod &c.* l. 1. Off: *In eadem sunt injustitia, ut si* Cave igitur dicas. *Hoc est idem cum illo, &c.* Desunt enim Veterum exempla.

Præc: II. de Genitivo post Possessiva,

POssessiva, *Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester*, præter substantivum, cum quo Genere Numero & Casu concordant, possunt assumere Genitivos Nominum, Pronominum, & Participiorum, qui Personam possidentis significent Phil: 2. *Tuum hominis simplicis pectus nudum videmus*, ad Att: l. 5. SOLIUS *meum peccatum corrigi non potest*, pro Mur: *Ex tuo ipsius animo conjecturam cœperis*, id l. 36. *Nec iis noxæ futurum sit quod vim tuam, præsentis experiri noluerint.* Hor: l. 1. Sat: 4. *Cum mea nemo scripta legat, vulgo recitare tim*[illegible]*is*

2. Genitivum tamen, *omnium*, nondum cum Possessivis legi sed cum Primitivis. Cic: 1. in Catil: *Ad omnium vestrùm vitam pertinet* & lib: 1. Or: *Voluntati vestrùm omnium parui* Sic enim cum peritioribus legendum censeo: non *Vestræ*, ut est in nonnullis libris.

Præceptum III. de Genitivis, Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri.

VErba & Participia, & Nomina Adjectiva quæ Patrium Casum postulant, Genitivis, *Mei, Tui, Sui, Nostri, Vestri*, gaudent. Cic: l. 9. ad Att: *Nihil enim malo, quàm & me mei similem esse, & illos* sui.

APPENDIX II Generis P. S. C.

1. Nomine Verborum intelliguntur etiam *Gerundia*, & *Supina*, si quando eorum usus inciderit, v. g. *Non est tempus obliviscendi nostri vestri*, Non verò, *Nostrùm vestrùm*, *Non te misertum est mei &c.*

2. Nominibus tum Substantivis, tum Adjectivis (præter. *Unius Solius, ipsius*,) negant quidam Genitivos *Mei, Tui, Sui*, posse jungi verùm non video, cur non possint, cur enim Latine non bene dicatur. *Pudet me tui hominis vanissimi. Non te miseret mei infelicis?* Ter: Heaut: act: 5. 4. *Atque inopis te nunc miserescat mei.*

EXCEPTIO I. P. M. C.

1. *Interest*, tamen, & *Refert*, etsi Genitivos quosvis admittant, tamen pro, *Mei, Tui, Sui, Nostri Vestri*, Ablativos, *Meâ, Tuâ, Suâ, Nostrâ, Vestrâ*, exigunt ut supra. Cap 8 pag: 310 diximus Atque his quoque Ablativis addi possunt Genitivi *Unius, Solius, ipsius*, & alii, qui possessivis adduntur, e, g. *Meâ unius interest, Tuâ solius refert, Nostrâ ipsorum interest vitia exstirpare, . . . Remp: administrantis refert, amorem omnium benevolentiamque captare &c.*

2. At *Nostrâ omnium, Vestrâ omnium* tum dices, cùm exem-

exempla invenies interim tutiùs videtur dicere. *Nostrùm omnium interest, Vestrum omnium refert.*

EXCEPTIO II. P. S. C.

Nomina *Numeralia, Partitiva, Comparativa, & Superlativa* nunquam Genitivos *Nostri, Vestri,* sed *Nostrùm Vestrùm* exigunt Curt: l. 8. *Nolo singulos vestrum excitare* ad Q. Fr: l. 2. ep: 4. *Domus utriusque* nostrûm *ædificatur strenuè.* Id: 2. in Rull: *Omnibus vobis, aut majori* vestrum *parti.*

Præceptum IV. de Possessivis post Substantiva.

POssessiva *Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester,* cohærent cum Substantivis *Genere. Numero, & Casu* tunc, cùm *Possessio* vel *Actio,* significatur v. g. *Liber, meus, ager tuus, studium nostrum, labor vester.*

2. At si Substantiva *Partem* aliquam *generalem* corporis vel animi significant. Genitivis Primitivorum, *Mei, Tui, Sui, &c.* adhæreſcunt. Cic: 5. de Fin: *Cui proposita est conservatio sui, necesse est huic* partes *quoque sui chariores esse* Ter: Adelph: *Tetigine tui quidquam?* Quintil: l. 7. c. 3. *Minimam partem mei habent.* Nota: NOMINE *Partis generalis intelligitur Pars in genere ceu incerta & minime determinata, cujusmodi sunt. Aliquid, Nihil, quidquam, Quidpiam, Pars, Dimidium, & similia.*

APPENDIX II. Generis P S C.

1. Substantiva, quibus est ambigua significatio, seu quæ modò *actionem* modò *passionem* significant: ut, *Charitas, amor, memoria, Oblivio, studium, desiderium, fastidium, cura, miseratio, fiducia* & similia si *actionem* significant, *possessivis* adhærent; ut *Amor meus, desiderium meum,* quô *amo* ac *desidero.*

2. Sin *passionem* significent Genitivis *Mei, Tui. Sui, Nostri, Vestri,* junguntur; *Amor mei, desiderium mei,*

quò *ab alio amor*, ac *desideror* ad Att: l. 1. ep: 2. *Aviam tuam scito desiderio tui mortuam esse* Fam: l. 5 ep: 2. *Amore tui fratrem tuum odisse desinam.*

3. Nonnunquam utrumque conjungitur, ad Att: l. 15. ep: 2. *Nicias tuâ sui memoriâ delectatur*, Fam: l. 12. ep: 17. *Grata mihi vehementer est memoria nostri tua*

4. Non in omnibus tamen, quibus anceps est significatio, *etsi passivè* sumantur, Primitivis omnino utendum est; nam *Crimen meum, vulnus meum, dolor meus, mors mea, calamitas mea, infamia mea, injuria mea* dicitur etiam *mihi illata.* Item *Mea Tua, Sua, Nostra Vestra* dicitur *imago* non ea solùm, quæ *possidetur*, sed etiam, quæ *refert & repræsentat*, Plaut Menæch: *Tua est imago, tam consimilis tibi, quàm potest.*

5. Præterea, *causâ, meâ, tuâ, suâ, nostrâ, vestrâ* nunquam non obvia apud Ciceronem est loquendi forma. Unde etsi Papinianus, *Causâ mei*; Ulpianus *Causâ sui*, dixerit, ego cum Cicerone loqui malim.

6. *Cùm vernaculum idioma vix hac in re à Latino recedat, nam & nobis eadem illa Substantiva*, Charitas, amor &c. *Si Passionem significent, minimè cum Possessivis junguntur, sed itidem ut Latina, cum Primitivis vel sine, vel cum præpositione, ut*, kochanie, pragnienie, obrzydzenie ciebie *non* twoie; miłość ku tobie, pamięć, staranie, niepamięć, zapominanie o tobie, użalenie ufność w tobie &c. *poterit navus & prudens Magister hac etiam Patrii sermonis observatione tenellos Latinitatis Candidatos utcunque dirigere, & difficultatem, quam hoc locò experiuntur, quoquo tandem modo molliorem iis efficere.*

Præc: V. de Reciprocis. *Sui, Sibi, Se,*

Reciprocis *Sui, sibi, se*, utimur, cùm tertia Persona transit in se ipsam, sive *in Recto*, sive *in Obliquo*. v. g. *Cæsar recordatur sui, indulget sibi, amat se, loquitur secum.*

2. Eti-

2. Etiam accedente alterô Verbô, Reciprocum vim suam retinere solet, Cic: de Or: *Ne ipse quidem suâ tantâ eloquentiâ mihi persuasisset, ut* se *dimitterem*, Id: Att: l. 4. *Qui etiam à me petierit, ut* secum & *apud se essem quotidie.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Quodsi duæ tertiæ personæ interponantur. Reciprocum plerumque ad priorem referri solet, ad Att; l. 15. *Scripsit filius se id circo ad Brutum conferre voluisse, quod cū sibi negotium daret Antonius, ut eum Dictatorem efficeret, Sibi* ad filium, *Eum* ad Brutum refertur.

2. Interdum reciprocum *sui* in Demonstrativum *Ille, ipse*, vel *is* commutatur ad Att: l. 11. *Camillus mihi scripsit, te cum eo locutum.* Nota *Transire in casum, idem est Grammaticis, quod habere post se casum, unde Persona* 3tia Transit in se ipsam *tunc, quando habet post se obliquum, qui ipsam significat, id est sive Persona illa* 3tia *ponatur, in Recto v. g.* Scio, quod Petrus amat se, *sive in Obliquo, v. g.* Scio *Petrum* amare se *Additur.* 2. Etiam antecedente verbo id *est; etsi ad aliud Verbum spectet Persona* 3tia, *ad aliud obliquus, eammet significans* &c. *Hinc infer, quid sit. Personam* 3tiam *transire in rem possessam, sed longum est hoc iter per Præcepta, ineatur aliud compendiosius. Patrium Idioma sequantur pueri, gemina hac cautela adhibita,* 1. *ut vernacula Reciproca* siebie, sobie, się, swoy, *tunc nonnisi reddant Latini* sui & suus *cùm ad tertiam Personam referuntur.* 2. *ut sciant, Obliquos vernaculi Pronominis,* On, *non solùm per* ille, ipse, is, *sed* & *per* Sui & suus *posse Latinè reddi Utrobique vero prudenti Magistro loquimur.*

Præceptum VI. de Reciproco SUUS.

Reciprocô *Suus* utimur, cùm tertia Persona transit in rem á se possessam; ut, *Cicero recordatur Tyro-*

nis

nis liberti sui, indulget liberis suis, defendit suos clientes

2. Etiam accedente altero Verbo idem usuvenit in Ver: act: 4 *Ajebat multa sibi opus esse, multa canibus su*

3. Utimur præterea Reciproco *Suus*, cùm res possessa in possessorem agit ad Att: l. 6. *Ulciscuntur eum mores sui* de Arusp: *Sua concio risit hominem.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. *Suus* cùm duabus tertiis personis interponitur non rarò ad posteriorem refertur Cic: in Ver: act: *Orat Dolabellam, ut de sua provincia decedat.* Ubi de Dolabellæ provincia sermo est.

2. Nonnunquam *Suus* usurpatur pro *Is*, ad Att: l. 6. *Non destiti rogare & petere meâ causâ: & suadere suâ*, Id: de Somn: Scip; *Ego illum de suo regno, illi mede nostra Rep: percontatus est.*

3. Et vicissim *Ipse, ille, Is*, pro *Suus* ad Q. Fr: l. 1. *Ea ferre molestissimè homines solent, Quæ IPSORUM culpa acciderunt.*

4. At: cùm *Suus* plurali numerô substantivè usurpatur ac significat *socios*; aut *amicos*; aut *servos*; nunquam in Pronomen *Is*, aut *ipse*, vel *ille*, commutatur, v. g. *reperi eum inter suos, sui eum non receperunt &c.* Cic: 2. de fin: *Quæsivit salvusne esset clypeus, cùm salvum esse flentes* sui *respondissent, &c.*

5. Item cùm ponitur locô *Proprius, congruus*, v. g. *De his dicam suô locô. Faciemus hæc suo tempore* i. *proprio congruo, convenienti* Ovid: 2. Trist: *Siqua meis fuerint, ut erant vitiosa libellis; excusata* suo *tempore lector habe.*

DE CONSTRUCTIONE NUMERORUM DISTRIBUTIVORUM
CAPUT XVII. P. M. C.
Præceptum de Distributivis.

Distributivi Numeri, quibùs fere utimur, cùm idem ex

ex quo in plura dividimus, ſignificamus, ſunt hi: *Singuli, bini, terni &c.* v. l. 1. c. 14. ſchol: 12.

2. Res, cui obvenit id, quod diſtribuitur: ſæpe Accuſativô cum Præpoſitione *In* gaudet Cic: 4. in Verr: *Cenſores binos in ſingulas civitates deſcribebat:*

3 Diſtributivus Porrò numerus, tam illi rei, *quæ diſtribuitur*, quàm illi *cui obvenit id, quod diſtribuitur* addi poteſt Cic: in Brut: *Bini Oratores vix ſingulis ætatibus extiterunt.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Sæpe Diſtributivus omittitur, cùm res, in quam cadit diſtributio, Accuſativô, cùm *In* effertur. Ita dicitur, *In militem, in navem, in capita*, i, *in ſingulos milites, in ſingulas naves.* Liv: *Frumentum medianum, aſſibus in modios æſtimatum plebi diviſit*, i, *cùm ſinguli modii ſingulis aſſibus æſtimarentur.*

2. Diſtributivi Numeri locô Primitivorum ſeu Cardinalium junguntur iis Subſtantivis, quæ numerô ſingulari carent. Unde non dicimus: *Duæ literæ*, *duo caſtra; tria arma &c.* Sed, *Binæ literæ, bina caſtra, terna arma.*

3. Excipitur tamen hinc Cardinale *Uni: unæ, una*, cujus locô nunquam Diſtributivô, *Singuli, æ, a*, uti licet Sal: in Jug: *Ubi unæ & alteræſcalæ comminutæ ſunt &c.*

4 Quamvis Diſtributiva omnia pluralem fere numerum ſibi vendicent, non raro tamen etiam ſingulari uſurpantur, tum à Pòëtis, tum ab Hiſtoricis. Virg: 5. Æn: *Terno ordine.* 10. Æn: *Centena, arbore, Gurgite ſeptenô &c.* Plin: l. 27. c. 14. *Quadragenô aut vicenô ſpatiô.* Quibûs locis Diſtributiva pro Cardinalibus ponuntur.

5. Diſtributiva item ponuntur locô Cardinalium etiam cum iis, quæ numerum ſingularem habent: quod frequens eſt apud eoſdem Pòëtas & Hiſtoricos Virg: 2. Æn: *Bis quinos ſilet ille dies* Ov: de Pon: l. 3. *Perque quadragenos itur in illa gradus.* Plin: l. 8. c. 6. *Mares (urſi) quadragenis diebus latent, fœminæ quaternis menſibus.*

Præ-

Præceptum II. de Mille.

MILLE adjectivum pluralis tantùm est numeri, nec declinâtur in Casus. Cic: pro Sext: *Edixitq; ut ab Urbe abesset mille passus.*

2. *Mille* Substantivum singularis est numeri, nec declinatur in Casus, at pluraliter dicimus, *Millia, millium, millibus,* Cic: pro Mil: *Ante fundum Clodii milli hominum versabatur* Sic legendum, non *versabantur,* authore Gell: l. 1. c. 16. Macrob: 1. Satur: c. 5. qui similia afferunt ex Quadrigario, Catone, & aliis, v. l. 1. 14. schol: 3.

APPENDIX II. Generis P. S. C.

Cum Substantivo plurali *Millia,* sæpe jungitur ejusdem Casus Substantivum, quod alioqui Genitivo plurali efferendum erat: suntq; tunc Substantiva continuata, Cic: in Verr: act: 4. *Tritici modios quinque millia* Pro *modiorum* Liv; l. 3. *Philippei nummi quatuordecem millia quingenti quatuordecem.* Id: l. 9. *Duo millia & quingenti rapti.*

DE CONSTRUCTIONE PRÆPOSITIONUM.

CAPUT XVIII. P. M. C.

Præceptum I. De Intransitivis.

VErba *Absoluta & Intransitiva,* quæ alias nullum Obliquum Casum regunt Præpositionum beneficiô in Casus transeunt: Cic: 2. de Or: *Cùm in lecto Crassus esset, & apud eum Sulpicius sederet, Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu &c.*

2. Transitiva verò præter Proprium Casum etiam Præpositiones cum suis Casibus admittunt: Cic: de amic: *Nihil est amabilius virtute, nihil, quod magis alliciat homines ad diligendum, quippe cùm propter virtutem eos etiam, quos nunquam vidimus diligamus.*

3. Ver-

3. Verba Composita sæpe Casum Præpositionis ex qua componuntur, habent, v. g. *Adire judicem*, *Invadere urbem*. Cic: 5. de Plin: *Persarum magos adiit*, ad Q. Fr: l. 3. *Cùm subito bonus imperator noctu urbem hostium invasisset*.

4 Et repetita Præpositione; ut *adire ad judicem*, *invadere in urbem* Id 4. Vert: *Cæteri hæredes adeunt ad Verrem*, Phillip: 11. *In Galliam invasit Antonius*.

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Hanc repetitionem maximè amant Verba composita ex Præpositionibus *A*, *ab*, *ad*, *con*, *de*, *è*, *ex* & *in*, Id de amic: *Tu velim à me animum parumper avertas*. Ad Q. l 3. *Abduco equidem me ab omni Reip: cura* Verbum, *Invado* frequentissimè sic usurpat Cicero.

3. Verbi *Aspiro*, seu *Adspiro* elegans est cum hac repetitione usus, quando *conatum* aliquò perveniendi, aut *desiderium* alicujus rei adipiscendæ significamus cum negatione aut interrogatione. Cic: in Brut: *Ex bellica laude nemo aspirare ad Africanum potest* Id: act: 1. in Ver: *Quid enim quisquam ad meam pecuniam me invito aspiret*.

Præcep: II. de Præpositionibus cum Accus: v. p. 174.

Præceptum III. de VERSUS.

VErsùs suo Accusativo Postponitur, ad Att: l. 16. *Verti me à Minturnis Arpinum versùs*, * Interdum ejus Accusativo additur AD. Lic: dec: 1. l. 1. *In lapide ad meridiem versùs consedit* Plin: l. 5. *ad meridiem versùs habitant*. Hinc natum puto *Adversus*.

Præceptum IV. de Præpos: cum Ablativo, v. p. 174.
CLAM tamen apud Veteres etiam Accusativo jungebatur, Plaut: Cist: *Multa bona faciam clam hanc meam uxorem; nunc* obsoletum:

Præc: V. de TEnus cum &c postpositis.

TEnus, quemadmodùm *Versûs* ſuo Caſui poſt ponitur, & Genitivum amat, ſi cum Nomine pluralis numeri copuletur Cic: in Orat: *Et Cephcus conditur ante lumborum tenus* Cæl: Famil: ad Cic: l. 8. ed: t. *Illi rumores de comitiis Tranſpodanorum Cumarum tenus caluerunt.* CUMÆ *arum* nomen eſt Urbis in Italia.

2. At ſi Nomen ſingularis ſit numeri *Tenus* Ablativum poſtulat Cic: pro Dejot: *Antiochus Tauro tenus regnare juſſus eſt.*

3. *Cùm* in his tantùm ſemper poſtponitur, *Me-cum, te-cum, ſe-cum, nobiſ-cum, vobiſ-cum,* Nonnunquam in his, *Quo-cum,* ſive *qui-cum, quibuſ cum.*

4. *De, In, Inter,* & nonnullæ aliæ eleganter interponuntur aliquando, Cic: de Inv: *Multis de cauſis fit* Id: in Rul. *Ducentos in annos* de Clar: Or: *Suos inter æquales*

5. *Inter* & *Circum* interdum apud Poëtas poſtponuntur 1. Æn: *Maria omnia circum* 2. Georg: *Qua locus Erigonem inter.* Oratores raro ita loquuntur, Cic: de amic: *Si quos inter ſocietas aut eſt, aut fuit.* Sed eô locô neceſſitate compulſus videtur ad id genus loquendi, neque enim *Inter ſi quos,* neque *Si inter quos* recte dici poſſe videbatur.

Præceptum VI. de A, Ab, Abs.

A Conſonantibus præponitur Cic: Phil: 3. *Antonius à fronte, à tergo, à lateribus, tenetur.*

2. *AB,* Vocalibus, ad Att: 2. *Cura & effice, ut ab omnibus & laudemur & amemur.* * Nonnullis etiam Conſonantibus, pro Cluent: *Ab nullo ille liberalius quàm à Cluentio tractatus eſt* ad Att: l. 5. *Rex ab Senatu appellatus eſt.* Præcipué verò literis *L. R.* & *J.* ut *ab legatis, ab Romanis, ab Jove.*

Abs, etiam præponitur literæ, *T,* & interdum. Q.

Ter-

Ter: Andr: *Abs quoque homine beneficium accipere gratum est.*

APPENPDIX II. Generis P. M. C.

Histor.ci præsertim Livius, liberiùs Præpositionem *Ab* præponunt Consonantibus, hinc apud eos leges, *ab classe, ab Carthagine, ab Dictatore, ab Numa, ab Gallis, ab Servilio, ab Tarquiniis.* Quæ passim nisi fortè in Historia imitanda non sunt.

Præceptum V. de In, Sub, Super.

IN, *Sub, Super,* modò Accusativum modò Ablativum pro varia significatione postulant, v. l. 1. c. 14. pag: 174. hic singulas seorsim videamus.

1. *In* ad interrogationem Quò, Accusativum postulat Cic: de Sen: *Venio in Curiam frequens* Id: 1. Catil: *In exilium proficiscere.* * Item pro *ERGA*, ut, *Brutus fuit pius in Patriam, crudelis in liberos.* * Item pro CONTRA. Cic: in Sal: *Petulanter in uxorem & filiam meam invasisti* * Item pro *PER*, seu *PRO;* ut *commodavi tibi librum in horam, in diem, in mensem,* Cic: 4. Catil. *Crescit in dies singulos hostium numerus.*

2. Ad *Ubi*, Ablativum Cic: 1, de leg: *In viridi opacaquè ripa inambulantes* ad Att: l. 12. *In hac solitudine careo omnium colloquió.* * Item cum ponitur pro *Inter.* Cic: de Amic. *Hoc primùm sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.*

3. *Sub* cùm ad tempus refertur, passim Accusativum rariùs Ablativum postulat. v. g. *Sub auroram, sub lucis exortum* Cæs: l. 1. bell: Civ: *Pompejus sub noctem naves solvit.* Liv: 2. bell: puni: *Sub finem equestris certaminis contracta est peditum pugna* Suet; in Neron Claudic: 54. *Sub exitu vitæ rara loquendi ratio,* Item pro POST: Cic: pro Planco l. 10. *Sub eas literas statim recitatæ*

sunt tuæ * Item ad interrogationem *Quò* Cic: Phil: 2. *Nisi ille se sub scalas tabernæ liberariæ conjecisset.*

4. Sed ad *Ubi*, Ablativum poscit. Vir: Eccl: 7. *Hic quiesce sub umbra.* Cic: Phil: 2. *Sub nomine Pacis bellum latet.*

5. *Super* cùm Præpositioni *Subter* opponitur, tam ad *Quò* quám ad *Ubi*, Accusativum petit; v. g. *Tegula cecidit super caput. Columba sedet super tectum.* Cic: 2. Fin: *Super eam* (aspidem) *assidere*, 2. de leg. *Demetrius super terræ tumulum noluit quidquam statui nisi Columellam.* * Item cum ponitur pro *Ultra*, 6. Æneid: *Super Garamantas & Indos proferet imperium.* * Item pro *Plusquam* Suet: in Aug: c. 35. *Erant enim Senatores Super mille & quidam indignissimi* * Item pro, *Propter* Suet: in Tib: c. 55. *Super veteres amicos ac familiares, viginti sibi è numero Principum depoposcerat velut Consiliarios in negotiis publicis.* * Item pro *Tempore*, vel *Inter*, aut *Sub* Curt: l. 7. *Bassus circumferri merum largiùs jubet, debellaturus super mensam Alexandrum* i, *tempore epularum, inter epulas, sub epulas*; Plinius ep: 87. *De hujus nequitia sanguinariisque sententiis in communi omnes super cœnam loquebantur*, i *inter cœnandum &c.*

6. At pro *De* Ablativum poscit Cic: ad 16. Att: *Hac super re scribam ad te Rhegio.*

7. A Poëtis Ablativo jungitur ad *Ubi*, Virg: Eccl: 1. *Fronde super viridi* * Item cum significat: *Pro*, 4. Æn: *Nec super ipse sua molitur laude laborem.*

Præceptum VI. de Subter.

SUbter, sive ad *Ubi* sive ad *Quò*, Accusativum poscit, Cic: 3. Tusc: *Plato iram in pectore, cupiditatem subter præcordia collocavit.*

2. Interdum præcipuè apud Poëtas, Ablativum habet, l. 9. Æn. *Ferre libet subter densa testudine casus* i, *referre enarrare.*

Præ-

Præbeptnm VII. de Præpositionibus in Adverbia migrantibus.

PRæpositio cum Casu privatur,, in Adverbium migrat, pro Flacc: *Multis post annis pecunia recuperata est.* 2. de nat: deor. *Sensibus, & animo ea, quæ extra sunt, percipimus.* 1. Æn: *Coram data copia fandi.*

2. Hujusmodi maxime sunt; *Antè Contra, Circum, Circiter, Coram, Infra, Extra Post, Prope, Pæne, Ultra, Usque, Palam, Clam,* & nonnullæ aliæ,

Præceptum VIII de Præpositionibus, quæ aliis præpositionibus præponuntur.

PRæpositiones nonnunquam aliis Præpositionibus præponuntur. Cic: Att: l. 2. *Comitia Bibulus cum Archilochio edicto in ante diem Calendas Decembris distulit.* Ter Adelph: *Ex adversum est fabrica.*

2. E geminatis porrò Præpositionibus posterior Casum regit. ad Att: l. *De Q. Fratre nuntii nobis tristes venerunt ex ante diem Nonas Junias.*

3. *Usque,* fere semper aliam Præpositionem desiderat. Cic. in Verr: act: 1. *Maximis in laudibus usque ad summam senectutem summa cum gloria vixit.* Ter: Eun: *Ex Æthiopia est usque hæc.*

4. Si tamen adjungatur nominibus oppidorum, alteram Præpositionem respuit: Cic: 5. in Verr: *Sacerdotes usque Ennam profecti sunt.*

DE CONSTRUCTIONE *ADVERBIORUM.*

CAPUT XIX, P. M. C.

Præc: I. Nominativus post Adverbium.

EN, *Ecce,* Nominandi vel Accusandi casum admittunt. Cic: act: 6. in Verr: *Ecce autem nova turba*

atque rixa, pro Dejot: *En crimen, en causa* 2. de Fin: *Ecce miserum hominem*, Plaut: Amph: *En tectum, en tegulas, en obductas fores.*

2. Aponitur & Dativus *Tibi*, non sine lepore, ad Att: 2. ep: 2. *Cum hæc maximè scriberem, ecce tibi Sobosus.*

Præc: II. Genitivus post Adverbium.

AFfatim, Satis, Abundè, Nimis, Instar, Partim, Ergo pro, Causâ sive pro Propter Genitivo junguntur. Plaut: Cach *Tibi divitiarum affatim est.* Quintil: decl: 9. *Satis abundèque pœnarum est.* Cic: in Or: *Nimis insidiarum adhibere videtur.* Sal in Catil: *Satis eloquentiæ, sapientiæ parum* Cic: in Brut: *Plato mihi unus est instar omniũ*, 2. de Or: *Forũ aliqui partim in pompa, partim in acie illustres esse voluerunt.* Liv: l. 7. bell: Marc: *Victoriæ navalis* ergo *supplicatio decreta est*, i, *victoriæ causâ* vel ob, vel *propter victoriam &c.*

2. Item Adverbia Superlativa à Nominibus orta, Cic: de Pr: *Maximè omnium nobilium Græcis literis studuit.*

3. Genitivus hic etiam in Ablativum cum *De* migrare potest. Id: ib: *Piso maximè* ex omnibus, *qui antè fuerunt, Græcis literis eruditus.*

APPENDIX II. Generis P. S C.

1. *Multùm parùm tantùm, quantùm*, & similia si quis Adverbia esse censeat, huc referat. Nos supra in Nominibus reposuimns.

2. *Ubi, ubinam ubicunque ubivis, quòvis, quoquò, nusquam.* Genitivos *Terrarum*, vel *Gentium* tantùm, sed pereleganter admittunt, ad Att: 5. *Quid ageres, ubi terrarum esses ne suspicabar quidem.* Ter: Adelph: *Fratrem nusquam invenio gentium.*

3 Dicitur & *Longè gentiũ* Cic: ad Att: *Tu longè gentiũ abes*

4. Adverbia, *Eò huc* eleganter pro Accusativis Pronominum, *Is*, atque *Hic*, cum verbis *progressum* significantibus ponuntur, & Genitivum *rei, in qua*

pro-

progressus sit, postulant, Ejusmodi Verba sunt, *Venio, Devenio, Procedo, Gradior, Progredior, Redigo, Deduco, Recido, Redeo Relabor*, & similia Liv: bel: Pun: l. 5. *Eo cosuctudinis adducta res erat, ut &c.* Curt: l. 5. *Huc enim malorum ventum est, ut &c*: Id: l. 5. *Eò rerum ventum erat, ut tam periculosum esset non credere suis, quàm decipi.*

5. *Pridie* & *Postridie* Genitivum vel Accusativum postulant ad Att: l. 11. *Pridie ejus diei venit* Fam: l. 3. ep: 4. *Pridie Nonas Junii cum essem Brundusii* Cæs: l. 1. bell: Gall. *Postridie ejus diei.* Cic: ad Att: ep: 16. *Postridie ludos Apollinares.*

6. Adverbium, *Tunc* cum Genitivo *Temporis*, rarò apud idoneos Scriptores reperitur. Just: l. 2. *Sed de gente tunc temporis obscura Persarum.* Præstat igitur absolutè efferre, Cic: Phil: 7. *Erat tunc excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen justa*, Plaut: *Tunc ad eam accede, quum potes.*

Præc: III. Dativus post Adverbium.

QUædam adverbia Dativum poscunt more eorum, unde deducuntur, ut, *congruenter, convenienterque rationi vivere, dicere, obviam prodire alicui &c.* Nam, *Congruens, conveniens, obvius* Dativó gaudent Cic: 1. de Fin: *Non quæro, quid dicat, sed quid convenienter rationi & sententiæ suæ possit dicere.*

Præc: IV. Accusativus post Adverbium.

PRopiùs, *proximum & proximè*, Accusandi casum exigunt Cic: ad Octav: *Cur Castra longiùs adversariorum castris & propius urbem moventur?* Id: Phil: 10. *Brutus operam dat, ut cum suis copiis quàm* proximè *Italiam sit*: Liv: l. 10. *Cum propius jam blanditias esset oratio, quàm preces*, Sal: in Jug: *In dextro latere, quod proximum hostes erat, aciem collocat.*

2. Jungitur *Propiùs*, etiam cum Præpositione *A*, vel

ab,

ab, Cic: de nat: *Stellæ aliæ propiùs à terris moventur, aliæ remotiùs.*

ABhinc, Verbis Præteriti temporis junctum Accusativum vel Ablativum postulat Cic; act; 4. in Verr: *Horum pater abhinc duos & viginti annos est mortuus,* pro Quin: *Quo tempore? abhinc annis quindecim.*

Præc: V. de Alativo post Adverbium.

COmparativa Adverbia Ablativo gaudent Cic: de Inv: *Lacrymâ nihil citiùs arescit.* Ter: Heaut; act: 1, Se: 1, *Annos sexaginta natus es aut plùs eô, ut conjicio,*

APPENDIX II, Generis P. S. C.

Plus, Ampliùs, Minùs, modò Ablativum habent, ut cætera Comparativa, modò Ablativus in Casum Verbo congruentem migrat, sed saltim subintelligitur Conjunctio *Quàm*, Ter: Adelph: act: 2 sc: 2. *Homini misero plùs quingentos colaphos impegit,* Cæs, 4. bel: Gall: *Cum ipsi non ampliùs quingentos equites haberent,* & l. 7. bell: Gall: *Eo die milites sunt minùs septingenti desiderati?* & l. 5. *Naves ampliùs octingentæ unò erant visæ tempore.*

2. Cum iisdem Adverbiis junguntur quandoque Accusativi, vel Ablativi mensuræ, Vitruv: *Ita à pariete distent; ut ne plus pateant palmum* Cæs: *Millibus ampliùs quingentis in longitudinem patent.*

Præceptum VI. de Adverbiis loci.

ADverbia, quibûs de loco interrogamus, sunt hæc *Ubi, Unde, Quò Quà Quorsum.*

2. Ad Interrogationem, *Ubi* respondemus per hæc *hic, isthic, illic, ibi, ibidem, alibi, alicubi, ubique, utrobique, ubivis, ubilibet ubicunque, ubiubi, passim, vulgo, intus, foris, longe, peregre, nusquam.*

3. Item per *Supra, subter, infra, ante, post, extra,* cum fiunt Adverbia Cic: l. 6. ep: 1. *Nemo est, qui, ubivis quàm ibi, ubi est, esse malit.*

4. Hæc

4. Hæc dicuntur Adverbia *in loco*, sive quæ referuntur *ad quietem*, quibus, *sicubi, necubi, nuncubi uspiam, usquam*, addi possunt, quæ quamvis ad quietem referantur; tamen pleraque ad *Ubi*, non redduntur Cic: 1. de leg. *Sive est illa lex scripta uspiam sive nusquam.*

AD *Unde*, respondemus per hæc: *hinc, isthinc, illinc, inde, indidem, aliunde alicunde, undique, undequaque, utrinque, undevis, undelibet, undeunde, peregre, eminus, cominus supernè, intus foris.* Ter: Heaut: act: 1. sc: *Vide ne quo hinc abeas longiùs.*

Hæc appellantur Adverbia *de loco*, seu quæ referuntur ad *motum de loco*, quibus accedunt, *sicunde necunde, intrinsecùs, extrinsecùs, forinsecus, funditus, radicitus, stirpitus.*

AD *Quo*, respondemus per hæc, *huc isthuc, illò eò, illuc, eodem, aliquò, aliò, neutrò utròque, quòcunque, quoquò, quovis, quolibet, intro, foras, peregre, longè nusquam.* Ter: Haut: Act: 2. sc. 4. *Abi Parmeno intrò, ac me venisse nuntia.*

Hœc appellantur Adverbia *ad locum*, seu quæ *motum ad locum* significant. Quibus adjungi possunt, *siquò nequò, quoquam, quopiam, uspiam.*

AD *Quà*, respondemus per hæc, *hàc, isthac, illac, aliquà, eà, alià, quavis qnàlibet, quàcunque*, Ter: Eun: act: 1. sc: 2. *Plenus rimarum sum, hàc atque illac p rfluo.*

Hæc vocantur Adverbia *per locum* sive quæ referuntur *ad motum per locum*, Quibus, *siquà nequà* addi possunt.

AD *Quorsum*, id est, *quem locum versus*, respondemus per hæc, *horsum, illorsum, aliorsum deorsum, sursum, dextrorsum, sinistrorsum, levorsum, prorsum, rursum, introrsum*, v. *introrsus, retrorsum* v. *retrorsus, quoquoversū*, v. *quoquoversus*. Ter: Haut: act. 3. *Horsū pergunt.* Id: Eun: act: 3. *Parmeno, Ego te totum per hos menses quietum reddam, nè sursum deorsum,*

cursi-

cursites Ter: Heaut: act: 2. sc: 1. *Trepidari sentio, & cursari rursum prorsum.* Ubi Donatus. *Rursum*, inquit RETRO, *prorsum*, ANTE significat.

Hæc dicuntur Adverbia *locum versus*. Quibus addi possunt *siquorsum nequorsum, deorsumversum*, v. *deorsumversus, sursumversum*; v. *sursumversus*. Cic: de Or: *Cum gradatim sursumversum reditur*.

Præceptum VII. de UT.

UT pro *Postquam* Indicativum petit ad Att: 7. ep: 15. *Ut ab urbe discessi, nullum prætermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem* * Item pro *Quomodò* cum admiratione quadam, Ter: Eun: *Ut falsus est animus!*

2. Post has voces. *Adeo, itâ, sic, tantus, talis, is*, pro, *talis, tot, tam, eò*, pro *tam*, nunquam fere ponitur *Quòd*, sed *Ut*, cum Cunjunctivo pro Rab: ADEONE *hospes hujus urbis es, ut hæc nescias?* Tusc: 1. *Non sum* ITA *hebes, ne ista dicam*.. Id: l. 5. ep: 20. *Quæ cum viderem* TOT *vestigiis impressa, ut in his errari non posset, non adscripsi* Cic: ad Ter: l. 6. ID *etatis jam sumus, ut omnia, que non nostra culpâ nobis accidunt, fortiter ferre debeamus*. Id ep: 1. *Neque, cum id faciebamus*, TAM *eramus amentes, ut exploratò nobis esset victoria*. Plin: paneg: *Siquis barbarus Rex Eò insolentiæ furorisque processerit, ut iram tuam indignationèmque mereatur*.

Præc: VIII. de Antequam & Priusquam.

ANtequam & *Priusquam*, tum Indicativis tum Conjunctivis junguntur, pro Mur: *Antequam pro Muræna dicere instituo,, pro me ipso pauca dicam, quæ hoc tempore dicenda arbitror* * Ter: Andr: act: 2. *Omnia experiri certum est, priusquam peream*, pro Mil: *Priusquàm tantùm mali videro*.

Præceptum IX. de Ne & NÆ.

NE Subjunctivum poscit, cùm aliquid prohibemus. Ter: Eun: act: 2. *Ne post conferas culpam in me-* Liv: 10. bell: Pun: *Ne tot annorum felicitatem in unius horæ dederis discrimen.*

2. Poscit & Imperativum, maximè apud Pöëtas Plaut: Perf: *Abi, ne jura, satis credo.*

Næ, id est, *profectò*, fere Pronomini præponitur: & Indicativum, vel Conjunctivum poscit. Ter: Adelph: act: 2. sc: 4. *Næ ego homo sum infelix!* Phil: 2. *Næ tu, si id fecisses, meliùs famæ tuæ consuluisses.*

Præceptum X. de Per Perquam &c:

PEr, *perquam sanè valde oppidò imprimis, cumprimis apprimè, admodum, vehementer*, & alia id genus fere Positivis gaudent 3. de Fin: *Hæc: quidem est perfacilis, & perexpedita defensio* de Or: 2. *Quod mihi quidem perquam puerile videri solet.*

Præceptum XI. de QUAM.

QUám cum admirationi, cummiserationi, aut interrogationi cum admiratione permixtæ deservit. Positivis jungitur Cic: de amic: *Quàm multa, quæ nostrâ causâ nunquam faceremus, facimus tamen causâ amicorum!*

2. Quàm pro Quantùm Positivis præponitur, Cic: l. 7. ep: 15. *Quam sunt morosi, qui amant, vel ex hoc intelligi potest.*

3. Sequente Verbo *Possum*. Superlativis adjungitur. Cic: l. 5. ep: 5. *Quàm potui maximis itineribùs exercitum ad Amanum duxi* Id: 2. de nat: Deor: *Aves nidos construunt, eósque, quàm possunt, mollissimè substernunt.*

4. Sæpe Verbum *Possum* latet Id: l. 16. ep: 2. *Peto à te, quàm celerrimè mihi librarius mittatur*, i: *quàm celerrimè mitti potest &c.*

AP-

APPEENDIX II. Generis P. S. C.

1. Quàm ut eleganter Comparativa ſequitur. Cic: 3. de Or: *Hoc altius eſt, quàm ut nos humi ſtrati ſuſpicere poſſimus.*

2. *Quam* cùm Poſitivo videtur nonnunquam pro *Valde* uſurpari Cæl: l. 8. ep: 15. *Te videre, & omnia intima tecum conferre diſcupio, habeo autem quàm multa.* Cic: Att: *Scribit ad me quàm honorifice de reſtitutione Sexti Clodii, pro valde multa, valdè honorificè.*

Præceptum XII. de Tam & Quam. dum ſibi correſpondent.

TAm & Quàm, cum ſibi correſpondent, *Poſitivis* frequentiſſimè, *Superlativis* rarius, *Comparativis* rariſſimè gaudent Cic: 1. de Or: *Nemo Orator tam multa ne in Græco quidem otio ſcripſit, quàm multa ſunt noſtra:* Sal: in Jug: *Quam quisque peſſimè fecit, tam maximè tutus eſt* Te: Heaut act: 5. ſc: 2. *Namque adoleſcens quam minime in ſpe ſitus erit, tam facillimè patris pacem in leges conficiet ſuas,* Cic: pro Dejot: *Per dexteram te iſtam oro iſtam inquam dexteram non tam in bellis & præliis, quàm in promiſſis & fide firmiorem.*

APPENDIX Generis. P. S. C.

1. *Tam* & *Quàm* Verbis etiam conjunguntur: ſibique reſpondent. Cic: l. 16. ep: 1. *Xenomenes hoſpes tam te diligit, quàm ſi vixerit tecum.* Id: l. 5. ep: 2. *Tam enim ſum amicus Reip: quàm qui maximè* Elegans eſt loquendi forma pro *valde amicus, amiciſſimus.*

2. Ponitur interdum *Tam*, ſeperatim cum Superlativo Phil: 2. *Nondum erat veſtris tam graviſſimis, tamque multis indiciis ignominiiſque conciſus.* Quod non videtur paſſim uſurpandum.

3. *Tam*, *Quàm* pro, *Tantò*, *Quantò* raro reperiuntur Comparativo juncta: 7. Æn: *Tam magis illa fremens & triſtibus effera flammis, quàm magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ.*

Prœ: XIII. de Adverbiis in UM in O.

ADverbia in *UM*, Poſitivis gaudent; ut *Parum, multùm, nimiùm, tantùm, quantùm, aliquantùm,* ad Att: l. 10. *Parùm firma ſunt; quæ de fratre meo ſcribis.* Id: 2. in Rull: *Socer hujus vir multùm bonus eſt,* de Fin: 1. *In rebus apertiſſimis nimium longi fuimus.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. *Tantùm Quantùm* non tam Nominibus junguntur, quàm Verbis Cic: l. 7. Fam: *Gratiâ tantùm poſſumus, quantùm victi.*

2. *Aliquantulùm,* Poſitivo jungitur: Plaut: Bacchid: *Timida es aliquentulùm ſoror.* Rariùs Comparativo, Ter: Eun: act: 1. ſc: 2. *Ejus frater aliquantulùm ad rem eſt avidior.* Quod non videtur paſſim uſurpandum.

OFinita Adverbia Comparativo adhærent; ut *Multò paulò, tantò, quantò, nihilò, hoc,* vel *eò, quò,* niſi quis Ablativos potiùs eſſe cenſeat, exempla dedimus ſupra Prœc: 13. n. 5. de Comparativis.

2. *Multò,* etiam Superlativis additur Cic: in Verr: *Cùm omnis arrogantia odioſa eſt, tum illa ingenii atque eloquentiæ multò moleſtiſſima.*

3. Item *Longè,* pro *Multò,* Id in Brut: *Longè poſt natos homines improbiſſimus.*

4. *Facilè,* cùm ſignificat, *ſinè dubio, ſinè controverſia,* Superlativis gaudet, aut iis, quæ eorum vim habent. pro Rab: *Virum unum totius Græciæ facilè doctiſſimum Platonem accepimus,* pro Cluen: *Regionis illius, & vicinitatis virtute, exiſtimatione, nobilitate facilè princeps.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. *Longè,* pro *Multò,* jungitur etiam Comparativis, l. 9. En: *At pedibus, longè melior Lycus.*

2. Pro *Valde* jungitur & iis omnibus, quæ vim Superlativi habent: Cic: l. 13. ep: 13. *L. Caſtronius Pœtus longè princeps municipii Lucenſis.* 4. Verr: *Longè primus civitatis eſt Epicrates.*

3. Præ-

3. Præterea nominibus, quæ diversitatem dissimilitudinemque significant; ut *Longè alius, dispar, dissimilis &c.* pro Fun: *O! fortunam longè disparem M. Fonteji.*

4. Item Adverbia *Aliter, secus, antè post.* & Verba, *Antecello Præsto, Antepono,* quæ etiam Adverbium, *Multò* admittunt.

DE CONSTRUCTIONE *INTERJECTIONUM.*

CAPUT XX. P. M. C.

O Tribus Casibus adjungitur NOMINANDI. Ter: Phor: act: 2. sc. 2. *O! fortis atque amicus.* ACCUSANDI. Id: Eun: act: 2. sc: 4. *O scelestum Parmenonem!* & VOCANDI. Id: Andr: act: 3. sc: 4. *O! Dave, itane contemnor abs te!*

2. *Heu!* & *Proh?* modò NOMINANDI, vel potiùs VOCANDI Casum postulant. Æn: 6. *Heu pietas! heu prisca fides.* Liv: 6. bell: Pun: *Tantum proh dolor! degeneravimus á parentibus nostris* Modo Accusandi. Cic: Phil: 7. *Heu me miserum! cur Senatum cogor, quem semper laudavi, reprehendere.* Id: 9. in Verr: *Proh Deúm, hominum que fidem.*

3. *Hei, Væ* Dativó gaudent. Ter: Heaut: *Hei misero mihi.* Id: Andr: *Væ misero mihi.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Interdum, O omittitur cum levior est affectus. ad Att: l. 10. *Me cæcúm, qui hæc antè non viderim!*

1. O; non solùm cùm Adverbium est Vocandi Vocativo adhœret: verùm etiam cùm est Interjectio, in Pis. *O! parterni generis oblite, materni vix memor.*

3. *Proh.* apud Ciceronem apertissime Vocativum habet Phil: 2. *Proh sancte Jupiter.*

4 *Heu* etiam Dativô gaudet. Plaut: Mil. *Heu mihi, nequeo, quin fleam.* Id: Mec: *Heu mihi misero.*

5. *Hei,*

5. *Hei* interdum Vocativo additur, Plaut: Aul! *Hei Megadore, haud decorum tuis factis facis.*

6. *Cedo*, & *Apage*, cum Verba sunt Imperativi Modi, non est, cur, uti quidam volunt, Interjectionibus annumerentur: postulant verò Accusativum rei, act: 5. in Verr: *Cedo tabulas* Vatinius Fam: l. 5. ep: 10. *Apage te cum Sexto Servilio.* CEDO etiam Dativum Personæ habet 3. in Verr: *Cede mihi leges Attinias.*

DE CONSTRUCTIONE CONJUNCTIONUM.

CAPUT XXI. P. M. C.

Præceptum I. de Et Aut, Quam, Nisi, An, præterquam.

Conjunctiones *copulativæ* & *disjunctivæ* cum ad idem Verbum referuntur: similes Casus connectunt Phil: 12. *Quis non doleat interitum talis viri & civis?* Id: de Sen: *Quid de pratorum viriditate, aut arborum ordinibus, aut vinearum, olivetorúmque specie dicam?*

2. *Quàm*, *Nisi*, *An Præterquam* eosdem itidem Casus copulant: Cic: Att: l. 4. ep: 5. *Ain tu? mene existimas ab ullo malle mea legi probarique quàm à te?* pro Sexto *Quam unquam senatus civem* nisi *me nationibus exteris commendavit?* de Or: l. 3. *Refert etiam, qui audiant, Senatus an populus, an judices sint.* Id in Verr: *Pro tantis rebus nullum à vobis præmium postulo, præterquàm hujus diei memoriam sempiternam.*

3. Interdum tamen huic Constructioni certa dictionum proprietas obstat; ut, *Fui Romæ, Athenis, Brundusii, aut Sulmone mortuus est, Emistine librum centusse an minoris.*

Præcep: II. de Etsi. Tametsi, Quanquam.

Etsi, *Tametsi*, *Quanquam*, in principio statim sen-

ten-

tentiæ Indicativum postulant pro Mil: *Etsi vereor judices &c.* l. 1. ep: 5. *Tametsi nihil fuit optatius* l. 10. ep: 19. *Quanquam gratiarum actionem à te non desiderabam.*

3. Cæteris locîs non respuunt Conjunctivum l. 2. de Or: *Erantque multi, qui quanquam hæc ita se habere arbitrarentur, tamen &c.* Quintil: l. 1. c. 2. *Cædi verò discentes quanquam receptum sit, & Chrysippus non improbet, minimè velim.*

Frequentiùs tamen hæc in media etiam & extrema periodo cum Indicativo junguntur Cic: l. 5. ep: 17. *Præposteros habes tabellarios, etsi quidem non offendunt.* pro Sexto Rosc: *Quanquam abest à culpa, suspicione tamen non caret.*

Præceptum III. de Etiamsi, Quamvis. Licet, Ut, pro Quamvis.

E*Tiamsi*, *Licet*, *Ut*, *Quamvis* Subjunctivô gaudent Cic: de Am: *Omnia brevia tolerabilia esse debent, etiamsi maxima sint* Phil: 2. *Homines quamvis in rebus turbidis sint, tamen &c.* post redit. *Tantus vester consensus de salute mea fuit, ut licet corpus abesset meum, dignitas in Patriam revertisset,* pro Quint: *Ut summa haberem cætera, temporis quidem certe vix satis habui.*

APPENDIX II. Generis P. S. C.

1. Non raró tamen *Etiamsi* Indicativo junctum reperies, præsertim in media compositione l. 2. de Or: *Illud tertium etiamsi opus est &c.* Q. Cic: l. 16. ep: 26. *Etiamsi, quod scribas, non habebis, scribito tamen.*

2. *Si* pro *Quamvis* Conjunctivo jungitur: Ter. Eun: act: 1. sc: 5. *Redeam? si me non obsecres.*

3. *Quamvis* Interdum Indicativo adhæret, præsertim apud Poëtas. 5. Æn: *Quamvis solus avem cælo dejecit ab alto* Colum: 9. l. ep: 6. *Quamvis doctissimi viri authoritatem reverebar.*

Præcep: IV. de Ut. Nè. & Ne non.

VEreor, timeo, metuo, Conjunctivum amant, & cum Ut, aut Ne, junguntur, sed contraria significatione Nam Vereor ut, dicimus de his, quæ vellemus fieri, metuimus tamen, nè spe frustremur. Vereor ne, de illis quæ nollemus fieri: sed tamen, ne fiant, extimescimus. Ter. Phor: act: 5. sc: 8. Vereor, ut placari possit Id: Andr: act: 1. sc: 2. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.

2. Ne non, idem hôc locô quod Ut, Cic: Att: 7. Si manet, vereor, ne exercitum firmum habere non possit, & l. 6. Timeo, ne non impetrem.

3. Si tertiam his Verbis addideris negotionem, te omni metu liberum significabis Id: 5. act: in Verr: Non vereor, ne hoc officium meum P. Servilio non probem, hoc est, non dubito, quin hoc officium meum P. Servilio sim probaturus.

Præceptum V. de Ut, ne, Ni, Nisi Si.

UT nè. pervenustè ponitur pro Ne, vel potius pro Ut non, act: 5. in Ver: Impetrant, ut ne jurent. ad Q. Fra: l. 5. Opera datur, ut judicia ne fiant.

2. Ni, nisi, si, tum Indicativum, tum Conjunctivum amant: Ter: And: Mirum ni domi est, act: 3. in Verr: Ni restituissent, statuas, vehementer his minatur * Id: de amic: Ortum quidem amicitiæ videtis, nisi quia adhuc forté vultis. Ib: Nisi immortalitatem optare vellet, quid non est adeptus, quod homini fas esset optare? * Ter: And: act: 1. sc: 3. Si illum relinquo, ejus vitæ timeo, ad Att: l. 15. Si hortos inspexeris, dederis mihi, quæ ad te scribam.

Præc: VI. de Quò, Quia, Quoniam.

QUòd, cum causam ac rationem reddit & Quia, tum Indicativô tum Conjunctivô gaudet, ad Att:

Att: l. 2. *Fecisti mihi pergratum, quod Scipionis librum ad me misisti,* & l. 9. *Admiratus sum,* quod *ad me tua manu scripsisses* Id de am: *Sed* quia *natura mutari non potest, idcirco &c.* Ib: *Recordatione nostræ amicitiæ sic fruor; ut beatè vixisse videar,* quia *cum Scipione vixerim.*

2. Quoniam Indicativum frequentiùs, usurpat, & ferè certam causam cognitàmque significat pro Plan: *Quoniam tu ita vis, nimiùm me gratum esse concedam.*

Præceptum VII. de Neque Nec

ETsi cæteræ negationes geminatæ affirment, *Neque* tamen & *Nec,* si aliis negationibus subjiciantur, negandi vim retinent. Cic 1. de Or: *Nullæ enim lites, neque controversiæ sunt.* Att: l. 6. ep: 12. ad Planc: *Mihi nemo est, nec amicitior; nec jucunditor, nec charior* Fam: l. 3. ep: 7. *Ita & accepi, & gessi maxima imperia, ut nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendum putarem.*

DE FIGURATA *CONSTRUCTIONE*

CAPUT XXII. P. M. C.

Præceptum I. de Virtutibus Orationis.

ORatio tres Virtutes habere debet; ut, *Emendata,* ut *Dilucida,* ut *Ornata sit,* Quibus virtutibus totidem vitia contraria sunt; nam Emendatæ *Barbara,* Dilucidæ *Obscura;* Ornatæ *Inornata* adversatur.

Præc: II. de Emendatæ orationis vitiis.

DUo sunt vitia, quibus oratio *barbara* atque *rustica* efficitur: *Solæcismus,* & *Barbarismus;* quæ; qui purè & emendatè loqui velit, omni contentione, velis (ut ita dicam,) remisque fugiet.

Præc-

Præcep: III. Quid sit Solœcismus, quò differat à Barbarismo, quótvè modis fiat.

SOlœcismus Constructionis *Emendatæ*, de qua hactenus egimus, *Orationis* hostis infensissimus, est vitiosa Partium Orationis compositio.

2. Differt Solæcismus à *barbarismo*, quia barbarismus fit in singulis verbis; Solæcismus in contextu verborum. Barbarismus dictionem unam fædat, Solæcismus compositionem dictionum corrumpit, Barbarismus est una dictio aut peregrina, aut latina quidem, sed corrupta: Solæcismus (nisi cum Barbarismo commisceatur) est bonarum vocum mala compositio, v. g. si dicam. *Hoc gladium meum est. Cœlus hodie est serenus. Perlegavi librum Ciceronis &c.* Barbarismi erunt At si dixero *Non egeo tuum opem, Pervolutavi omnia libros Ciceronis &c.* Solæcismi erunt.

3. Fit porro Solæcismus quatuor modis. I. *Adjectione*; ut, *scribo cum calamo, ludo cum pila.* II. *Detractione*, cum aliquid, quô opus est, detrahitur; v. g. *Eo forum*, pro *in forum*; *Redeo agro*, pro *ex agro.* III. *Transpositione*, cum Partium orationis ordo turbatur; ut, *Quoque ego hoc volui, autem non habui &c.* pro, *ego quoque hoc volui, &c.* IV. *Immutatione*, cum Pars una Orationis pro alia ponitur; ut, *stulti grave ferunt res adversas*, pro *graviter.* Nomen pro Adverbio. Aut cum dictiones, esto ejusdem Partis Orationis sint, malè tamen sibi substituuntur, atque altera alterius locum occupat, v. g *Eo intùs, sum intro, quid huc agit? eo apud forum* Et *Scripsitne Cicero hanc orationem, aut Hortensius?* pro *an Hortensius?*

4. Denique fit Solæcismus per *Accidentia* seu *Attributa* Partium Orationis. I. *Per Genera*; ut, *sapientes læto fronte ferunt res adversas*, II. *Per Casus*, ut, *Quo vadis? Romæ. Unde venis? Brundusii &c. &c.*

Præc: IV. Quid sit figurata constructio:

SUnt quædam, quæ faciem quidem Solæcismi habent, vitiosa tamen non sunt. Hoc vero loquendi genus, *Figura verborum aut sermonis aut orationis* appellatur.

2. Porro FIGURA est *Nova loquendi ratio, à trito & vulgari sermone remota, quæ aut ratione, aut usu doctorum nititur.*

E N A L L A G E.

Munus Enallage habet Partem pro Parte locandi; ut, Pars in frustra secant, sceleratum vivere turpe est.

ENallage Figura est, cum Pars una Orationis pro alia ponitur; ut, *vivere* pro *vita, nullus* pro *non* &c. Cic: ad l. 4. *Cum vivere ipsum turpe sit,* & l. 2. *Philotimus nullus venit.* Ter: Eun: act: 2. *Memini, tametsi nullus moneat.* Id: Heau: act: *Si non quæret, nullus dixeris,* 6. Æn: *Horrendum stridens;* &c. pro *vita, non, ne, horrende,* &c.

A P P E N D I X.

1. Sunt & alia Nomina, quæ pro Adverbiis ponuntur; ut, *Recens, sublime, frequens,* Suet: Tib: c. 1. *Inde Romam recens conditam cum magna clientum caterva commigravit.* Cic: 2. Div: *Scuta, quæ fuerant sublime fixa, sunt humi inventa,* Id: de amic: *Venio in senatum frequens.* Sic *Torvum Horrendum* & alia apud Poëtas.

2. Nomen quoque interdum loco *Interjectionis* aut *Adverbii indignantis* ponitur. Cic: 4. in Catil: *Quæ malum fuit ista amentia?* Ter: Eun: *Ubi alii?* sc: *qui malum, alii;* Plau: Epid: *Quæ, malum, hæc impudentia est?* Ter: Phorm: act: 4. *Quid tua malum id refert?*

3. Et contra Adverbium nonnunquam partes Nominis agit: Plaut: Merc: *Bene sit tibi* Cic: Att: l. 4. *Male sit Antonio,* sic *Satis abunde parum* &c.

4. Denique Verbum loco Interjectionis blandientis, Ad Att: l. 3. *Amabo te, incumbe in eam rem.*

5. Fit etiam Enallage per Attributa Partium Orationis, I. Per Casus, Cic: pro Sext: Rosc: *Duo sunt isti Roscii, quorum alteri Capitoni cognomen est* pro Capito II. per Numeros. Plin: l. 16. c. 73. *In Africa major pars ferarum non bibunt inopiá imbrium.* III. Per tempora. Cic: 3. in Verr: *Unum ostende in tabulis aut tuis, aut patris tui, vicisti,* pro *vinces.*

16. At illa Enallage, qua de nobismet ipsis quasi de tertia persona loquimur, longè pulcherrima est Cic: 2. ep: 4. *Quid est, quod possit graviter à Cicerone scribi ad Curionem, nisi de Republica?* loquitur hic Cicero de se ipso, & l 3. ep: 7. Appius pulchrè ita secum ipso locutus scribitur. *Quid? Appius Lentulus Appio* (pro *mihi*) *processit obviam, Cicero Appio* (*i mihi noluit*) & Juno apud Virg: *Et quisquam nomen Junonis adoret?* pro *meum nomen.*

ECLIPSIS.

ECLIPSIS tibi verba foris petenda subaudit;
Ut fuit Urbs quondam Tyrii tenuére coloni.

ECLipsis Figura est, cum dictio aliqua, quæ in Oratione deest, subintelligenda est Virg: 1. Æn: *Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni* subauditur *quam* Cic: ad Att. l. 16. ep: 18. *Ego, si Tyro ad me, cogito in Tusculanum* ad eund: l. 13. *Quid mihi author es?* (subaudi, *ut faciam,*) *advolone an maneo?* 5. in Verr: *Ridere convivæ cachinnari ipse Apronius* subaudi *cæpit* ad Att: l. 6. *Statua quæ ad Opis per te posita in excelso est,* pro *ad Ædem Opis,* vel ad *Templum Opis* Sic Famul: l. 4. ep: 4. *Cum Senatus ad Apollinis habitus esset.*

ZEUGMA.

SUGGERIT ex verbis aliquid tibi Zeugma propinquis
At Genera & numeros, Casusque intacta relinquit,
Ut Gener atque Socer cum dira ruisset in arma.

Zeugma Figura eſt, cum id: quod in oratione deeſt, è proximo aſſumitur, manente eodem Genere Numero, Caſu, cæteriſque Attributis Cic: Parodoxô ult: *Nulla poſſeſſio, nulla vis auri pluris, quam virtus æſtimanda eſt.*

APPENDIX

Si id: quod ad orationem implendam aſſumitur, primum, eſt, Protozeugma dicitur, ad Att: I. 16. *Egi pater & filius, ut tibi ſpoponderim.* Si medium: Metozegma, ad Heren: l. 4. *Formæ dignitas aut morbo defloreſcit, aut vetuſtate.* Si poſtremum, Hypozeugma, ad Att: l. 12. *Mihi & res, & conditio placet.*

SYLLEPSIS.

Cum pars deficiens ex partibus nulla propinquis.
Suppletur, variante aliquo, Syllepſis habetur,
Hoc erit exemplum. SUNT *nobis mitia poma.*
Caſtaneæ nuces, & *preſſi copia lactis.*

Syllepſis eſt, cum id, quod in Oratione deeſt, è proximo aſſumitur, mutato tamen aut *Genere*, aut *Numero*, aut *Caſu*, aut aliquo è cæteris Attributis. Iſtudque eſt, quo hæc figura à ſuperiore differt de Q. Fr: I. 1. *Ille timore, ego riſu corrui,* Virg: 1. Æn: *Vos, o Calliope, precor adſpirate canenti*, i. *Vos, Calliope & reliquæ muſæ.* 1. de Or: *Quamobrem hoc vos doceb[o] Sulpici*, ubi intelligitur & *Cotta.*

ARCHAISMUS.

GRÆCE Archaiſmus, Conſtructio priſca Latinè.
Eſt ea præcipuè, quâ quondam eſt uſa Vetuſtas.
Ut Quinam hic ſunt nobis abſente tumultus?

Archaiſmus eſt Conſtructio, quâ potiſſimum priſca Vetuſtas uſa eſt. Ter: Eun: act: 4. ſc: 5. *Neſcio quid profectó abſente nobis turbatum eſt domi* Ib: act: 2. *Ejicienda eſt herculé hæc animi mollities, nimis me indulgeo.* Cic: act: 4. in Verr: *Hanc ſibi rem præſidio ſperant futurum.* pro *futuram.*

HEL-

HELLENISMUS.

JURE Hellenismus Græcô, non legibus ullis,
Nititur; ut, Sacra redimitus tempora lauro.

HEllenismus est Constructio, quæ Græci non Latini sermonis leges servat. Luc: ad Cic: l. 1. ep: 4. *Cum scribas, vel agas aliquid eorum, quorum consuesti, gaudeo* pro *quæ consvesti agere* Æn: 11: *Justit ævè priùs mirer, bellinè laborum.* * Hor: l. 2. od 9. *Desine mollium tandem querelarum,* & alia, quorum plurima jam supra variis locis notavimus.

INSIGNIS quoque Hellenismus ille est, cùm Masculino aut Fæminino Substantivo Adjectivum Neutrum adjungitur Cic: l. 6. ep: 22. *Cum omnium rerum mors sit extremum* Æn: 4. *Varium ac mutabile semper fœmina* Ecel: *Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,* Ib: *Dulce satis humor.*

Sunt & aliæ Figuræ pænè propriæ Poëtis, de quibus infra l. 3. c. 11. & 14.

DE BARBARISMO.

CAPUT XXIII.

BArbarismus, (quem antiquiores Romani rusticum sermonem appellabant, ut ajt Gellius l. 13. c. 6.) est dictio aut omnino barbara, & Latinis plane ignota, aut Latina quidem, sed vitiata scripto, vel pronuntiatione Barbara omnino; ut, Cingarus, *Cygan:* Granicies *Granica:* Carpio, *Karp:* Sciſſorius, *Scyzoryk* &c. Huc spectant voces malè à sua significatione alienatæ ut, *Judæus,* pro *macula,* seu *nævo,* & similes, quarum aliquas attulimus supra l. 1. c. 1. Admonit: 3.

Latina dictio vitiatur pluribùs modis I. Divisione, cum juncta dividimns ut, *Sylu-æ, Dis-solu-o, &c.* pro *Syl-væ; dis-sol vo &c.* II. Complexione cum divisa conjungimus) ut *Phæton.* pro *Phaëton.* III. Detractione literæ, vel syllabæ; ut, *Santus* pro *Sanctus &c.*

&c. IV. Adjectione; ut *Follium*, pro, *folium* V. Temporis protractione, cum syllabæ brevi, quæ unum tempus habet, additur alterum, quô fiat longa; ut, *Circumdedi*, pro *circumdedi* &c. VI. Temporis imminutione. cum syllabæ longæ, quæ duo habet tempora, detrahitur unum, ut fiat brevis; ut, *Umbicus*, pro *umbilicus* &c. VII. Immutatione, cum litera vel Syllaba pro alia ponitur ut, *Aut*, pro *apud*, VIII. Transpositione, cum litera vel syllaba è suo loco in alienum transfertur; ut *Thrao*, pro, *traho*, &c. IX. Tenore, cum accentu alio pro alio utimur; ut si Præpositiones à suis casibus separamus, easque tenore acutô vel inflexô pronuntiamus, quæ alioqui dissimulata distinctione ita pronuntiandæ sunt, ac si una vox esset &c. Tandem fiunt Barbarismi per Attributa Partium orationis. I. Per Genera, ut *Gladia* pro *gladii*. II. Per Numeros ut, *Scopa*, pro *scopæ*. *Tritica*, pro *triticum*. III. Per Declinationem; ut *Vasibus* pro. *vasis*; *Præstavi*; pro, *præstiti*; *Legabo*, pro *legam* &c.

Cum legeris apud Virgilium *Relliquias*; pro *reliquias*. *Altuum*, pro *altum*. *Relligio*, pro *religio*; *Vixem*, pro *vixissem*; *steterunt* penultimâ correptâ, *Italiam* prima producta, & similia; ne putes Principem Pòëtarum fecisse Barbarismum, multa enim Pòëtis conceduntur, quæ cæteris Scriptoribus negantur.

OBSCURÆ ORATIONIS VITIA.
CAPUT XXIV.

Verba inusitata, & à consuetudine quotidiani sermonis remota, obscuritatem & tenebras Orationi afferunt; ut si *Apludam* pro *furfur*, *Bovinari* pro *tergiversari*. *Aulam* pro *olla*, *Recentari* pro *renasci*, *Consiliosum* pro *prudenti* dixeris. Vide Gall: l. 11. c. 7. & l. 15. & Quintil: l. 8. c. 3.

2. Nec

2. Nec minùs obſtat claritati Orationis, tum illud vitium, quod Græci, *Acyren*: Latini *Improprium* dicunt; ut, *ſperare* pro *timere* Virg: 5. Æn: *Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.*

3. Tum Ambiguitas ſive Amphibologia: Idque vel *in uno verbo* ut *Taurus*, animalne ſit, an mons, an ſignum cæleſte, an nomen hominis, an radix arboris, niſi diſtinguas, non intelligitur, vel in ſermone; ut *Audivi Chremetem percuſſiſſe, Demeam.*

4. Tum *Mœoſis* ſive *Diminutio*, cum ſermoni deeſt aliquid, quo minus plenus ſit, nec facilè intelligi poteſt. Quanquam multa per Eclipſim excuſantur.

5. Tum *Periſſologia*, cum inani verborum turbâ obruitur oratio.

6. Tum ſi prolixæ interjiciantur Parentheſes, aut ſi verba confuſa permiſtaque longiùs trajiciantur, ut apud * Hor: l. 1. Sat: 3. *Namque pilâ lippis inimicum & ludere crudis.* Rectiùs enim ordo procedit, *Namque pilâ ludere inimicum eſt lippis, & crudis.*

APPENDIX.

Simplice contempto fit, Hyperbaton ordine, virtus
Non mala, Verborum tranſgreſſio dicta Latinis.

Cum Orationis ſtructura, decoris gratia, variatur, neglecto ſimplicis ſermonis ordine, non vitium eſt, ſed virtus, quæ, *Hyperbaton*, id eſt *tranſgreſſio Verborum* appellatur. Cic: pro Cluent: *Animadverti, Judices: omnem accuſatoris orationem in duas diviſam eſſe partes.* Simplex ordo erat *in duas partes diviſam eſſe*, ſed duriter, & incompte.

Hyperbati aliquot ſpecies.

1. *In verbis geminis quoties præpoſterus ordo.*
Cernitur ut Mecum: fit Anaſtrophe 2. *ad illa Maronis*
Urbem quam ſtatuo, veſtra eſt, fugienda videtur.
Cum paribus, quas fortè metrum proferre coegit.

Hyperbati aliquot ſpecies, quæ elegantiæ cauſa uſurpantur.

1. Ana-

1. *Anastrophe* quæ est duorum Verborum ordo Præposterus, ut, *Mecum*, *tecum* &c. *Quibus de rebus* &c.

2. At illa Anastrophe Virgilii: *Urbem quam statuo, vestra est*, pro *quam urbem statuo*, vel, *urbs, quam statuo*, &c. Et illa Terrentii, *Enuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit*: & pares seu similes aliæ, quæ fortè metrica necessitate factæ sunt, sunt admodùm fugiendæ.

3. *Compositis aliquid solet interponere Tmesis:*
Ut, Periere boni. Res *vero* publica *luget.*

3. Altera Hyperbati species est *Tmesis*, cum Verbũ compositum dividitur, aliqua dictione interpositâ, Cic: ad Att: l. 5. *Per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum* Id: de Sen: *Omnia memoriâ tenebant, non domestica solùm, sed externa bella.*

4. *Cum brevis est sensus medio in sermone, priusquam*
Rem absolvas medium seu gemma Parenthesis ornat.

4. Tertia Hyperbati species est. *Parenthesis*, cum brevis sensus sermoni, antequam rem absolvis, interjicitur, & tum dein prior sermo continuatur. Cic. Phil: 3. *O! præclarum custodem ovium* (*ut ajunt*) *lupum* Liv: 2. bell: Pun: *Tantum* (*proh: dolor*) *degeneravimus à parentibus nostris!* Illud verò cavendum, ne longiores adhibeantur Parentheses.

INORNATÆ
ORATIONIS VITIA.
CAPUT XXV.

1. *SUGGERIT Æschrologus menti sub turpia voce.*
2. *Magna Tapinosis verbis minuentibus effert.*
3. *Tautologi voces iterumque iterumque frequentant.*
Dictaque mox repetunt dictis iterata secundis.
4. *Macrologi sermo justo prolixior exit.*

PRæcipua *Inornatæ* Orationis vitia sunt, *Æschrologus*, *Tapinosis*, *Tautologia*, *Macrologia*.

1. *Æſchrologus*, ut definit Diomedes, eſt, *cum orationi ſubeſt inverecunda ſuſpicio.* Quod ſit vel uno verbo, vel pluribûs, vel deformi literarum concurſu. Illud animadvertendum, ab illuſtribus Scriptoribus cenſeri Æſchrologum, quoties particula. *Cum N*, literam ſequitur Æn: 1. *Cum notis hominibus*. Quint; l. 8. c. 3. dici enim jubet, *cum hominibus notis*, idem præcipit & Cicero in Orat: à medio. Cauſa eſt, quod literarum ejuſmodi concurſus obſcenæ cuidam Latinæ voci adſonet, eamque videatur innuere, vid Cic: l. 9. Fam: ep: 22.

1. *Tapinoſis* eſt, cum rei magnitudo, vel dignitas verbis minus ſignificantibus diminuitur, ut ſi quis *parricidam* vocet *hominem nequam*.

3. *Tautologia* eſt ejuſdem verbi vel ſermonis iteratio ſine cauſa; Verbi: ut, *Nam cujus rationis ratio non exſtat, ei rationi ratio non eſt, fidem habere.* Sermonis; ut, *Ibant quà poterant, quà non poterant, non ibant.* Hanc alii *Battologiam* appellant à Batto garrulo bubulco, cujus Battologiam expreſſit * Ovid: 2. Met: *Sub illis Montibus, inquit, erant, & erant ſub montibus illis.*

4. *Macrologia* eſt longior, quàm oporteat, ſermo; ut in illo * Livii l. 8. *Legati non impetrata pace retro domum, unde venerant: abiêrunt.*

Hæc quoque devita, vitisque prioribus adde.
1. *Si multis eadem in verbis elementa recurrunt.*
2. *Aut duris ſecum concurſibus aſpera fiat.*
3. *Denique Vocalis creber concurſus hiántem*
Reddit, & incomptum ſermonm. 4. *atque exitus idem*
Multarum vocum: ſeu flentes, atque dolentes.
5. *Syllabæ in extremo poſitæ ſi forte ſequentis.*
Vocis erunt primæ, turpis Cacophonia fiet.

In vitiis item Orationem inquinantibus reponenda ſunt ſequentia. 1. Nimia ejuſdem elementi ſeu literæ aſſiduitas, ut *Quidquam, quispiam, cuipiam*, quod con venit

venit neget? hinc inepti omnino censendi ii sunt, qui totas Orationes ita contexunt, ut voces omnes ab eadem litera incipiant.

2. Cavendum etiam diligenter est, ne Consonantes asperè concurrant, ut S. ultima cum X. proxima; v. g. *Exercitus Xerxis* aut si utraque harum literarum sibi ipsi occurrat, ut, *Ars studiorum, Rex Xerxes.*

3. Denique Vocalium creber concursus vastam, & hiantem orationem reddit ut *Bacchæ Æneæ potissimum impendebant Viro optimo optemperasti olim.*

4. Aut si multæ voces ejusdem exitus in unum locum congerantur; ut *Flentes, plorantes, lamentantes, obtestantes.*

5. Aut si ultimæ syllabæ verbi prioris, fiant primæ posterioris, quod vitium *Cacophonia* appellatur v. g. *O fortunatam natam me consule Romam!*

APPENDIX.

Si quando puer apud graves Scriptores aliquid offenderit, quod supervacaneum atque otiosum esse videatur; ne id sine causa factum putet. Adduntur enim interdum quædam majoris affirmationis gratiâ, Ter: Adolph: act: 3. sc: 2. *Hisce oculis egomet vidi;* 4. Æn: *Vocemque his auribus hausi.*

2. Adduntur & alia, quæ aut consuetudine, aut authoritate, aut vetustate, aut necessitate denique excusantur. Cic: ad Att: l. 5. ep: 7. *Ubi terrarum esses, ne suspicabar quidem* Id: l. 6. ep: 5. *Longè gentium abes.* Id: ad Q. l. 3. *Diem scito esse nullum, quo die non dicam pro reo.*

3. Poëtis verò imprimis venia danda est, si quando aliquid addiderint, quod planè vitiosum videatur; ut, 1. Æn: *Molemque & montes insuper altos imposuit.* Et 5. Æn: *Dixitque & prælia voce diremit.* Utrobique enim Conjunctionem, *que*, metricâ necessitate constructus addidit.

FINIS LIBRI SECUNDI.

EMMANUELIS ALVARI

è SOCIETATE JESU

INSTITUTIONUM GRAMMATICARUM LIBER III.

DE SYLLABARUM DIMENSIONE

DE LITERIS AC SYLLABIS

CAPUT I.

DE LITERIS

VErsus è pedibus constat, Pedes è Syllabis, at syllabæ, de quibus nunc agendum est, constant è literis.

2. Literæ dividuntur in Vocales, & Consonantes, Consonantes partim sunt *Mutæ*, partim *Semivocales*.

3. *Mutæ*, sunt octo: B. C. D. G. K. P. Q. T. *Semivocales* itidem octo, F. L. M. N. R. S. X. Z.

4. Ex Semivocalibus quatuor sunt *Liquidæ*: L. M. N. R. sed M. & N. raro, & in Græcis dundaxat dictionibus liquescunt, ut: *Tecmessas*, *cygnus &c*, vide infra fol: 402.

4. X & Z sunt *duplices*, hoc est valent duas Consonantes; X. CS. vel, GS. Z. SD. Veteres, Z. per duplex SS. reddebant: ut, *Massa*, *patrisso*, pro *maza*, patrizo. 6. F.

6. F. & R. præposita Liquidis, vim habent Mutæ & syllabam *communem* faciunt 4. Georg. *Stridet reFLuentibus undis* Æn: 11. *Et mollia cella reFLectunt*. I. 11. Stat: 5. *Portasque reFRegit.* Ideo hanc plerique *Mutis* adscribunt.

7. S. quamvis immunis, ac sui Juris sit, (neque enim inter *Liquidas* aut *Duplices* numeratur,) interdum tamen liquescit, ut suô locô dicemus.

8. H. sitne litera an aspirationis nota, dubium controversumque est: in carmine vix ejus habetur ratio.

9. I. inter duas Vocales posita Consonans est, atque duplex J. valet; ut, *Major, pejor*, Unde Veteres eam per duplex *ji* scribebant, ut, *Majior pejior, &c.*

10. J. & U cum Vocalibus præponuntur, eásque comprimunt, fiunt Consonantes; ut, *Janua, jecur, conjicio, jocus, judex, vates, velox, vita, vox vultus.*

11. *Jota* Græcorum nunquam consonans est; quare in *Jason, jambus, japis*, & cæteris, quæ planè sunt Græcæ, prima Vocalis est, ac syllabam per se facit, *J-anson, j-ambus &c.*

12. *Jota* apud Hebræos semper Consonans est, cum Vocalibus præponitur, ut *JESUS, Joannes, Jacobus &c.* itaque qui hæc atque alia id genus nomina per J. consonantem efferunt, optimè quidem pronuntiant; qui verò per Vocalem, Græcos imitantur.

13. U. post Q. semper liquescit; *aqua concoquo*: at post G. & S. modo liquescit, ut *Lingua, langueo, suavis*, modo integra est, suamque vim retinet; ut, *Exiguus suus.*

14. Literæ verò *liquescunt*, cum vim roburque *Vocalis*, aut, *Consonantis amittunt.*

S Y L L A B Æ.

SYllabæ, quas *temporibus* metimur, aut sunt *breves*, aut *longæ*, aut *communes*.

2.

2. *Tempus*, quô syllabam metimur, est spatium, intervallûmq; quô eandem pronuntiamus.

3. Syllaba *brevis* est, quæ ex uno tempore, seu spatio constat: *longa* quæ ex duobus; ut *veNImus*, Præteritum: *veNImus*, Præsens: in primo brevis, in secundo longa est *NI*.

4. Syllaba *Communis* est, quæ in versu tum brevis, tum longa esse potest: ut, *volUcris* vel *volUcris*.

Nulla Vocalis apud Latinos perpetuò brevis, aut longa est. Apud Græcos *Ypsilon* & *Omicron* perpetuò breves, ut, *TimothEus*, *HerodOtus*; contra *Eta*, & *Omega* perpetuô longæ sunt; ut, *erEmus*, *idOlum*.

PRÆCEPTA GENERALIA.

De Syllabarum brevitate, ac longitudine
CAPUT II.

Præceptum I. *de Vocali ante Vocalem in Latinis dictionibus*.

Vocalem breviant alia subeunte Latini.
1. FIO (*nisi*, *R. sequatur*) *produc*. 2. *& Nomina Quintæ*,
Quæ geminos Casus E. longô assumit in EI.
3. *Verum E corripiunt FidEique*, *SpEique*, *Reique*.
4. *Vatibus est communis* J US; *genitivus* 5. alius
Tende, 6. *breve* alterius 7. *PompEj*, *& talia produc*:
8. *Eheu produces semper* 9. *variabitur Ohe*.

VOcalis ante Vocalem in Latinis dictionibus brevis est; ut, *pUer fUit rUit*.

Æn: 12. *Disce pUer virtutem ex me, verumq; laborem*.
Æn: 2. *Lucus in urbe fUit mediâ lætissimus umbrâ*.
Æn: 2. *Urbs antiqua rUit multos dominata per annos*.

EXCEPTIO.

1. *Fio*, (nisi sequatur R.) habet I. longum. Juv: Sat: *Fient ista palam, cupient & in acta referri.* Sed si sequatur R, I. breve est Æn: 4. *Nunc qua ratione, quod instat, confieri possit, paucis adverte, docebo.*

2. Genitivi & Dativi quintæ declinationis in *El*, *E* longum habent Ho: l. 1. sat: 9

Ventum erat ad limem. quartâ jam parte diEi.

3. Verùm in *Rei Spei Fidei*, *E.* ante I. breve est, quamvis *Rei E.* producat interdum Lucretius, minimè imitandus.

4. Genitivus in *I US* in soluta oratione habet *I.* longum, in carmine commune.

Eccl: 1. *Namque erit ille mihi semper deus, illius aram.*
Ibid: *Quàm nostro illius labatur pectore vultus.*
Æn: 1. *UnIus obnoxam & furias Ajacis Oilèi.*
Ibid: *Navibus infandum amissis unIus ob iram.*

5. Genitivus tamen *Alius*, tam in soluta oratione, quàm in carmine. I. producit.

6. Contra Genitivus *Alterius* perpetuò I. corripit.

7. *Caj Pompej Vultej*, & si qui plures sunt Vocativi in *Aj*, vel *Ej*, penultimam habent longam.

Mart: I. 6. *Quod peto da Caj, non peto consilium.*
de Pont: 4. *Accipe Pompej deductum carmen ab illo.*

NOTA, 1. Præter *Ohe* communem quoque apud Poëtas Vocalem ante Vocalem habent *Cyane Diana, Gerion, Orio, Pandion, Prineus Sophia. Jonius Judaicus Eos*, (zorza ranna) *Eous*, Item *jo*, Nomen, & Interjectio, item composita ex pronominibus *me, te, se*, & præpositionibus, *de se*; ut *meipsum, teipsum seipsum deero deesse, seorsim.*

2. Contra *cOhæreo, prOhibeo*, & similia brevium naturam retinent, præcipuè ex *PRO*, composita.

3. *Dius, dia, dium*, semper producit. *I.*

Præ-

Præceptum II. de Vocali ante Vocalem in Græcis dictionibus.

1. *Græca Latinorum leges servare recusant,*
Quædam etenim brevibus veluti symphonia gaudent.
2. *At quædam longis, nam longa chorEa, Thalia,*
Darius, CytherEa. Aer elegia platEa;
Atque alia. 3. *at chorEa breviant platEàque Pòëtæ.*
4. *Solvit & in geminas, veluti Cythereia, longa.*

VOcalis ante Vocalem in quibusdam Græcis dictionibus brevis est; ut *Symphonia, Philosophia* &c. Hor: in Arte Pòét.

Ut gratas inter mensas symphonia discors.

2. In quibusdam verò longa; ut in *chorEa* &c. in carmine enumeratis.

Met: 2. *Terra feras cæpit, volucres agitabilis Aer.*
Ib: 1. 8. *Sæpe sub hæc Dryades festas duxère chorEas.*

3. Pòétæ tamen in *ChorEa* & *PlatEa* sæpe E corripiunt.

Æn: 3. *Pars pedibus pulsant chorEas, & carmina dicunt.*
Hor: *Puræ sunt platEæ, nihil ut meditantibus obstet.*

4. Iidem nonnunquam diphtongum Græcam *ei* (quæ Latinè in *E.* vel *J.* longum contrahitur) dissolvunt ita, ut *E.* sit longum. *J.* verò breve v. g. *Cythere-i-a Elege i- a* &c. Græci enim hæc scribunt sic: *Cythere-i-a Elege-ia* &c. Latini verò *Ele-gi-a* &c.

Met: 4. *Exigit indicii memorem Cythereia pænam.*
Amor 3. *Flebilis indignos elege i-a solve capillos.*

NOTA, *Idea Andreas, Symphonia, Philosodhia, Etymologia,* & sexcenta alia etsi à Viris doctis penultimâ acutâ efferuntur, Vocalem tamen ante Vocalem perpetuò brevem habent.

2. Ideo diligenter videndum est, quomodò Verba, quæ à Græcis ad nos transeunt, apud ipsos scribantur.

bantur: Nam quæ apud eos per diphtongum ei scribuntur, ea nos modò per I. longum, ut *Nilus*, *Nicomedia*, *Alexandria*, *Basilius*, *bravium*, *Samaria*, *Antiochia*, *latria*, *Politia*, *Iphigenia*: *litaniæ* &c. Modo per *E.* longum, ut *chorea*, *Medea*, *spondeus*, *choreus* &c. scribimus.

Præceptum III. de Diphtongis.

1. Diphtongus longa est in Græcis, atque Latinis.
2. Præ *rape præpositam Vocali, dicque* Præustus.

DIphtongus longa est tam in Græcis, quam in Latinis dictionibus; u, *ÆnEas*, *MelibÆus*, *prÆmium*, *LAUS*.

Eccl: 1. *O MelibOEe, DEus nobis hæc otia fecit.*
Æn: 1. *Miratur molem ÆnEas, magnalia quondam.*

EXCEPTIO.

2. Præpositio *Præ*, cum in compositis Vocalem præcedit, brevis est; ut, *præuro præustus* &c.
Æn: 1. *Stipitibus duris agitur, sudibusque prÆustis.*

NOTA. Sunt qui censent, diphtongum sequente Vocali communem esse: nec authoritas Veterum deest.
Trist: 1. el: 3. *Longior antiquis visa MÆotis hyems.*
Theb: 5. *Præmia; cum vacuus domino prÆiret Arion.*

Præceptum IV. de Positione firma.

Vocalis longa est, 1. si Consona bina sequatur.
2. Aut duplex. 3. aut J. Vocalibus interjectum.

VOcalis ante duas consonantes, 2. vel unam duplicem, 3. vel ante J. sequente alia Vocali ejusdem dictionis longa est *Positione firma*; ut, *tErra prOximus*, *mAjor*.

Æn: 3. *tErra procul vastis colitur Mavortia campis.*
Hor: *Ficta voluptatis causâ sint prOxima veris,*
Æn: 1. *Arma virum tabulæq; & TrOja gAza per undas.*
Eccl: 4. *Sicilides Musæ, paulò mAjora canamus.*

Primum

Primus positionis firmæ modus valet etiam in diversis dictionibus: si nempe altera Consonans fuerit in fine præcedentis, altera in initio dictionis subsequentis, v. g.

Æn: 1. *Obstupuit simul ipse, simul perculsus Achates.*

Æn: 2. *Quidvè ferat, memoret, quæ sit fiducia capto.*

2. At si utraque Consonans, aut duplex fuerit in principio sequentis dictionis, nihil id brevem præcedentis dictionis Vocalem juvat.

Mat: 2. *In solio Phœbus claris lucente smaragdis.*

Æn: 3. *In medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos.*

EXCEPTIONES.

A POSITIONE FIRMA.

EXCEPTIO I. de Positione debili.

1. *Contrahit Orator, variant in carmine Vates,*
Si Mutam Liquidamque simul brevis una præibit.
2. *Ad mutam & liquidam quoties ab origine longa,*
Præcedit, producta manet; ceu mAtris arAtrum.
3. *Utraque Vocalem si Consona juncta sequentem*
Non ferit anteiens, brevis est, velut Obruo *nunquam.*

VOcalis ex natura brevis posita ante Mutam & Liquidám ejusdem dictionis in carmine *Communis* est; in soluta oratione perpetuò corripitur, v. g. *volUcris, tenEbræ.*

Met: 13. *Et primò similis volUcri, mox vera volucris.*

Tria igitur aut quatuor sunt, quæ *Positionem debilem* faciunt. * I. Vocalis ex natura brevis, quam sequatur Muta & Liquida. * II. Ut prius ponatur Muta quàm Liquida. III. Ut tam Muta quàm Liquida ad sequentem Vocalem spectet.

NOTA

NOTA. Vocalis ex natura longa nunquam liquescit, ut *mAtris, arAtrum; simulAcrum.* Cognoscitur autem quantitas Vocalium ex authoritate veterum Poëtarum, & usu.

2. Si muta & Liquida ad sequentem Vocalem non spectet, Positio firma manet; v. g. *Ab luo, Ob-ruo, sUb-levo, Ob-nitor &c.*

3. M. & N. ut supra cap: I. n. 4. diximus, in Græcis tantum, idque rarò liquescunt.

Sil: l. 8. *Ecce inter primas* Teraphæo *à sangvine clausi.*

4. Ex Latinis vocibus unica est *signum*, cujus primam Lucanus corripuit, haud imitandus.

5. Denique voces, quæ à Pueris quibusdam licenter correptæ leguntur, sic carmine complexus est quidam.

Mæstra Progne ac Daphnis atque Cygnus cantando liquescunt,
Et Clytemnestra Teomessa Daphne Teraphæus, Ichneumon
Et Drachma cum Smaragdo Polymnestor Ignosco, Signumque.

EXCEPTIO II. de I simplici.

Quadrijugus rapitur, Bijugus conjungitur illi.
In quibus I. duplex non est, sed Consona simplex.

1. I Inter duas Vocales positum in Compositis, *Bijugus*, & *Quadrijugus*, simplex Consonans est, non duplex, quare meritò in iis præcedens Vocalis brevis est.

Æn. 10: *Interea bIjugis infert se Lucagus albis.*

Geo: 3. *Centum quadrIjugos agitabo ad flumina currus.*

NOTA. Hoc præceptum multi extendunt ad omnia Composita, qualia sunt, *multijugus, multijugis, semijacens, jurejurando,* & si quæ id genus alia inveniuntur, veterum tamen Poëtarum authoritas desideratur.

2. In Compositis ex *Jacio*, modò Simplex I. modò duplex Poëtæ faciunt.

Ænei: 11. *ReJciunt palmas, & equos ad mœnia vertunt.*

Theb. 4. *Tela manu, reJcitque canes in vulnus hiantes.*

3.

3. *Antejacio*, & alia Composita ex *Jacio*, quæ *A* in I non mutant, nusquam apud Latinos legi, proinde Vocalem ante I, brevem in his esse, gratis dicitur.

Præc: V. de Præteritis dissyllabis.

1. *Præterita assumunt primam dissyllaba longam.*
2. *Sto Do Scindo, Fero rapiunt Bibo Fundo priores.*
3. *Abscidit, Abscidit, modulantur utrumque Poëtæ.*

PRæterita dissyllaba habent priorem longam; ut vEni, vIdi, vIci.

Æn: 2. *Venit summa dies & ineluctabile tempus.*

1. *Steti, dedi, scidi, tuli, bibi, fidi* á *findo* corripiunt primam.

Mart: 1. *Aut scidit, & medias fecit sibi littora terras*

3. Compositum *abscidi*, in carmine mediam habet communem.

Luc: 3. *abscidit impulsu ventorum adjuta vetustas*

Id: 1. 2. *abscidit nostræ multum sors invida laudi.*

NOTA. In soluta oratione corripienda videtur media, sicut in simplici *Scidi*.

Præceptum VI. de Præteritis geminantibus primam.

1. *Præteritum geminans primam breviabit utramque,*
Ut, pario peperi: *vetet hoc nisi Consona bina.*
2. *Cædo cecIdit habet longum, sic Pedo secundam.*

CUm prima Syllaba Præteriti geminatur, utrobique brevis est, nisi obstent duæ Consonantes; ut, *cEcIni, tEtIgi, pEpEri.*

Georg: 4. *Tytire tu patulæ cEcIni, sub tegmine fagi.*

2. *Cæcidi* a *Cædo*. *Pepedi* à *Pedo* secundam longam habent.

Juv: sat: 3. *Ebrius ac petulans qui nullum forte cecIdit*

NOTA Quod Priscianus l. 10. affert ex Ennio

- - - - - *virosque valentes.*

ContUdit crudelis hyems &c.

Priscis relinquendum est; ut enim *Tutudi* Simplex utramque habet brevem, ita & Composita *Contudi* *Retudi* &c. se. undam breviant.

Præc: VII. de Supinis dissyllabis.

1. *Cuncta Supina volunt primam dissyllaba longam*
2. *At Reor, & Cieo, Sero, & Ire, Sinoque Linoque, Do, Queo, & orta Ruo breviabunt rite priores.*
3. *A Cio (nam Quartæ est) longum deducito Citum.*
4. Statum *communem primam servare videtur.*

SUpina dissyllaba habent priorem longam; ut *visum motum; visu, motu* &c.

Æn: 6. *Terribiles vIsu formæ lethumque, laborque.*

2. à *Reor, Ratum*, à *Sero, Satum*, à *Do Datum*, à *Cieo* 2dæ, *Citum*. à *Lino, Litum*, ab *Eo, Itum* à *Ruo, Rutum*, à *Queo, Quitum*, à *Sino, Situm*, primam corripiunt,

Æn: 2. *Nos abiisse rAti & vento petiisse Mycænas.*

Argon: *Vulnus & extremâ sonuit cIta cuspide cassis.*

3. *Citum* à *Cio*, 4tæ priorem producit unde *Concitus, Excitus* &c. penultima longa est.

Lucan: 5. *Unde ruunt toto concita pericula mundo.*

4. Supinum *Statum*, priorem videtur habere communem.

NOTA, *Ruo* nunc *ruitum*, olim *rutum* habuit primâ brevi, id mansit in compositis.

Ov: ep; 1. *Diruta sunt aliis, uni mihi Pergama restant.*

Quod in Supino *Statum* primam communem videri diximus, ratio est, quia etsi in derivativo *staturus* & in Compositis *Constaturus, Obstaturus*, prima producatur, unde:

Lucan:

Lucan: 3. *Tunc res immenſo placuit ſtAtura labore.*
Mart: 10. *ConſtAtura fuit Megalenſis purpura centum.*
Theob: 1. *Quæ ſic orſa loqui ſpeſne obſtAtura Pelaſgis*

In plurimis tamen aliis derivatis corripitur, ut in Adjectivo *Status, a, um*, & in Subſtantivo *Status ûs* item in *ſtatuo, ſtatio, ſtatua, ſtabilis, ſtabulum &c.* item in Compoſitis, quæ *A*, in *I*, mutant, ut PræſtItum: ConſtItum.

Faſt: 2. *Hic ſtAtus in cælo multos permanſit in annos.*
Faſt: 1. *Muſa quid à faſtis non ſtAta ſacra petis.*

Præc: VIII. de ſupinis Polyſyllabis.

1. Utum *producunt Polyſyllaba cuncta ſupina.*
2. *De IVI. Præterito ſemper producitur* Itum.
3. *Sed breviabit* Itum *Cognoſco, Agnoſco, Supinum.*
4. *Cætera corripies in* Itum *quæcunque Supina.*

SUpina in Utum polyſyllaba penultimam habent longam: ut *ſolUtum, argUtum &c.*

Æn: 9. *Lumina rara micant, ſomno vinoq; ſolUti.*

Excipiuntur Compoſita ex *Ruo*, ſed de his jã dictũ.

2. Item producuntur in *Itum*, à Præteritis in *Ivi*, per *V.* Conſonantem: ut, *cupivi, cupitum, condivi, conditum* à *Condio 4tæ.*

Triſt: 4. *Exul eram, requieſque mihi non fama petIta eſt,*

3. Ab *Agnovi* tamen & *Cognovi*, ſupina *agnitum cognItum* habent I, breve.

Triſt: 3. *Idq; recens præſtas, nec longô cognItus uſu.*

4. Cætera ſupina in *Itum*, omnia habent penultimam brevem; ut *monItum, credItum, præſtItum &c.*

Æn: 6. *Diſcite juſtitiam monIti, & non temnere Divos.*

Præceptum IX. de Derivatis.

Derivata Patris naturam Verba ſequuntur.

1. MO-

1. *MObilis & fomes, lAterna & rEgula sEdes*
Quanquam orta è brevibus, gaudent producere primâ.
2. *Corripiunt eam Arista, vAdum, sOpor, atque lUcerna*
Nata licet longis: usus te plura docebit.

DErivata sequuntur naturam eorum, à quibus derivantur; ut, *lEgebam, lEge, lEgito, &c* prima brevis est. * At *lEgerem, lEgissem; lEgero, lEgisse &c.* prima longa, quia nascuntur à Præterito *lEgi*, cujus prima longa est.

EXCEPTIONES.

1. Sunt multa, quæ suæ originis naturam non sequuntur, ut, *fomes, lAterna, rEgula, mObilis,* quæ primam habent longam, etsi *fOveo, mOveo, lAteo, rEgo,* à quibus illa derivantur, primam corripiant. * Item *litera à lIno, rEgula à rEgo, mAcero à macer, lex lEgis à lego, rex rEgis, & rEgina à rEgo, sEcius à sEcus, vox vOcis, vOcalis & vOciferor à vOco, hUmo, & hUmanus ab hUmus, nOnus à nOvem, stIpendium à stIps.*

2. Contra *lUcernâ, Arista, sOpor, Odium, vAdum,* primam corripiunt, etsi *Luceo, Areo, Sopio, Vado,* eandem producunt * Item *cUrulis à curru, vitium, à vito, fragor & fragilis à frango, Odium ab odi. bUbulcus à bUbus &c.*

Præceptum X. de Compositione.

Hoc præceptum de posteriore parte Compositionis, duo sequentia de priore agent.
Legem simplicium retinent Composita suorum.
Vocalem licet aut Diphtongum syllaba mutet
1. *Corripit ex* Juro *cum dejEro, pejEro primam.*
2. De Nubo *breviant nu, pronUba & innUba longum,*
3. *Sic nihIlum de* Hilum, *de* Sopio *semisOpitus.*

4.

4. *Connubium contrà sibi nu variabile servat.*
5. *Ex Ivi breviatur Itum, sed ab Ambio longum.*
Ambitum facies 6. *Ambitus Mobile produc:*
Abbrevia Fixum. 7. *breve tantum Inconditus exstat*

COmposita brevitatem ac longitudinem simplicium sequuntur: sic in *perlEgo relEgo &c. E.* antè G. breve est, quia in simplici quoque *lEgo*, corripitur Et hæc quantitas simplicium servatur in Compositis; quamvis Vocalis aut Diphtongus mutetur, sic *concido excido, &c:* à *cAdo*, penultima corripitur sic & *elIgo, selIgo &c.* à *lego*. CONTRA *obEdio, obEdis &c.* (quasi *obaudio*) ab *AUdio: concIdo, excIdo &c.* à *cÆdo; aliido, collIdo &c.* à *lÆdo: exquIro &c.* à *quÆro* eandem producunt.

EXCEPTIONES.

Hæc à simplicibus longis orta corripiuntur. 1. *deJEro, pejEro,* à *jUro*. 2. *pronUba. innUba* à *nUbo*, 4. *nihIlum ab hilum; & semisOpitus* à *sOpio*. 4. *ConnUbium* à *nUbo*, *U.* habet commune. 5. Supinum. *ambitum* longum habet *bi* licet simplex *Itum* *Eo*, *I.* corripiat, 6. hinc *ambitus* Participium habet mediam longam; *ambItus* verò Nomen: eandem corripit. 7. *incondItus* Adjectivum, etsi sæpe videatur duci à *Condio*, nunquam tamen penultimâ longâ reperitur.

Met: *Jussit & ambItæ circumdare littora terræ*
Lucan: l. 1. - - - - - *lethalisque ambItus urbi*
Eccl: 2. *Assiduò veniebat ibi hæc incondIta salus.*

Ubi *incondita* ad querelas, cantus & carmina Corydonis refertur.

NOTA Præter *Connubium*, etiam hæc 2dam syllabam communem habere consentur *corrIgia, suffrAgium, affAtim præpUtium. naufrAgium* & *verEcundus* cum derivatis. Quanquam in hoc ultimo rarissimè corripitur.

Prima verò cômunis censetur in *fErolis* & *GrAdivus*

Præceptum XI de quantitate.
præpositionum in Compositione.

1. Longa A, De, E, Se, Di, 2. præter Dirimo atq; disertus
Atque A præpositionum Græcis, ut Amussus, Amussis.
3. Sit Re breve. 4. at REfert, à Res producito semper
5. Corripe Pro Græcum producito rite Latinum.
6. Contrahe quæ Fundus, Fugio, Neptisque Nepthe posque
Et Festus, Faris, Fateor, Fanumque crearunt:
His Proficisci addes, Properoque, Procella Protervus.
7. Atque Propago Genus: 8. propago protrahe Vitis
9 Propino variat, Procuro. Propago, Profundo.
Corripe Ab. & reliquas, obstet nisi Consona bina.
Quæ sunt, Ad, vel In, Ob, Per, Sub, Super, Anteq; Circū,

A, De, E, Se, Di longæ sunt; ut *Amitto*, *Deduco* *Erumpo*, *Separo*, *Diripio*.

Æn: 1. *Amissos longo socios sermone requirunt.*
Æn: 3. *DEducunt socii naves & littora complent.*
Æn: 2. *Heu fuge nate dea, teque his, ait, Eripe flammis*

2. *Di*, tamen in *dirimo*, *& disertus*, item *A* Græca Præpositio in omnibus Compositis Græcis, ut, *Adamas*, *Adytum*, *Atomus &c.* corripiuntur.

Fast: 1. *Immolat hunc Briareus facta ex Adamante securi*
Æn: 6. *Talibus ex Adyto dictis. Cumæa Sybilla*
Mart: l. 7. *Non tu Pomponi, cœna DIserta tua est.*
Æn: 3. *Cedo deo, dixitque, & prælia voce DIremit.*

3. RE: in Compositis brevis est; ut *refero recedo &c.*

4. Sed *Refert* id est, *interest. RE* producit.

Georg: 2. - *neque enim numero comprehendere refert:*

5. PRO, Præpositio brevis est apud Græcos: ut *Propontis*, *Prothesis*, *Programma*: longa apud Latinos; ut *Proveho*, *Propago &c.*

ut de Pont: 4. *Misit in has si quod longa propontis aquas*
Æn: 3. *PrOvehimur portu: terræq; urbesq; recedunt.*

6. Sed *PRO* corripiunt: *profundus* & cætera ex *fun-*

fundus, *profugio* & cætera ex *fugio*: Item *pronepos*, *proneptis profestus*, *profaris* cum derivatis: Item *profiteor* cum derivatis ut *professor* &c. Item *profanus* cum derivatis, *proficiscor* cum derivatis: *procella* cum derivatis 7. *propago ginis*, cùm significat Genus, *liberos*, *posteros*.

Lucan: l. 6. *Quem prior affatur Pompeij ignava prOpago*

9. Cùm verò *Propago* significat vitem depressam & arcuatam, *Pro* longum est.

Georg: 2. - - - - *pressos prOpaginis arcus*.

9. *Propino*, *procuro*, & *Propago*, *Propagas*, *propagavi*, *propagatum*, primam habent communem At *Profundo* rarissime eandem producit.

Mart: l. 12. - - *Nihil est quod prOpinabis in istis*.
Id: l.. 6. *Nemo prOpinabit Calliodore tibi*.
Fast: *Risit & his, inquit, facito, mea tela procuret*.
En: 6. *Quod superest læti bene gestis corpora rebus prOcurate viri*.

Item Propositiones *Ab* &c. (ut in carmine) corripiuntur, nisi obstet Positio firma, v. g. *ab-eo*, *ad-oro*, *ante-fero*, *circum ago*, *in uro*, *ab eo*, *sub eo*, *super addo*.
Juv: sat: 7. *Circum aget madidas à tempestate cohortes*.

NOTA 1. Præpositiones *A.* & *E.* in *Aperio* & *Equidem* breves sunt * Item *Am*, in *Anhelo* & *Anhelus*, *m*, verso in *n*. * Item *Con*, in *Comedo*: eadem tamen in *Cogo* (quasi *conago*) longa est.

2. *Ob* in *Omitto* & *Operio*, amisso *b* brevis remanet, TRANS amissis *Ns* nihilominus producitur, ut *Tra do*, *Trano* * *DE*, sequente Vocali corripitur; ut *dehisco*, *deinde* &c. Interdum cum illa in unam syllabam coalescit, vide Synæresim infra cap. XI.

In *Propello*, *Procumbo*, *Propulso*, *Propago*, *as*, *avi*, solus Lucretius corripuit *Pro*, tutiùs producas, * *Proserpina* Pro commune, at *Prohibeo*, semper breve habet. * *Profecturus* à *Proficiscor* breve; à *Proficio* longum habet. Ovid: in ep:

Non

Non prOfecturis littora bobus aras.

Præc: XII. de Compositione extra Præpositiones.

1. *A semper brevia compôsti parte priore.*
2. *E quoq; cum I pariter crebrò breviare memēto.*
3. *NEquidquam produc, nEquando, venefica, nEquam,*
NEquaquam, nEquis sociosque: 4. *Videlicet addes.*
5. *Idem masculeum produc, & sIquis, ibIdem.*
Scilicet & bIgæ, tibicen, ubique, quadrIgæ.
BImus tantIdem quidem, 6. *& composita diei.*
7. *Compositi O breviant Græci SamOthracia testis.*
8. *Sed MinOtaurus, pariterque GeOmetra, longum est*
9. *O, Latinum variat, producere namque AliOquin.*
QuandOque, ut Quandoquidem breviare solemus.
10. *U, rape.* 11. *sed geminâ variat resolubile voce.*

SI prior Pars compositionis, quæ Præpositio non sit, A, Vocali terminetur; corripitur; ut, *DecAchordus, hexAmeter, octAphorus: pædagogus, parAnymphus* Mart: l. 22. *Crinitæ, Line pædagoge turbæ.*

Excipiuntur deducta ab Ablativo; ut, *eAtenus, quAtenus, nullatenus, quaquAversum.*

2. Si autem E. vel I. aut Y Vocalibus finiatur, fere brevis est, ut, *nEfas, archEtypus, liquEfacio, tremEfacio, nEque, nEqueo, nEfandns, trEdecim, trEcenti &c.* * *omnipotens, causidicus, tubIcen, PalInurus, PolYdOrus &c.* præcipue composita ex *bi, di: tri*, ut, *bIfidus, biceps, dilemma, DidYmus trIsulcus &c.*
Juv: sat: 3. *Credebant hoc grade nEfas & morte piūdum.*
Geor: 4. - - - *eadamque calor LiquEfacta remittit.*
Æn: 10. *Tum Pater omnIpotens rerū cui summa potestas.*
Mart: *Carpere causIdicus fertur mea carmina, qui sit.*
Lucan: l. 4. *Hos sIquidem solo civilis crimine belli.*

3. Ab E. brevi excipiuntur. *Nequis nequa, nequod* vel *nequid &c.* in carm: Item, *Tre-vir se modius, se-libra* (quod & corripuit Martialis) *Mecum, tecum, secum.*
Æn: *NEqua meis dictis esto mora Jupiter hoc stat.*
Ov: ep: 4. *Barbara narratur venisse venefica tecum.*

4. *Videlicet* quoque E, producit, quia ex *vidEre licet,* factum est.

5. Ab, I, brevi excipiuntur: *ibIdem, ibIque, Idem* Pronomen masculinum (nam neutrum breve est) *bIgæ quadrigæ, sIquis, siqua, siquod,* vel *siquid scIlicet, Ilicet, tibIcen, mellphylion, Trynacria, bInus,* & *bImus, trImus* & *thInus; quadrImus, sIcubi.*

6. *BIduum, trIduum,* & cætera composita ex, *dies,* ut, *merIdies, quotIdie, PrIdie, postrIdie.*
Mart: l. 12. *Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es Idem.*
Georg: 3. *sIcubi magna Jovis antiquo robore quercus.*
Hor: art: *TIbicen, traxitque vagus per pulpita vestem,*
Mart: l. 2. *Si totus tibi trIduo legatur* Phaleuc:
2. Id: l. 2. *Inter tepentes post merIdiem buxus* Scazon,
Terr: Andr: act: 1. *Venit Chremes postrIdie ad me clamitãs* Senar Jamb: in quo, *post:* spondeus est.

7. O, in Græcis dictionibus priorem compositi partem claudens corripitur; ut, *CymOthoe, CarpOphorus, ArgOnauta.*
Mart: l. 1. *Sæcula CarpOphorum Cæsar, si prisca tulissent*
Id. l. 4. *non nautas puto vos, sed ArgOnautas.*

8. Quæ tamen per *omega* scribuntur apud Græcos, longa sunt; ut, *GeOmetra, MinOtaurus, lagopus:* & plura, quibus Latini utuntur, facile invenias.
Æn: 6. *MinOtaurus inest Veneris monumenta nefandæ*
Mart. l. 7. *Si meus aurita gaudet lagOpede Flaccus.*

9. O, in Latinis dictionibus compositis partim producitur; ut, in, *aliOquin, quandOque quandOcunq; intrOduco, retrOduco, retrOgredior, intrOgredior, nOlo:*

i. *nOn volo*, aliisquè, præcipuè quæ O longum ad compositionem adferunt. * Partim corripitur; ut in *quandOquidem hOdie bardOcucullus, duOdenus,*
Horat: *Indignor quandOque bonus dormitat Homerus.*
Prop: l. 1. *QuandOcunque igitur vitā mea fata reposcunt.*
Eccl: 3. *Dicite quandOquidem in molli consedimus herba.*

10. *U.* in prima parte compositionis positum corripitur; ut, *Centuplum cornu-peta. Grajugena, duplum, quadruplum, fraudu-lentus, lutu-lentus, diu-turnus.*
Hor: l. 2. ep: 2. *Hàc rabiosa fugit canis, hàc lutUlenta fugit sus.*
Fast: 6. *Fecerat jam diUturna famem.*

11. Quæ tamen in duas quoque voces resolvi possunt, quin significationem amittant, ambigua sunt: ut, *Genuflecto, manufactus, manu-duco, usu venit,* & similia. In *diutiùs.* secundam produxit Lucretius.

NOTA 1. cum E, in compositione breviari diximus, id de Latinis vocibus debet intelligi; Græca enim ex *Ypsilon*, vel *Ita*, vel diphtongo cognoscuntur; ut, *Archetypus, NerEus, Evander.*

2. *TepEfacio*, & *liquEfacio*, fere semper corripiuntur, quamvis Catullus in Argon: & Ovidius 7. Met: produxerint necessitate metricâ ástricti.

3. In *expergEfacio, patEfacio, patEfio, ArEfacio,* Lucretius solus *e* produxit, apud cæteros Pòëtas hæc brevia ne quidem adhuc legi.

4. Quæ in priore compositionis parte syncopen patiuntur, E. producunt; ut, *AssuEfacio, assuEfio, consuEfio &c.* pro, *assuEscere, facio &c.* Quæ verò descendunt à Verbis 2dæ conjugationis variantur à Pòëtis; ut, *calEfacio, putrEfio, pavEfio, frigEfio, valEdico:* quod interdum & in soluta compositione producitur.

5. *Ubicunque* sæpius habet I. breve, Ovidius tamen produxit. Met: 7. *Servo ubicunque est, &c.*

6.

6. Si I. fixum non ſit, ſed pro genere & caſu mu- tetur, perpetuò longum eſt: ut, *quidam*, *quivis*, *quili- bet*, *tantidem*. Hæc præceptio etiam pro Græcis eſt.

7. *Siquidem* ſemper *ſi* corripit: at cùm disjungi- tur in *ſi* & *quidem* *ſi* longa eſt. Sic & in aliis, quæ componi, & disjungi poſſunt, ut, *aurifodina*, vel *auri fodina* &c.

8. *Ubivis*, *ubilibet* ajunt etiam longum *bi* habe- re quod in *Ubi* anceps ſit ultima Hor: l. 1. Sat: 4. corripit. *Non ubivis, coràmvè quibuslibet.*

9. Martialis l. 8. epigr: 10: in *lucrifecit*, *cri*, produ- xit, aut metri neceſſitate, aut per ſeparationem, *lu- cri fecit*.

10. *ArchItectus*, *matrIcida*, *quotIdianus* melius pri- mam compóſiti partem corripiunt. Priora tria etiam disjuncta producta invenies, metricâ neceſſitate.

11. Ex particulis encliticis ac ſyllabicis, ac Pro- nominibus præcipuè compoſita *mihiq́; ubique*, *ibique*, *utrobique*, *cuique*, *quanticunque*, *qualicunque quantum- vis*, *tantidem*, *ibídem*, *noſtine* &c. primam compoſiti partem producunt.

12. *Quotrjduum* interdum corripitur: in *quotIdi- anus*, *ti*, corripuit Catullus.

13. In *Theophila*, Martialis, l. 7. Omicron pro- duxit metricâ neceſſitate, ne quatuor breves eſſent. Contra Juvenal ſat: 3. in *Geómetres*; omega corripuit aut *e* & o in unam ſyllabam contraxit.

Grammaticus. Rhetor, Geómetres, Pictor, Alyptes.

DE-

DE NOMINUM INCREMENTO SINGULARI.

CAPUT III.

ADMONITIO. *Tria, quæ sequuntur Capita, Incrementis vocum explicandis dabimus, cum ordo postulet, ut post primas syllabas progrediamur ad medias. Quia tamen Tyronibus Incrementorum notitia initio non parùm est difficilis, poterit prudens Magister ante hæc de Incrementis Præcepta, ultimarum syllabarum leges, tanquam faciliores tradere.*

Regulæ generales Incrementorum.

SI Genitivus singularis numeri par fuerit Nominativo syllabarum numerô, nullum erit incrementum; ut, *Musa, musæ; Dominus domini.*

2. Si longior fuerit, tunc signum est incrementum esse, idq; vel unum, seu *simplex*, vel *multiplex*. Incrementa verô numerari debent ab ea syllabâ Genitivi, quæ fuerit ultima in Nominativo, usque ad ultimam ejusdem Genitivi, quæ jam numeranda non est, ut quæ ad terminationes pertinet v. g. *Sermo, sermOnis, sermOni, sermOnem, sermOnibus. ITER, itInEris, itInErIbus &c.*

3. Syllaba porrò quæ in Genitivo aliove càsu accrescit, in omnibus deinceps sequentibus utriusque numeri Casibus Genitivi alteriùsve casûs in quo cæpit accrescere, quantitatem servat.

4. Excipitur Dativus & Ablativus, *bObus*, in quo O longum est, etsi in Genitivo singulari, *bOvis*, breve fuerit.

Regu-

Regulæ ſpeciales Incrementorum.

Incrementa ſingularia nominum primæ & ſecundæ Declinationis.

1. Caſibûs obliquîs vix creſcit Prima. 2. Secunda Corripit incrementa, 3: tamen producit Iberi.

A Incrementum ſingulare primæ declinat: nullum eſt, niſi apud Pöetas, à quibus, ſi quando uſurpetur, producitur; ut, *aulAi.*

Æn: 3. *aulAi in medio libabant pocula Bacchi.*

2. Incrementa 2dæ declinationis cujuſcunque terminationis ſint, corripiuntur; ut, *miſer, miſEri; vir, vIri: ſatur, ſatUri.*

Æn: 1. *non ignara mali miſEris ſuccurrere diſco.*

Ibid: *arma vIrùmq; cano, Trojæ qui primus ab oris.*

Pers: ſat: 1. - - - - *inter pocula quærunt.*
Romulidæ ſaturi, quid dia poëmata narrent.

3. *Iber, IbEri,* & ex eo Compoſitum *Celtiber, CeltibEri* Penultimam habent longam.

Lucan: 4. *interea domitis Cæſar remeabat IbEris.*

Mart: l. 1. *vir CeltibEris non tacende gentibus.*

Incrementa in A tertiæ declinationis.

Nominis A creſcens, quod flectit tertia longum eſt.
1. Maſcula corripias al & ar *finita. 2. ſimulque.*
PAR *cum Compoſitis. 3. Hepar cum Nectare, Bacchar,*
Cum Vade Mas & Anas *4. queis junge Laremq; Iubarque*
5. A quoque & AS, Græcum breve poſtulat incrementum.
6. S. quoque finitum, ſi Conſona præit: 7. & Anthrax.
Arctophylax, Fax, atque Corax Smilàxve, Styràxve.
Et Climax & Abax. 8. variat Myſtaxque Syphaxque.

A Incrementum ſingulare 3tiæ declinationis longum eſt; ut, *Pax PAcis, pietas pietAtis, calcar calcAris, Titan Titanis &c.*

Æn:

Æn: 7. *pars mihi pAcis erit dextram tetigisse tyranni.*
Æn: 6. *seu spumantis equi foderet calcAribus armos.*

EXCEPTIONES.

1. Corripe masculina in *AL*, & *AR*, ut *Sal*, *Annibal*, *Cæsar*, *Amilcar* &c. * 2. Item *Par*, & Composita *Compar*, *Dispar* &c. * 3. Item *Hepar*, *Nectar*, *Bacchar*, *Vas vadis*, *Mas maris*, *Anas anatis*. 4. Item *Lar*, *Jubar*. * 5. Item Græca neutra in *A*, vel in *As*, ut *Poëma*, *Pallas*, &c. 6. Item S. finita præcedente Consonante, ut *Trabs Arabs*, *Lælaps* &c. * Item *Antrax* &c. ut in carmine. * 8. *Mustax*, seu *Mystax*, apud Græcos *A*, crescens corripit, apud Latinos producit. Cnapius ex Gretsero. *Syphax* ab Ovid: 4. Fast: producitur, à Claudiano corripitur, malim producere.

NOTA, *Phylax*, *Dropax*, & cætera Latinis inusitata omisimus. In *Arctophylace* Manil: l. 1. produxit *LA*, sed necessitate coactus. *Nycticorax* Compositum breviat A, ut simplex *Corax*.

Incrementa Tertiæ declinat: finita in E.

1. *E. crescens numero breviabit Tertia primò.*
2. *Verum protrahitur Genitivus in Enis.* 3. *Iberes, Ver, locuples, hæres merces, requiesque, quiesque, Lex, vervex, halex, seps, plebs, rex, insuper alex.*
4. *EL peregrinum:* 5. *ER ES Græcum*, 6. *æthere & äere demptis.*

E, Incrementum singulare tertiæ declinationis breve est; ut *grex*, *rex*, *degener*, *pulvis fumus*, *teres*.
2. Excipe Genitivum in *enis*, ut *Ren*, *renis*; *Siren*, *sirenis*.

3. Item *Iberes*, nomen plurale Propriùm populi &c. in carmine.

4. Item peregrina in *El*, ut *Michael*. *Daniel*.

5. Item Græca in *Er*, aut *Es*, ut, *luter*, *crater*, *soter*, *tapes*, *lebes*, *Ganges*.

6. *Aer*: temen & *Æther*, excipiuntur à Græcis in Er.

Georg:

Geor: 1. *VEre novò canis gelidus cum montibus humor*
Æn: 1. *CratEras magnos statuunt & vina coronant,*
Liv: 1. *Ramnes aggreditur, qui forte tapEtibus altis.*
Juv: sat: 10 *Vervecum in patria crassóque sub äere nasci.*

NOTA Lelex igis, nomen Gentile, item aquilex, fortilex & similia crescunt E brevi, quia à Lego, non à Lex, componuntur.

Incrementa Tertiæ declin: in I. vel Y.

Corripiet pariter crescens I. Tertia primo.
In numero, 1. *at Græcum Patrium producit in Inis.*
2. *Gryps, vibex, Nesis, lis, dis Samnisq; Quirisque.*
3. *R ctus in ix, aut yx, Patrium producit in Icis.*
4. *Abbreviato larix, histrix cum fornice narix.*
Coxendix Chœnixque, Cilix, natrixque, calixque,
Atque ca yx, & Eryx, nix pix quod; splixque silexque,
Vix & oryx cum composito. 5. *sit Bebrycis anceps.*
6. *Sed brevibus junges, in gis, cum Patrius exit.*
7. *Coccyx coccygis, Mastix mastigis amabit.*

I vel Y. Incrementum singulare tertiæ declinationis breve est; ut, *Stips, stipis; pollex pollicis:* sic, *chlamys, chalybs, ordo, pugil, carmen, cespes, fungus.* Fast: 1. *dic, inquam, parvâ cur stipe quæris opes?*

EXCEPTIONES.

1. Genitivus in *Inis* vel *Ynis* à Græcis nominibus penultimam producit, ut, *Delphin, inis, Salamis, inis &c.*

2. Item *Gryps gryphis, Nesis Nesidis, lis litis, dis ditis, glis, gliris: glis, glitis: Samnis, samnitis. Quiris Quiritis,* cujus tamen Plurale usitatius; *Quirites.*
Ecl: 8. *Orpheus in sylvis, inter delphinas Arion.*
Æn: 8. *Laomedoniadem Priamum Salamina petentem,*
Pers: sat: 4. *Si puteal multa cautus vibice flagellas.*
Æn: 6. *Noctes atque dies patet atri janua ditis.*

3. Nomina *ix*, vel *yx*, syllaba finita penultimam genitivi habent longam ut, *Felicis, bombycis, sandicis, cervicis, nutricis &c.*

Æn: 3. *Vivite felices, quibus est fortuna peracta.*

Excipiuntur: *vix vicis, onyx onychis* cum composito *sardonyx, natrix*, Serpentis genus &c. in carm: quæ communem regulam sequuntur.

Lucan: l. 2. *Armenios, Cilicasq, feros, Parthosque subegi*

Id: l. 3. *Nunc pice nunc liquida rapuere incendia cera.*

6. v. g. *Styx, Phryx, oryx &c.*

NOTA In *David Davidis*, *VI.* corripiendum esset, vulgi consuetudo producit.

Incrementum in O. 3tiæ declin:

1. *O Crescens numero producimus usque priore.*
2. *O parvum in Græcis brevia, producito magnum.*
3. *Ægon O crescens, Orion variabit utrumque.*
4. *Corripitur genitivus oris, quem Neutra dedere,*
5. *Os oris, Mediique Gradus neutralia produc,*
   Ut Melius, 6 brevibus dabitur Memor, Immemor Arbor.
   Et Lepus, & Composita ex Pus, Bos, Compos & Impos
7. *Adde his Cappadocē, Allobrogē cum Præcoce, Scrobs, Ops*
   Et reliquis, finale quibus S. Consona præit.
8. *Sed produc Cercops, Hydrops, Cyclopsque, Myopsque.*
   Queis Ægilogem scopem annumerare memento.

O, Incrementum singulare 3tiæ declinationis in 9 Latinis vocibus longum est; ut in *sol, sermo, vox &c.*

Met: 2. *Regia sOlis erat sublimibus alta columnis.*

2. Græca si habent Omicron, corripiuntur, ut *Philemon, Palæmon, Agamemnon, Jason, Amazon, Sindon, Pepo, Macedo.*

Æn: 11. *Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis.*

Quæ vero per Omega scribuntur, longa sunt; ut, *agon, Solon, Lacon, spado, mango &c.*

Stat:

Stat: The: 6. *Tandem inspiratus Mida de plebe LacOnum*

3. *Ægon:* & *Orion*, accrescens O commune habet *Orion*, vero etiam primum O ante *ri*, & ipsum *ri* ubique variat:

4. Genitivus in *oris* á nominibus Græcis, & Latinis neutris, penultimam habet brevem, ut, *Nestor*, *marmor*, *ebur*, *corpus* &c.

5. Præter *Os oris*: & Comparativa neutra: ut *hoc Melius*, *melioris* &c.

6. Breve quoque O crescens habent: *memor*, *immemor*, *arbor*, *arbos*, *lepus*, & composita ex Græco *pus*, *podos*, ut, *tripus*, *tripodos* &c.

7. Item *Cappadox Allobrox*: *præcox* & omnia *S*. finita, quæ habent Consonantem ante *S* ut, *ops*, *opis scrobs*, *scrobis*, *ÆthiOpis*. *DolOpis*, *SterOpis*, *merOpis*,

8. Excipe *Cercops* &c. ut in carm:

Mart: l. 9. *CappadOcum sævis Antistius occidit oris.*
Æn: 2. *Hic DolOpum manus, hic sævus tendebat Achilles.*
Met: 12. *Qui licet eloquio fidum quoque Nestora vincat*
Met: 1. *Tela reponuntur manibus fabricata CyclOpum.*

NOTA Britones Lingones, *Pictones*, *Saxones Senones*; *Teutones* seu *Teutoni*, *Vangiones Vascones* & similia Gentilia, á *Brito*, *Saxo* &c. O incrementum corripiunt, perinde ac si Græca essent, & omicron haberent. Præter *Burgundiones* & *Vectones* quibus addunt quidam *Axones* ita enim legere malunt juxta illud. Lucani l. 1. *Et Biturix longisque leves Axones in armis*, quàm *Saxones*.

Incrementum Tertiæ decl: in U.

1. *U. brevia incrementa feret.* 2. *sed casus in Udis. Uris, & Utis, ab US Recto producitur: & Fur. Lux, Frux,* 3. *sed brevia Intercusque. Pecusq: Ligusq:*

U, Incrementum tertiæ declinationis breve est, ut, *Murmur*, *furfur*, *turtur*, *trux*, *dux*, *redux*, *r adu x*.

Lucan: l. 5. *sic alterna dUces bellorum vulnera passos*,

2. Interrogandi Casus, in *Udis, Uris,* & *Utis* à nominibus in Us, penultimam habent longam ut *Palus, paludis; Tellus, telluris! Virtus, virtutis.* Item *Fur, furis: Lux lucis; Pollux, Pollucis,* & *frugis* à Nominativo *Frux*, inusitato.

Eccl: 3. *quid domini facient, audent si talia fUres?*

Tibull: 2. *LUce sacrâ requiescat humus, requiescat arator.*

3. Corripitur verò *Intercus interclUdis: pecus pecUdis, Ligus* vel *Ligur; LigUris.*

DE NOMINUM INCREMENTO PLURALI CAPUT IV.

Quid sit Incrementum Plurale?

PEnultima Genitivi vel Dativi pluralis numeri dicitur incrementum plurale, cum uterque casus longior est Nominativo pluralis numeri: ut *Musæ Musarum; ambo amborum ambObus; qui, quOrum, quibus; res, rErum, rEbus.*

A. E. I. O. U.

1. *Pluralis casus si crescit, protrahit A, E,*
Atque O, 2. *corripies I, U,* 3. *verum excipe bUbus.*

A, *E, O,* incrementa multitudinis longa sunt; ut, *quArum hArum, ambAbus: rErum, rEbus; hOrum quOrum.*

Eccl: 5. *cum tamen à turba rErum requieveris hArum.*

Æn: 2. *at Capys & quOrum melior sententia menti.*

2. *I.* & *U,* incrementa multitudinis corripiuntur; ut, *quibus, tribus, montibus, lacUbus, verUbus.*

Eccl: 5. *Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas:*

Æst: 4. *Præmia de lacubus proxima musta tuis.*

3. Verum *bUbus* à *bos* producitur.

DE

DE VERBORUM INCREMENTO
CAPUT V.

Quid ſint Incrementa Verborum?

SEcunda Perſona ſingularis Modi indicativi norma eſt, ad quam Verborum incrementa diriguntur, huic ſi in cæteris Perſonis (prima ſingularis numeri ſemper excepta) Verbum æquale ſit, nullum erit incrementum; ut *amat amant*. Sin longius ſit unâ ſyllabâ, unum habebit incrementum ut, *amAmus*, *amAtis*, idq; in penultima ſyllaba, nam ultima ad terminationum leges ſpectat. Si duabus norma ſuperetur, duo erunt incrementa; ut *amAbImus amAbItis*. Si tribûs tria: ut *amAvErImus*, *amAvErItIs*. Si denique quaternis, totidem erunt incrementa; ut *audIEbAmIni*, *fulcIEbAmIni*. Ab illa enim ſyllaba numerari incrementa incipiunt, quæ in norma, ſecunda ſcilicet perſona, fuit ultima

2. Verbis Deponentibus & Communibus fingenda eſt vox activa, ad quam Verborum Incrementa dirigantur.

3. Ultima ſyllaba, ut diximus, nunquam eſt incrementum, prima verò eſt, ſi norma ipſa ſit monoſyllaba; ut, *das*, *fles*: *dAmus*, *dAtis*, *dAre*, *flEbam*, *flEbas*, *flEtis*, *&c.*

Præc: I. de Incrementis in A. & E,

1. *A creſcens produc.* 2. *DO incrementum excipe primũ.*
3. *E quoque producunt Verba increſcentia;* 4. *verùm*
E ante R rapiunt Ternæ, duo Tempora prima.
Et Volo vis; *ubicunque per E, L, ſimplice, creſcit,*
5. *IN* Reris, *vel* rere, *datur penultima longis.*

6. Sit

6. *Sit brevis E, quando ram, rim, ro, adjuncta sequuntur.*
7. *Et beris atque Bere semper breviato futuri*
Temporis, in Verbis, quæ Prima Secundave flectit.
8. *Corripit interdum* stetErunt, dedEruntq; *Poeta.*

A in omni verborum incremento producitur; ut *stAbam, stAre, properAmus, docebAmus, legebAmus audiebAmini.*

Met: 10. *serius aut citius metam properAmus ad unam.*
Æn: 2. *Trojaq; nunc stares. Priamiq; arx alta maneres.*

2. Excipitur primum duntaxat in *dA*, incrementum verbi *do*, quod breve est etiam in Compositis primæ conjugationis; ut, *dAmus, dAtis, dAbamus, circumdAmus circumdAbamus &c.*

Æn: 2. *his lachrymis vitam dAmus, & miserescimus ultro.*
Met: 1. *jussit & ambitæ circumdAre littora terræ.*

RedundAmus vero *redundAbo, redundAre, &c.* longa sunt; non enim fiunt à *Do, das dedi*, sed ab *undo, as avi*, Sic etiam, *abundare, exundare, inundare.*

E, quoque in omnibus verborum incrementis producitur ut, *flEbam rEbar, docErem, legErunt.*
Æn: 6. *sic equidem ducEbam animo rEbarq; futurum.*

4. Verùm *E*, ante *R*, breve est in primo incremento Præsentis & Imperfecti 3tiæ conjugationis, ut, *cognoscErem, legErem legEremus, legEris, v. legEre* præsens Indicativi (nam *legEris* in Futuro longum est) Breve item est *E*, in *vElim, vElis*, & cæteris à *volo vis:* ubicunque non obstat duplex L.

5. Finita tamen in *Reris, v. Rere* producunt *E*, ante *R*, in penultima; ut, *loquerEris, loquerEre &c.*
Trist: 1. *Ut neque respiceres, nec solarEre jacentem,*
Dure nec exequias prosequerEre meas.
Æn: 5. *Seu dextrâ lEvaque vElis occurrere pugnâ.*

6. E, ante *Ram, rim, ro,* semper corripitur; ut, *amavEram, amavErim, amavEro: fecEram fecErim, fecEro: Eram, fuEram, fuEro* De cæteris personis

idem

idem esto judicium, ut, *amavErim*, *amAvErimus &c.* Metam 3. *fecErat exiguas jam sol altissimus umbras.*

7. *Beris* & *bere* semper corripitur; ut, *celebrabEris*, v. *celebrabEre*: *mordebEris*, v. *mordebEre*. Id tamen intelligendum de solis Futuris 1mæ & 2dæ conjugationis: nam 3tiæ conjugationisis Verba *Bo* finita, *beris* & *bere* in futuro producunt; ut *scribEris*, v. *scribere &c.*

Trist. 2. *Tu, cave, defendas; quamvis mordebEre dictis.*

3. Pòétæ in Præterito Indicativi E, ante *runt* interdum corripiunt suo jure

Æn. 2. *Obstupuit, steteruntque comæ, vox faucibus hæsit.*

Tibull: 2. *Nec cithara, intonsæ profuEruntve comæ.*

Præc: II. de Increm: in I, O, & U.

1. *Corripit I crescens Verbum.* 2. *quod habetur ab ivi,*
Et quovis quartæ incremento I, protrahe primum,
Excepto Potior, *breviant quod sæpe Pòétæ.*
3. *Præteriti sed* imus *breviato.* 4. *deme Velimus,*
Nolimus, Simus: quæve hinc Composita dabuntur.
5. *RI, Conjunctivi possunt variare Pòétæ.*
6. *Perpetuò O produc:* 7. *sed, vis, volo, demito semper.*
8. *U rapias.* 9. *poscunt longum U, infinita futura.*

I in quovis Verborum incremento corripitur, ut, *LinquImus*, *inquImus*, *amabImus*.

Æn: 3. *Linquimus. Ortygiæ portus, pelagôq; volamus*

Hor: *Communi sensu planè caret, inquImus eheu*

2. In Præteritis desinentibus in *ivi* ut, *petIvi audivi*; item in primo quovis incremento quartæ conjugationis, ut *audImus*, *audIrem*, *audIverimus* Item, *ablvissem*, *venimus*, *reperImus*, *&c.* I longum est.

Æn: 2. *Cessi, & sublatô montem genitore petivi.*

Æn: 6. *Tu, ne cede malis, sed contra audentior Ito.*

Æn: 3. *Jungimus hospitio dextras, & tecta subimus.*

Exei-

Excipe *Potior*, cujus primum *I*, crescens Pöétæ sæpe corripiunt.

Æn: 1. - - *Polydorum obtruncat & aurô - - Vi potitur.*
Ovid: - - - - *Nos te potIremur Achille.*

3. Prima tamen pluralis Præteritorum etiam 4tæ conjugationis finita in *Imus*, corripit *I*. penultimum. hinc in præsenti dicitur: *venimus, advenimus, reperimus &c.* penultimâ longâ: at in præterito, *venimus, advenimus, reperimus &c.* penultimâ brevi.

Æn: 1. *Non nos aut Lybicos ferro populare Penates.*
Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.

4. Longum *I* habent, *nollto, nollte, nollmus, nolltis, vellmus, velltis, slmus, sltis,* & Composita ut *posslmus, proslmus adslmus, posslItis &c.*

Met: 1. *Et documenta damus, quâ simus origine nati.*

5. Tempora Conjunctivi modi, syllabis, *rimus ritis*, finita, habent in carmine penultimam communem.

Ecl: 5. *Et maris Ionii transieRItis aquas.*
Ib: *Consulis, ut lumen contigeritis, erit.*
Ibid: *Hæc ubi dixeRItis, servet sua dona, rogate.*

O, in Verborum incrementis semper producitur ut *facitOte, amatOte, legitOte.*

Met: 9. *Cumq; loqui poterit, matrem facitOte, salutet.*

7. O, tamen in incrementis verbi *Volo vis*, corripitur; ut, *vOlam; vOlet, vOlemus &c.*

Æn: 3 *Ipsa canat, vocemq; vOlens atque ora resolvat.*

U, verò corripitur; ut, *sUmus, possUmus, nolUmus.*

Met: 1. *Nos numerus sUmus & fruges consumere nati.*

9. *U*, ante *Rum*, in futuris Infinitivi semper est longum: sic & in Participiis in *Rus*, ut, *amatUrum, peritUrum; amatUrus &c.*

Æn: 2 *Et se se medium injecit moritUrus in agmen.*

NOTA In *Rimus*, & *Ritis* Conjunctivi, *Ri* in carmine secure produces, vel corripies, nixus authoritate

Pöé-

Pòëtarum in utramque partem, sed extra carmen idem *Ri* semper corripies, id enim nunc eruditorum omnium usus postulat, quidquid obstrepant litigantes Grammatici.

DE ULTIMIS SYLLABIS.
CAPUT VI.

SYllabæ quæ ultimum locum tenent, partim *Positione, ut, prudEns velOx:* partim *diphtongo* ut, *Musæ;* partim cognoscuntur privatis præceptionibus, de quibus nunc.

A, in fine.

1. *A finita dato longis.* 2. *Ita Postea deme,*
Eja, Quia & casus omnes. 3. *Sed protrahe sextum.*
4. *Productis Græcos casus adjunge Vocandi.*

A finita longa sunt: ut, *amA, ultrA, antεA, trigintA, quadragintA.*

Æn: 10. *Ænea, vigilA, & velis immitte rudentes.*
Æn: 1. *Æolus hæc contrA, tuus o Regina quid optat.*
Æn: 10. *trigintA, capitum fœtus enixa jacebit.*

2. Corripe *itA, postεA, ejA, quiA;* item casus omnes in *A*, ut, *anchorA, velA, &c.*

Æn: 11. *Non itA me expertus Bitias & Pandarus ingens.*
Æn: 3. *Tendunt velA noti fugimus spumantibus undis.*

3. Sed produc omnes Ablativos in *A*, ut, *prorâ.*

4. & Vocativos Græcos; o *Ænea!* o *Atla!* o *Calcha!* o *Palla!*

Æn: 6. *Anchora de prorA jacitur, stant littore puppes.*
Ibid: *Quid miserum ÆneA laceras? jam parce sepulto.*
Æn: 11. *Non hæc, o PallA dederas promissa Parenti.*

NO-

NOTA, *Contra*, *frustra*, *Puta*, *Triginta*, *Quadraginta*, *Quinquaginta*, *Sexaginta*, *Nonaginta*, *Alleluja*, rarissimè correpta invenias, nec tutò imiteris. II. Veteres Latini Græca in *As* & *Es* per *A*, efferebant, vide l. 1. c. 7. Ideo Horat: l. 2. sat: 3 & alii *A* in Vocativo Græco corripiunt, id tamen rarum:

E, in fine.

1. *Corripe E*, 2. *sed Primæ Quintæque vocabula produc.*
Atque Fame, Cete, Tempe, Fermeque Fereque,
Imperiique Modum, quem dant tibi Verba secundæ.
3. *At, cave, commune est* 4. *monosyllaba protrahe, præter*
Encliticas ac syllabicas. 5. *Bene cum Malè demptis,*
Cætera produces Adverbia cuncta secundæ.

E, litera finita corripiuntur, ut, *natE*, *fugE*, *ponE*, *pœnE*, *nempE*.

Æn: 2. *Heu fugE, natE dea, teq; his, ait, eripE flammis.*
Mart: l. 9. *LegE nimis durâ convivam scribere versus,*
Cogis Stella licet scriberE, nempE, malos.

2. Producunt E omnia Primæ & Quintæ declinationis; ut, *Anchisiades*, o *AnchisiadE*, *CalliopE*, *diE* & quæ inde oriuntur, ut *quarE*, *hodiE* quibus adde, *ohE* &c. in carmine. Item Verba Imperativi numeri singul: 2dæ conjug: v. g. *vidE*, *habE*.

Æn: 6. *Tres AnchisiadE, facilis descensus Averni.*
Æn: 9. *Vos o CalliopE, precor, aspirate canenti.*
Mar: l. 10. *Non venias quarE tam longo tempore Romam.*
Juv: 5. *Nulla ferE causa est in qua non fœmina lites*
Hor: Ec: 3. *Vade, vidE cave ne titubes mandataque fingas.*
Martial: *Quæ tua sunt, tibi habE, quæ mea, redde mihi.*

3 *CavE*, Commune est: quanquam sæpiùs corripitur.
Trist: 1. *Tu CavE defendas, quamvis mordebere dictis.*
Met: 2. *Nate cavE, dum resque sinit, tua corrige nota.*

4. Sunt etiam longa monosyllaba: ut, *me*, *te*, *se*, exceptis Conjunctionibus encliticis *què*, *vè*, *nè*; & Syllabicis *pte*, *ce*, *te*, ut, *suaptè*, *hucce*, *tutè*.

5. Lon-

5. Longa præterea sunt Adverbia à Nominibus 2dæ decl: ut, *placidE*, *valdE*, (quasi *validè*,) *minimE*, *summE &c.* præter *bene* & *malE*.
Mart: l. 9. *Excipe solicitos placidE, mea dona, libellos.*
Id: l. 2. *Nil: bene cum facias, facis attamen omnia bellè*

NOTA, 1. *Facilè*, *suavè dulcè*, *sublimè* & alia à nominibus 3tiæ decl; profecta Adverbia E, corripiunt.
Ecl: 9. *Cantantes sublimE ferent ad sidera cygni.*
Ecl: 4. *Ipse sed in pratis acies jam suavE rubenti,*

2. Græca in *Es* de quibus supra (pag: 209. n. 6.) per 3tiam decl: Latinorum *E*, corripiunt per 1mam Græcorum producunt.
Val: Flac: l. 6. *Insignis, manicis insignis acinacE dextro.*
Mart: l. 9. *AlcidE, Latino nunc agnoscente tonanti.*

3. *Vide*, cum per se ponitur, raró corripit E, cum additur sis, sæpissimè.
Pers: sat: 1. *Auriculas vidEsis, ne majorem tibi forte.*

4. *RespondE* & si quæ sunt alia ejusmodi, cum *E*, brevi invenies, olim per 3tiam *Respondo* &c. declinata conjicies, In *Vale*, corripuit *E*, Ovidius.

I, in fine.

1. I. *Latium longis.* 2. *Nisi cum Quasi Græcaque curtis*
Annumera 3. *Variato Mihique, Sibique Tibique.*
4. *Corripies* Ibi, Ubi, *melius, dissylabon &* Cui.

LAtina, I. Vocali terminata longa sunt; ut *classI. fieri.*
Æn: 6. *Sic fatur lacrymans classIq; immittit habenas.*
Mart: l. 8. *Quam vellem fieri meus libellus.*

2. Corripe *Nisi Quasi* & Græca, quæ in I. vel Y. exeunt; ut *PalladI*, *DaphnI*, *MolY*.
de Pont 4. *Quid nisI pierides solati a frigida restant.*
Ecl: 9. *Insere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes.*
Met: 4. *MolY vocant superi nigra radice tenetur.*

3. *Mihi. Tibi, Sibi*, ultimam habent communem

4. *Ibi*,

4. *Ibi, Ubi*, (*Cui* cum diſſyllabum eſt) frequentiùs corripiuntur. *Necubi Sicubi Sicuti*, ſemper correpta inveniuntur.

Æn: 1. *Poſt mihI non ſimili pœnâ commiſſa luetis*
Ecl: 10. *Extremum hinc Arethuſa mihI concede labori*
Mart: l. 1. *Sed norunt cuI ſerviant leones.*
Id: l. 7. *Me legit omnis ibI ſenior, juveniſq; puerq;*

NOTA *Quaſi* à Lucretio: *Niſi*, à Ruto producitur.

2. Græca primæ decl: ut, *Pylades, Oreſtes &c.* cum ad tertiam Latinam tranſeunt *I* producunt.

Mart: *Teque facis PyladI Calliodore parem.*

O, in fine.

1. *O datur ambiguis*, 2. *Græca & Monoſyllaba produc.*
Et pro cauſa ERGO *& Ternum Sextumq; Secundæ*
Atque Adeo atque Ideo atque Adverbia Nomine nata
3. *Sed Cito corripies Modoq; & ſcio; Neſcio, & Imò.*
Et Clio, 4. *ſit varium Sero & Verò* 5. *Illico curtum eſt.*

O finita ambigua ſunt: ut, *Nolo, ambo, quando* &c. Mart: l. 5. *volO mihi ponas rhombum, nullumq; bilibrē - - - nolO boletos, oſtrea nolO tace.*

2. Excipe Græca, quæ habent omega: ut *Androgeo, Atho Clio &c.* Item mono ſyllaba: in o, ut, *do ſto &c.* item *Ergo* pro *Cauſâ* & Dativos ac Ablativos 2dæ decl: item *Adeo, ideo*, & Adverbia à Nominibus orta, ut, *ſubitò meritò multò.*

Æn: 2. *O lux Dardaniæ ſpes O fidiſſima Teucrûm.*
Ibid: *Invadunt urbem ſomnO vinOque ſepultam.*
Mart: l. 5. *Tam ſubitò corvus, qui modò cygnus eras &c.*

Reliqua clara ſunt in carmine.

U, B, D, T, C, L, M, N, In fine.

1. *U, ſemper produc:* 2. *B, D, T, corripe ſemper.*
3. *C, longum* 4. *variū* Hic *Pronomen* 5. *corripe* Donec
Et Nec: 6. Fac: *pariter malunt breviare Pöëtæ.*
7. *L. rape:* 8. *ſed produc* ſal, nil, ſol, *multaque Hebræa*

9. *M. vorat Eclipsis Prisci breviare solebant.*
10. *N. longum est Græcis pariter pariterque Latinis.*
11. *N. brevia, quod* In is *breve dat; cui Græca secundæ Jungimus & Quartum, si sit brevis ultima Recti,*
12. *Forsitan, In, forsan, tamen An, Viden? adjice curtis.*

U finita longa sunt: ut *manu cornu.*
9 Ænæ: 2. *Telà nanU miseri jaciebant irrita Teucri.*
2. B, D, T, in fine corripiuntur; ut *ab, quid, audit.*
Æn: 8. *Tum pater Æneas puppi sic fatur aB alta.*
Æn: 2. *QuidquiD iD est, timeo, Danaos & dona ferentes.*
Æn: 8. *AuduT & Triviæ longè lacus, audiiT omnis.*

C in fine longum est, ut *sic, hoc, hic,* Adverbium
9 Æn: 5. *SIC oculos, siC illa manus, sic ora ferebat.*
Æn: 3. *Classibus hic locus, hiC acie certare solebant.*
4. Promonen, *Hic* est anceps, 5. 6. clara sunt.
Æn: 6. *Hic vir hic est, tibi quem promitti sæpius audis*
Æn: 9. *Est hiC, est animus lucis contemptor, & istum.*
Trist: 1. *DoneC eris felix multos numerabis amicos.*
Ib: *Parve, neC invideo, sine me liber ibis in Urbem.*
Fast: 1. *Iane Fac æternos pacem pacisq; ministros.*

L finita brevia sunt; ut *Asdrubal semel vigil.*
Sil: l. 1. *Vertit tergacitùs, damnatis Asdrubal ausis*
Hor: *Quo semel est imbuta recens, servabit odorem.*
8. *Sal: Nil: sol.* item Hebræa pleraque; ut *Nabal, Daniel Saul* longa sunt.
Mart: *NIL aliud video, quo Te, credamus amicum.*
Met: 2. *Ulteriùs spatium medio soL altus habebat.*

M finita priscis temporibus corripiebantur; nunc
9 à sequente vocali absorbentur exceptis compositis.
Æne: 10. *Insignita fere tum millia milituM octo.*
Jun: *Quo te circuM agas, quæ prima aut ultima ponas.*

N finita longa sunt; ut *sin. Titan, Siren Actæon.*
9 Æn: 1. *SiN absumpta salus, & te pater optime Teucrum.*
Lucan: l. 1. *Inde venit TitaN, nox ubi sidera condit.*

11. Excipiuntur Nomina desinentia in *En*, quæ habent Genitivum in *Inis* incrementò brevi; ut *limen*, *flumen*, *numen*, &c. Item Græca in *On*, secundæ decl: quæ Latinis desinunt in *Um* ut *Ilion scholion* &c. Item omnes Accusativi Græci in *N*, qui à Nominativis ultimam brevem habentibus proveniunt; ut *Majan Æginan*, *Ityn*, *Scorpion*.

Fast: 2. *NomeN Arionium Siculas impleverat urbes.*

Theb: 7. *Namque ferunt raptam patrisÆginan ab undis*,

Æn: 2. *Forsitan & Priami fuerit, quæ fata requiras.*

Theb: 3. *Ipsa dedi, viden, ut jugulo consumpserit ensem?*

NOTA *Nil* monosyllabum longum est, ut diximus: at *nihil* breve: Ovid; in eodem carmine & producit & breviat nihil.

de Pont: l. 1. *Morte nihiL opus est, nihiL Icariotide telâ.*

2. *Baal*, *Nabal*, *Michol*, *Abigail*, melius corripias.

3. Composita ex *ne* enclitica, cum per Apocopen amittunt *E*, variari posse insignes Authores docent, præter monosyllaba *Men' tun' scin'* &c.

4. *Tethyn* produxit Martialis l. 10. & Silius 5. *Palæmon aëdon* &c. quæ apud Græcos Genitivum in *onos* per omicron habent, corripiunt *N*.

R. As, Es, in fine.

1. *R breve* 2. *sed longū, Fur, Par cum pignore Lar, Nar, Cur, Far cum Græcis, quibus est Genitivus in Eris,*
Addito Iber 3. *sed cor meliùs breve* 3. *Celtiber anceps*
5. *AS produc* 6. *quartum Græcorum Tertia casum.*
Corripit, & Rectum; si in ADIS *breve Patrius exit.*
7. *ES quoque produces* 8. *breviat sed tertia Rectum.*
Cum Patrii brevis est crescens penultima. 9. *Pes hinc*
Excipitur, Paries, Aries, Abiesque Ceresque.
10. *Corripe &* Es *de Sum, & penes; & pluralia Greca,*
Queis neutrale velut Panaces, Cacoëthes, adhærent.

R finita brevia sunt; ut, *Amilcar*, *semper* &c.

Sil: l. 2. *At senior Siculis exultat Amilca R in armis.*

Æn: 1. *Semper honos, nomenq; tuum laudesq; manebunt*

2. Ex-

2. Excipiuntur *Fur*, *Par*, cum compositis; ut *Compar dispar* &c. *Lar*, *Nar*, *Cur*; *Far*, & Græca quorum Genitivi in *Eris* ut *Aer*, *Æther*: *crater*, *luter*, Item *Iber*, *Iberi*.

Mart: l. 5. *Callidus effractâ nummos fur auferet arcâ.*
Hor: ferm: 2. *Ludere paR impaR equitare in arũdine longa*
Luc: l. 6. *Si tibi durus IbeR, aut si tibi terga dedisset.*
Æn: 4. *Longior hic campos æther ceu lumine vestit.*
de Pon: 2. *Confiteor misero molle coR esse mihi.*
Mart: l. 10. *Ducit ad auriferas quod me Salo CeltibeR oras*

AS, syllaba finita longa sunt; ut *Æneas*, *Pallas Pallantis*, *Fas*, *Nefas*, *Musas*, &c.

Æn: 10. *Æneas ignarus abest, ignarus & absit.*
Ib: *tela manusq; sinunt hinc Pall As instat & urget.*

6. Corripe Græcos Accusativos plurales tertiæ decl. ut. *Delphinas*, *Troas Heroas* &c. Item Rectos singulares in *As* quorum Genitivus in *adis*, *A*, brevi ut *Pallas*, *Palladis*: *arcas*, *dorcas* &c.

Ecl: 4. *Permisto heroAs, & ipsa videbitur illis.*
Mar: 6. *PallAs anum simulat falsosque in tempora canos*

ES, syllaba terminata producuntur, ut, *Anchises*, *locuples*, *quoties*, *octies decies*; *tricies*.

Æn: 6. *AnchisEs alacris palmas utrasque tetendit.*
Mart: l. 11. *Orbus se & loculpEs & Bruto Consule natus.*
Ib: l. 8. *nascaris octies in anno.*

Corripe Nomina Tertiæ decl: quæ crescunt penultimâ brevi: ut, *dives*, *eques*, *hospes*, *miles*.

Æn: 2. *Insula divEs opum, Priami dum regna tenebant.*
Æn: 6. *Obvius armato ceu cum pedes iret in hostem.*

9. Excipitur tamen hinc *Pes* cum compositis; ut *compes*, *cornipes*, *sonipes* &c. in carmine.

Met: 6. *Non pEs ire potest intra quoque viscera saxũ est*
Æn: 4. *Stat sonipEs, & fræna ferox spumantia mandit.*
Ecl: 7. *Populus in fluviis, abiEs in montibus altis.*

10. *Es*, à Verbo *Sum*, & ex eo composita; ut *Potes ades* &c. Item Præpositio *Pænes*, & casus plurales Græ-

eorum in *Es*, ut, *Arcades*, *Troës dæmones*, *Amazones*, *Rhethores &c.* Item Neutra eorundem, in *Es*, ut *Hippomanes*, *Panaces*; *Cacoëthes &c.*

Æn: 2. *Quisquis Es amissos jam hinc obliviscere Grajos*
Mart: l. 2. *Tu PotEs & Patriæ miles, & esse decus.*
Hor: ante: *Quem penEs arbitriū est, & vis & forma loquē.*
Ecl. 7. *Ambo florentes ætatibus arcades ambo.* (di.
Juv: sat: 1. *Scribendi CacoëthEs & ægro corde senescit,*

NOTA 1. *Pes*, & ex eo Composita Probus brevia esse docet, sequitur Ausonius: Veteres tamen Poëtæ producunt.

2. *Charybdes*; *Hæreses*, *Metamorphoses* & similia producunt *Es*: quia id è duabus syllabis in unam contractis nascitur.

Is vel Ys, Os, Us, in fine.

1. *Corripies* Is, & Ys, 2. *Plurales excipe casus*
Glis, *Sis*, *Vis Verbum ac Nomen Nolisq;*, *Velisque*.
Audisque & similes * *& queis Genitivis in Inis*,
Entisve, *aut Itis longum*, *Gratisque Forisque &*
Imprimis 3. *Tethys melius brevis*, 4. *ambiguum Bis*,
5. *Vult Os produci.* 6. *Compos breviatur & Impos.*
* *Osq; ossis*, *Græcorum & Neutra & cuncta Secundæ*
In Latio ut Delos, *Græcus Genitivus & omnis.*
7. *Us breve ponetur* 8. *Produc monosyllaba*, *quæve*
Casibus accrescunt longis: & Nomina Quartæ.
Excepto Recto & Quinto, *& quibus exit in Untis.*
Quartus & conflata ex Pus, *Contractaque Græca.*
In Recto & Patrio: & venerandum nomen JESUS

IS, & Ys finita corripiuntur; ut, *apis*, *inquis ais*, *Thetis*, *amnis*, *pulvis ensis*, *lapis &c.*

Met: 13. *Non apIs inde tulit collectos sedula flores.*
Achil: 1. *Jam dudum tacito lustrat Thetis omnia visu*

2. Excipiuntur omnes casus plurales, ut, *viris armis*, *queis*, *omnes* vel *omneis urbes*, vel *urbeis &c.* Item *glis*; *sis* á *sum* cum compositis ut *Adsis &c.* *Vis* Nomen, verbum, & Particula syllabica; ut *quivis*

ubivis &c. Item *Nolis, Velis* * Item secundæ personæ singulares Indicativi 4tæ conjug: activæ vocis; ut *audis, sentis, nescis &c.* * Item *Is* finita quorum Genitivus in *Inis; Itis*, vel *Entis* penultimâ longâ; ut, *Salamis Lis Simois, Samnis.* * Itē *Gratis Foris, deforis, imprimis, comprimis*, quia ex Ablativis videntur facta Æn: 1. *Præsentemque viris intentant omnia mortem.*
Mar, I, 1. *Jam satis est, non vIs Afer avere? vale.*
Æn: 1. *Non ea vIs animo nec tanta superbia victis.*
Mar: I. 1. *NescIs, heu nescis dominæ fastidia Romæ.*
Ov: ep: 1. *Hac ibat SimoIs, hic est Sigeia tellus.*
Hor: art: *Grammatici certant, & adhuc sub judice Lis est.*
4. Georg: 1. *Teq; sibi generum TethYs amat omnibus undis*
Fast 4. *TethYs & extremô sæpe recepta locô est.*

OS finita longa sunt ut, os *oris, dominos, calamos, pueros heros, Minos* & cætera per omega.
Met: 2. *Os homini sublime dedit, cœlúmque tueri*
Jussit & erectOs ad sidera tollere vultus.

6. Corripe *Os ossis* & compositum *Exos.* * Item *Compos impos* * Item Græca neutra: ut *Argos, melos, epos &c.* Item illa Græca, quæ ad 2dam decl: Latinam spectant; ut *Delos, Androgeos, Isthmos &c:* * Item omnes Genitivos Græcos in *Os*, ut *Arcados, Pallados, Syntaxeós, Pöéseos &c.*
Luc: I. 3. *ExOs & exsanguis tumidos perfluctuat artus.*
Luc. I. 3. *Et TyrOs instabilis pretiosaque murice Sidon.*
Æn: 9. *Et chaOs & Phlegeton loca nocte silentia latè.*
Met: 1. *ArcadOs hic sedes & inhospita tecta tyranni,*

US finnita brevia sunt; ut, *littus, intus &c.*
Æn: 3. *Heu fuge crudeles terras, fuge littus avarum*
Æn: 1. *Apparet domus intUs, & atria longa patescunt.*

8. Excipe monosyllaba ut. *plus, rus, thus.* * Item quæ crescunt in Obliquis penultima longâ; ut, *salus, tellus, palus &c.* * Item Nomina 4tæ decl: de quibus vide infra * Item Græca quorum Genitivus in *Untis*, ut, *Opus, opuntis Amathus &c.* * Item composita ex,

Græco, *Pus, podos*, ut, *tripus melampus &c.* * Item quæ *Us* Nominativi vel Genitivi contractum habent, ex Græco *oos*; ut *hic Panthus* ex *Panthoos &c: &c.* Hujus *Mantus Cliûs, Sapphûs &c.* à *Manto* & cæteris Fæmininis; * Denique SS. Nomen *JESUS.*

Luc: l. 1. *Pus illâ vobis acie, quam creditis actum est.*
Met: 1. *Mox etiam fruges tellUs inarata ferebat.*
Æn: 1. *Est AmathUs, est celsa mihi Paphos atque Cythera*
Ibid: *PanthUs Otrides, arcis Phebique sacerdos.*
Ibid: *Fatidicæ MantUs & Thusci filius Amnis.*

NOTA 1. *Velis* à Persio fat: 5. *Nescis* ab Ovid: *Possis* ab Juvenale corripitur. *Tethys* à solo Virgilio 1. Georg: producitur. De prima porro syllaba hujus Nominis notandum est eam in *Thetis* esse brevem, in *Tethys* (idem nomen bifariam scribitur) longam.

2. Quartæ decl: nomina in utroque Recto singulari, & Dativo ac Ablativo plurali *Us* corripiunt: in reliquis producunt.

3. *Palus, paludis*, semel apud Horatium corripit *Us*, *Polypus*, licet factum ex *Pus podos* habet tamen *pus* breve, quia dialectô Æolicâ per O, scribitur; sic etiam cætera composita ex *pus* scribi possunt.

DE SYLLABA COMMUNI
CAPUT VII.

Communis syllaba, seu quæ modò brevis, modò longa apud Poëtas reperitur, variis modis fit.

1: Cum Vocalis naturâ brevis est ante mutam & liquidam, ut supra diximus.

2. Cum Vocalis naturâ longa, aut diphtongus ob sequentem Vocalem aut diphtongum more Græcorū corripitur; aut neglectâ Synalæphâ, producitur v. g.

BRE-

BREVES NEGLECTA SYNALÆPHA.

Æn: 3. *InsulÆ Jonio in magno, quas dira Celano.*
Æn: 5. *Victor apud rapidum Simoënta sub Ilio alto.*
Prop. l. 2. *Tu quoque o Eurochion vino Centaure peristi.*

LONGÆ NEGLECTA SYNALÆPHA.

Georg: 1. *ante tibi ÆoÆ Athlantides abscondatur,*
Æn: 4. *Lamentis gemituque & fœmineO ululatu.*
Eccl: 3. *Et succus pecorI, & lac subducitur agnis.*

BREVES ET LONGÆ IN EODEM VERSU.

Georg: 1. *GlaucO & Panopeæ, & InoO Melicertæ.*
Ibid: *Ter sunt conatI imponere PeliO Ossam,*

3. Cùm monosyllaba Græco more producuntur; ut Æn: 3. *LuminaQUE, laurusq; totusq; moveri.*
Juv: 6 *ETanimam & mentem, cum qua dii nocte loquuntur*

4. Cùm syllaba brevis post primum aut secundum aut tertium vel quartum pedem producitur.

POST PRIMUM.

Æn: 4. *PectoriBUS inhians spirantia consulis exta.*
Æn: 11. *OraTIS equidem ut vivis concedere vellem.*
Mart. l. 6. *Meq; siNUS omnis, me manus omnis habet.*

POST SECUNDUM.

Æn: 2. *nostrorum obruimUr, oriturq; miserrima cædes.*
Æn: 5. *Emicat EuryalUs & munere victor amici.*
Æn: 10. *Nam tibi Thymbre capUt Evandrius abstulit ensis.*

POST TERTIUM.

Æn: 5. *Ostentans artem paritEr arcumq; sonantem.*
Æn: 12. *Congredior, fer sacra patEr, & concipe fœdus.*
Achil: 2. *Nequa det indignos Thetidi captiva nepotes.*

His tamen in veterum carminibus metiendis, non in suis componendis utuntur Tyrones.

5. Ultima syllaba versus semper communis est.

DE LICENTIA POETICA

Et necessitate metrica.

CAPUT VIII.

LEx necessitasque metrica aliquando Pöetas cogit, breves producere, velut cum sunt 3. breves in carmine Heroico, quod in *Italia Arabia Priamides*, aliisque usuvenit Æn: 3. *Ibitis Italiam &c.* Ib: *Priamides Helenum &c.*

Aut contra longas corripere; ut oi longum in *Stoicidæ* apud Juvenal sat: 1.

2. Quandoque verò iidem Poëtæ etiam nulla coacti necessitate syllabis pro suo jure abutuntur, ut cum, *tulerunt, dederunt*, & nonnulla alia ejusdem generis penultima brevi efferunt.

Eccl: 2. *Matri longa decem tulerunt fastidia menses.* Hor: ep. 1. *Dii tibi divitias dederunt artèmque fruendi, &c.*

DE PEDIBUS.

CAPUT XI.

QUoniam de syllabis tum brevibus tum longis tum communibus dictum est; superest, ut de Pedibus, qui ex ipsis syllabis, & de Versu. qui è pedibus constat, dicamus.

2. Pes est pars versûs, certô syllabarum numerô atque ordine definita.

Pedes duarum syllabarum.

Spondeus	*longa longa*	- - v. g.	*virtus,*
Pyrrhichius	*brevis brevis*	v v	*amat,*
Choreus	*l b*	- v	*aura*
Jambus	*b l*	v -	*pati,*

Pedes

Pedes trium ſyllabarum.

Moloſſus	l l l	- - -	*ſectari*
Trybrachys	b b b	v v v	*rigida*
Dactylus	l b b	- v v	*pergere*
Anapæſtus	b b l	v v -	*mediô*
Bacchius	b l l	v - -	*tueri*
Antibacchius	l l b	- - v	*divina*
Creticus ſive Amphimacer	l b l	- v -	*excoli*
Amphibrachys	b l b	v - v	*labore.*

Pedes quadriſyllabi.

Diſpondeus	l l l l	- - - -	*averſari*
Proceleusmaticus	b b b b	v v v v	*latibula*
Dichoreus	l b l b	- v - v	*enitere.*
Dijambus	b l b l	v - v -	*in arduis*
Chorijambus	l b b l	- v v -	*ſola ſuis.*
Antipaſtus	b l l b	v - - v	*bonus dives*
Jonicus à majore	l l b b	- - v v	*ſucceſſibus*
Jonicus à minore	b b l l	v v - -	*alienis,*
Pæon I.	l b b b	- v v v	*non cupida*
Pæon II.	b l b b	v - v v	*niteſcere.*
Pæon III.	b b l b	v v - v	*aliunde*
Pæon IV.	b b b l	v v v -	*bene ſuos*
Epitritus I.	b l l l	v - - -	*amatores*
Epitritus II.	l b l l	- v - -	*præmiari*
Epitritus III.	l l b l	- - a -	*æquè potens*
Epitritus IV.	l l l b	- - - v	*ac proclivis*

Cæteri minùs uſitati ſunt, uti & Penteſyllabi præter Dochimum (*v - - v -*) ut, *Reipublicæ*: qui oratoriæ compoſitioni maximè oppoſitus eſt.

2. Choreum Cicero ſolet appellare, quem plerique Grammatici Trocheum (*- v -*) vocant, quem verô Tribrachym appellant, (*vvv*) eum Cicero Throcheum nominat.

DE VERSU

CAPUT X.

VErſus eſt oratio certo genere numero atque ordine pedum alligata.

2 Verſuum ſpecies plurimæ ſunt, eæ tamen non incommodè ad quatuor præcipua genera revocantur videlicet, ad *Dactilicum*, *Jambicum Trochaicum & Anapeſticum*, quod in primis *Dactyli*, in ſecundis *Jambi*, in tertiis *Trochei*, in poſtremis denique *Anapeſti* aut numero prævaleant, aut principem locum teneant. Uſitatiſſimas non niſi quatuor iſtorum generum ſpecies hoc loco afferemus.

GENUS DACTILICUM

Carmen Hexametrum.

HUjus generis primum eſt carmen illud, quod à ſex pedibus, quibus conſtat, *Hexametrum* dicitur, ab heroicis veró factis, quæ eó deſcribuntur, Heroicum appellatur.

Schema carminis Hexametri.

1. § - vv § 2 - vv § 3 - vv § 4 - vv § 5 - vv § 6 - o
vel § - - § - - § - - § - - § §
v. g. *Urbs an***tiqua ru***it, mul***tos domi***nata per***annos*

APPENDIX.

Quintus pes nonnunquam ſpondeus eſt, unde verſus tunc ſpondaicus appellatur, quô vel rei alicuius gravitas & amplitudo, vel mæror animi; vel quid aliud declaratur. Eccl: 4. *Chara Deum ſoboles, magnum Jovis incrementum* Æn: 2. *Conſtitit atque oculis Phrygia agmina circumſpexit.*

Carmen Pentametrum.

PEntametrum carmen, quod fere Heroico ſubjicitur, quinque pedibus conſtat, à quibus & nomen habet;

bet; quatuor ex his integri sunt, quintus coalescit è media & extrema cæsura.

Schema carminis Pentametri.

1. | - vv | 2 -vv | 3 - | 4 -vv | 5 -vv | 6 o
vel | - - | - - | | | |
v. g. *Et subi* to ca*su*quæ valu*ère ru*unt.*

Carmen Glyconicum

GLyconicum carmen sic dictum à Glycone suo authore, cujus schema tale est.

1 - - 2 - v v 3 - v o
*Tandem * regia * nobilis,*
*Anti * qui genus * Inachi.*
*Fratrum * composu * it minas.*

Nonnunquam primò locô ponitur Spondeus vel Jambus.

Carmen Asclepiadeum I. Generis.

ASclepiadeum carmen dictum est ab Authore suo Asclepiade, hujus vulgare schema est,

1 - - 2 - vv 3 - 4 - vv 5 - v o,
v. g. *Mecœ*nas ata*vis * edite*regibus*
nonnulli metiuntur per Dijambos sic
1 - - 2 - vv 3 vv - 4 v o
v. g. *Mecœ*nas atavis*edite re*gibus,*

Asclepiadeum II Generis.

1. | - vv | 2 - vv 3 - | 4 - vv | 5 - o
vel | - - | - | | |
v. g. *Heu quàm* præcipi*ti * mersa pro*fundo:*
Mens habe t & propri*a* luce re*licta.*
Tendit in exter*nas, ire te*nebras* Boëtius.

Carmen Pherecratium.

PHerecratium carmen, ab Authore Pherecrate di-ctum, his constat pedibûs.

	- -	- *vv*	- *o*
vel	*v* -		

v. g. *Hortos* Flora re* visit*

GENUS JAMBICUM.

Senarium. sive Trimetrum Jambicum.

SEnarium Jambicum cum purum est, omnibus locis Jambos habet, v. g. *Beatus ille, qui procul negotiis* Hor:

Verûm, *Tardior ut paulô graviorque veniret ad aures,* ut ait Horatius, alios quoque pedes recipit hoc modo,

1 *v* -	2*v* -	3*v* -	4*v* -	5*v* -	o - *v* o
- -		- -		- -	
- *vv*		- *vv*		- *vv*	
vv -		*vv* -		*vv*	
vvv	*vvv*	*vvv*	*vvv*	*vvv*	

v g. *Alium silere cum voles. primus sile,*

Jambici tamen Comici, seu qui comædiæ scribendæ adhibentur omnibus locis, exceptô sextô; Jambum, Tribrachym, Spondeum, Dactylum: Anapestum recipiunt. Tales sunt Plautini & Terentiani.

Scazon sive Chorijambus.

SCazon, sive Chorijambus (id est, claudus Jambus,) semper 5tô locô habet Jambum, 6tô verô Spondeum, cæteris cum Senario Jambico consentit, v. g.

Alium silere cum voles, sile primus.

Dime-

Dimetrum Jambicum Archilochium.

	v-	vv	- 3tio loco ſicut primo.
vel	--		
	vvv	ra	4to ſicut ſecundo.
rarò	vv	rò	
	-vv	vvv	

v. g. *JESU Tibi ſit gloria.*

Eleganter carmen hoc ſubjicitur Hexametris Dactylicis, v. g.

Nox erat & cœlô fulgebat luna ſereno.
Inter minora ſidera Hor:

vel Trimetris ſeu Senariis Jambicis Acatalectis v. g.

Vir Celtiberis non tacende gentibus,
Noſtræquè laus Hiſpaniæ Martial.

Sæpe etiam per ſe adhibetur, præcipuè in Sacris Hymnis: aut illi ſubjicitur Anacreonticum ab Anacreonte bibulo ſene ita dictum. Schema *Anacreontici* tale eſt.

1 v-	v-	v-	o
--			
vvv			
vv-	2		

v g. *Quid ſpon*te ſic * furen*ti.*
Voveam precér*que tur*bæ.*

GENUS TROCHAICUM.

1 Ad Trochaicum genus revocantur *Sapphica*, quorum ſchema tale eſt.

1 v 2 - - 3 - vv 4 - v 5 - o.

Horum ternis quibusque ſubjicitur 4tum *Adonium*

*Inte*ger vi*tæ ſcele*riſq;* purus.*
*Non e*get Mau*ri jacu*lis nec*arcu.*
*Nec ve*nena*tis gravi*da ſa*gittis.*

(Adonium) *Fuſce pha*retra.* Hor.

II.

II. PHaleucia ab Authore ſuo Phaleucio quæ etiam *Hendecaſyllaba* ab undecim, quibus conſtat, ſyllabis appellantur, Eorum ſhema tale eſt.

1 - 2 - vv 3 - v 4 - v 5 - 6 o.

Felix qui medi*um te*nere*no*vit.*
Cui nec dejiciunt ſiniſtra ſortem.
Nec tollunt nimium ſecunda mentem.

Recipit primô locô carmen hoc etiam Jambum vel Choreum, rariùs tamen.

III. Reliqua Trochaica locis quidem imparibûs ſc. 1. 3. 5. recipiunt Trocheum, vel Tribrachym, Paribus verò ſc. 2. 4. &c. etiam Dactylum Spondeum, Anapæſtum, & Trybrachym: id tamen fere apud Comicos tantùm, Suaviſſima ſunt, ſi Spondeos tantùm Trocheis permiſceas. Ex his uſitatiſſimum eſt, *Euripidum* conſtans tribus pedibus & ſyllaba, v. g. *Qua re*gen*te*vivi*mus.*

IV. Alcmanium dimetrum conſtans 4. plenis pedibûs, v. g. *Ecce* Cæſar* nunc tri*um phat.*

Huic eleganter primum ſubtexitur, & cum eo alternat, v, g, *Ecce Cæſar nunc triumphat.*
Qui ſubegit Galliam.

Imò duo carmina in unum quoque poſſunt coaleſcere, quod per Dipodiam Tetrametrum Archilochium appellatur v. g.

Euge Muſa plectrum ſume, dulce carmen inſona.

GENUS ANAPÆSTICUM.

ANapeſticum carmen ſic dictum eſt ab Anapæſto pede, qui hic eſt primarius, conſtat quatuor pedibùs, qui fere ſunt Dactyli, vel Spondei permiſti Anapæſtis, ita tamen, ut ſecundô & quartô locô abſit Dactylus.

Shema Carminis Anapæſtici.

vv -	vv -	vv -	vv -
- -	- -	- -	- -
1 - vv	2.	3 - vv	4.

Hoc

Hoc carmen optimum, censetur, si singuli pedes singulis constent vocibus, ubique ulla cæsura, & sæpe evenit, ut nullus in eo sit Anapestus.

v. g. *Lugeat æther, magnusque parens,*
Etheris alti tellùsque ferax,
Et vaga ponti mobilis unda. Seneca.

Schema Odes Horatianæ.

Carmen I. & II. 1 - - 2. v - 3 - 4 - vv 5 - vo,
Carmen III. 1. v - 2v - 3 - - 4v - 5 o
Carmen IV. 1. vv - 2 - vv 3 - v 4 - o.

v. g. *Æquam memento rebus in arduis*
Servare mentem, nec minùs in bonis,
Ab insolenti temperatam,
Lætitiâ moriture Deli. Hor.

Primi duo versus sunt, *Alcaici Dactylici*, ab Alceo Authore sic dicti, tertius est, *Jambicus Archolochius Dimeter Hypercatalectus.* 4tus *Dactylotrochaicus Alcaicus.* Hæc porrò carminum conjunctio vocatur *Stropha* id est *versio*, quòd iis finitis vertatur, & redeatur rursus ad primum.

Est præterea hæc ode *Tricolos*, hoc est constans tribus generibus carminum in quavis stropha. Est item *Tetrastrophos*, seu habens quaterna carmina in singulis strophis.

NOTA I. ab additione vel detractione pedum commune quodvis carmen varia sortitur nomina: *Catalectũ* vocatur, cui deest una syllaba: *Acatalectum* in quo neque deficit, neque redundat quidquam; *Brachycatalectum*, cui ad parem pedum numerum unus deest. *Hyperm trum*, vel *Hypercatalectum* cui supra parem pedum numerum pes aut syllaba redundat.

II. *Jambica* & *Trochaica* Græci per *dipodiam* (duos pedes pro uno computando) metiebantur. ideò nunc quoque *Senarii Jambici* dicuntur *Trimetri*, *Quaternarii* verò vocantur, *Dimetri*, sic de aliis.

DE FIGURIS.

In carminum dimensione usitatis.

CAPUT XI.

I. *Syllaba de gemina facta una Synæresis esto.*
II. *Distrahit in geminam huic adversa Diæresis unam*
III. *M, Eclipsis, IV. Vocalem haurit Synalæphe priorem*
V. *Ectasis extendet VI. rapiet sed Systole vocem.*

SYnæresis, quæ & Epysynalephe, & Synecphonesis apellatur, est syllaba una ex duabus facta: quod fit, cum duæ Vocales in unam contrahuntur, ut alvearia, eadem eluo &c. vide id in Poëtarum exemplis.

Virg: *Seu lento fuerint alvE Aria vimine texta,* (*ea, con*
Id. *Una EAdemque viä sanguisq; animusq;* (*tractæ,*
sequuntur. (*e, o, con*
Id: *Assuetæ ripis volucres, & fluminis alvEO* (*tractæ,*
Id: *Uno EOdemq; tulit partu, paribúsq; revinxit* (*ei con*
Id: *Aeria dependent lychni laquearibus aurEIs* (*Etractæ,*
Id: *Pectora nec misero clypei mora profuit ærEI* (*i, i, con*
Mart: *Denariis tribûs invitas, & mane rogatū.* (*tractæ,*
Observare j b s atria Basse tua.

NOTA Idem accidit Genitivis *OilEI*, *AchillEI*, *UlyssEI*, Dativis Ablativisq; *TerEO TyphoEO*, & similibus, interdum & Accusativo. *TyphoEA*, v, g,

Virg: *Unius ob noxam & furias Ajacis OilEI* (*e, i, in*
Id: *Littora Achæmenides comes infelicis UlyssEI,* (*ei,*
Id: *Inarime Jovis imperiis imposta TyphoEO* (*e, o, in*
Ov: *Degenerat, scelus & pietas in conjunge TerEO* (*o,*
Id: *Nec quo centimanū dejecerit igne TyphoEA* (*e a in a*

2. Ad superiorem contractionem delectu & authoritate opus est, at his, *cûi hûic, diî, diîs, îi, îisdem, îis, usque, adeo*, omnibus uti licet. Item Adverbiis; *deinde, deinceps, dehinc:* item Verbo *deest, deerat deerit, deesse* &c. Item compositis ex *Semi*, ut *semianimis, semihomo* &c.

Ovid:

Ovid: *Juncta palus hUIc est densis obsessa salictis.*
Lucan -- *Cum fortes animos præcepta subIIssent,*
Id: *UsquE Adeò miserum est, civili vivere bellô.*
Stat: *DEHinc sociare choros, castisq; accedere sacris.*
Lucan: *Non ulli comicum sceleri, præsagia dEErant.*
Mart: *Sint Mecœnates non dEErunt Flacce Marones.*
Lucan: *SemI Animes alii vastum subière profundum.*
Virg: *SemIhOminis Coci facies quam dira tegebat.*

Huc etiam spectant *AntEAmbulo anteHac antEIt.* & si quæ præterea sunt.

Mart: *Sum comes ipse tuus tumidique antEAmbulo Regis.*
Lucan: *Plurimaq; humanis antEHac incognita mensis,*
Virg: *Qui candore nives antEIrent cursibus auras.*

II. DIæresis sive *Dialysis* est, cum syllaba una in duas dividitur: ut *aura i*, trisyllabum pro *auræ sylu æ euolu am evolu isse, dissolu o persolu endus* &c pro *sylvæ evolvam* &c.

Æn: 6 *Æthereum sensum atque aurAI simplicis ignem*
Hor: ep: 4. *Nunc mare nunc sylUÆ.*
Catul: *Condita cum vere pectoris evolUAm* &c.

III. E*Clipsis* est, cùm litera M, simul cum præcedente Vocali eliditur.

Æn: 3. *Italiam Italiam primus conclamat Achates.*
Pers. *O curas hominum o quantum est in rebus inane!*

2. Prisci M. literam cum præcedente Vocali correptam servabant ut diximus, e. 6. fol: 429.

3. Figura hæc in diversis quoque carminibus locum habet.

Æn: 7. *Jamque iter emensi turres ac tecta LatinoRUM*
Ardua cernebant juvenes, ac tecta subibant.
Georg: 1. *Aut dulcis musti Vulcano decoquit humoREM*
Aut foliis undam tepidi despumat aheni.

4. Prisci pro M. elidebant passim S solum, quodsi præterea relicta post elisum S. vocalis in aliam vocalem incurrebat, ab ea per Synalephen excipiebatur. v. g. *Doctu (s) si 2. deli (s) sua 3. vi (s) ho 4, mo facun-*

du (*s*) *su* 5 *oq; Contentu* 2. (*s*) *atque be* 3, *atu* (*s*) 4 *sci. tu* (*s*) *secunda lo* 5. *quens in tempore &c. Nota* hic claufulis interceptæ literæ pro elifis inter metiendum habendæ funt, numeri verò 1. 2. 3. 4. 5. 6. defignant pedes, apud pofteriores Poëtas rariffimè hanc literam videas extritam.

IV. SYnalephe eft, cùm vocalis aut diphtongus præcedentis dictionis à fequenti abforbetur.

Æn: *DardanidÆ è muris spes addita suscitat iras.*

Æn: 2. *ConticuerE omnes, intentèquE ora tenebant.*

NOTA 1. O & *Heu*, fequente vocali aut diphtongô, integra manent.

Æn: 10. *O pater! O hominum Divùmque æterna pot sta!*

Theb: 5. *HeU ubi sideri vultus ibi verba ligatis imperfecta sonis!*

2, *Ah*, *hei*, & *cui* cùm eft contractum, non videtur elidi fequente vocali.

3. Interdum nec diphtongus, nec Vocalis à fequente Vocali abforbetur ut diximus fupra cap: 7.

4. Figura hæc etiam in diverfis carminibus locum habet. Georg: 3. *Et spumas miscent argenti, vivaque sulphuRA Idæasque pices.*

Æn: 2. - - - *ignari hominumque locorùmQUE. Erramus.*

V. ECtasis eft, cùm fyllaba brevis licenter producitur: id tribùs modis fit, 1mò: additione Confonantis, ut fit *positio firma*, v. g.

Æn: 2. *RelLigione Patrum multos servata per annos*

Æn: 2. *Troas relLiquias Danaum atque immitis Achillei.*

Ibid: *Vir bonus & sapiens, qualem vix repPerit unum.*

Hor: ep. 1. *RetTulit acceptos regale numisma Philippos.*

Lucan: l. 1. *RepPulit à Libycis immensum fluctibus æquor*

2dò cùm Vocales, I. U, in confonantes, J, V, mutantur. Silius, *Arietat in primos, objicitque immania membra,*

Æn: 2. - - - *intexunt abiete costas.*

Ibid: *Hærent parietibus scalæ postesque sub ipsos.*

Georg: 1. *Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.*
Æn: 1. *Genua labant, vastos quatit æger anhelitus artus.*
Sil: l. 7. *Ducit sinuato captivum ad littora lino &c.*

3tio cùm sinè ulla literarum additione aut mutatione syllaba brevis producitur.

Æn: 1. *Italiā fató profugus Lavinaq; venit &c.* v. *sup:* c 7.

IV. SYstole est, cùm syllaba naturâ longa corripitur. Æn: 8. *FervEre Leucademauròq; affulgEre fluctus*
Æn: 6 *Illæ autem paribus quæ fulgEre cernis in armis.*

Huc spectant *abjicio rejicio* & cætera composita ex *Jacio*, cum primam corripiunt, extritô *J*,
Lucan: l. 3. *Cur objicis magno tumulum &c.*

DE CÆSURA

CAPUT XII.

Quid sit Cæsura?

SYllaba, quæ ex dictione cæditur, ac post quemvis pedem relinquitur, vulgó *Cæsura dicitur.*

1. *Quis usus Cæsuræ?*

2. Cæsuræ tanta vis est, ut ejus beneficiô syllaba brevis producatur, est enim in ipsa divisione verborum latens tempus, nám dum moramur, atque ad alia transimus, intervallum unum, spatiumq; lucramur vide supra c 7.

3. Singulari quoque ornamentô carminis cæsura est, nam si pedes, maximè versus heroici singulis verbis constent, ineptum, & insulsum sit carmen defectu cæsurarum, v, g.

Aurea scribis carmina Juli maxime vatum.

Contra, si verba concidantur ita, ut mutuo amplexu pedes alii ex aliis pendeant, pulcherrimus efficitur versus v, g,

Æn: 3. *Semper honos, nomenq; tuum laudesq; manebunt.*
Ibid: *Non ignara mali miseris succurrere disco,*

Ibid:

Ibid: *Justitiamq; dedit gentes frænare superbis.*
Æn: 6. *Ære ciere viros, Matremq; accendere cantu.*
De Anapæsticis vide supra c. 10.

NOTA 1. Cæsura, si more Veterum loquamur, non est, (ut vulgo nunc creditur,) syllaba, quæ post pedem superest, sed est certa Heroici versûs Pars. Veteres enim Grammatici versum hunc in quatuor partes secant quas sectiones seu *Cæsuras*, appelant *Penthemimerim*, *Trochaicam*, *Hepthemimerim* & *Bucolicam* sive *Tetrapodiam*.

2. *Penthemimeris*, Latinè *Semiquinaria* constat duobûs pedibûs & syllaba, quæ dictionem claudat, v. g.

Æn: 8. *Ut belli signum*
Æn: 10. *Panditur intereà*
Æn: 10. *Turnus ut infracto*

3. *Trochaica* post duos pedes habet duas syllabas, longam & brevem, sive Trochæum, qui dictionem terminet.

Æn: 4 *Non omnes arbusta*
Æn: 2. *Infandum Regina*
Æn: 12. *Excutiens cervice*

4. *Heptemimeris*, Latinè *Semiseptenaria* continet tres pedes & syllabam, quæ dictionem finiat.

Æn: 1. *Talibûs Ilionéus cuncti*
Ibid: *Multa super Priamo rogitans*
Ibid: *Terram inter fluctus aperit*

5. Bucolica seu Tetrapedia fit, si Semiseptenariæ duas breves adjunxeris, ut:

Talibus Ilionéus cuncti simul
Multa super Priamo rogitans super
Trrram inter fluctus aperit

Hanc tamen postremam ajunt propriam esse Bucolici carminis.

6. Versus, qui Heroico Nomine digni censentur, modò cæsuram unam habent, v. g.

*Ut belli signum * Laurenti Turnus ab arce.*

Pan-

*Panditur interea * domus omnipotentis Olympi,*
*Turnus ut infractos * adverso Marte Latinos.*

Modò duas, v. g. *Non omnes arbusta * juvant * humilesq; myricæ.*
*Infandum Regina * jubes * renovare dolorem.*
*Excutiens cervice * toros * fixùmq; latronis.*

Modò tres, v. g. *Talibus Ilioneus * cuncti * simul ore * fremebant.*
*Multa super Priamo * rogitans super * Hectore multa*
*Terram inter fluctus * aperit furit æstus arenis.*

DE PATRONYMICIS.

CAPUT XIII.

Quid sint Patronymica?

PRopria quædam Nomina; à Poëtis ferè duntaxat usurpata, *Patronymica* dicuntur à Grammaticis, quia à *Patrum aliorumque Majorum nominibus facta, aliquem è posteris significant.*

Unde fiant, & quomodo desinant?

Hæc fere à Græcis nominibus fiunt, atque in *Des*, vel *As*, vel *Is*, vel *Ne* desinunt.

Quæ terminatio, quæ declina: Masculinorum?

Masculina in *Des* semper exeunt, & 1mæ decl: sunt, v. g. *Pelides, æ,* nomen Achillis *à Peleo* Patre, *Æacides, æ,* nomen ejusdem ab *Æaco* Avo. Item *Æacides* nomen *Pyrrhi* Epirotarum Regis, ab *Æaco* originem trahentis.

Æn: 6. *Ipsùmque Æacidem genus armipotentis Achillêi.*

Quæ terminatio & declinatio fæmininorum?

Fæminina in *As, Is,* & *Ne* desinunt. *As,* finita Genitivô *Adis. Is,* finita eodem casu in *Idis,* exeunt utraque declinationis 3tiæ. Quæ vero in *Ne* exeunt, declinantur ut; *Musice,* v. g. *Thestias, adis,* Althea Thesi filia.

Thaumatias adis. Iris Thaumantis filia, *Atlantis, idis*. Electra Atlantis filia. *Nerine es*, Galathea Nerei filia.

APPENDIX.

Patronymica non solùm à *Patribus*, *Avis*, *Proavis*, *Abavis*, *Atavis*, *Triavis* aliisq; Majoribus virilis sexus deducuntur, sed etiam à *Matribus* ut, *Iliades*, *Romulus* ab *Ilia*: *Phyllirides*, *Chyron Centaurus* à *Phyllira*.

Item à Fratribus; ut, *Phoronis*, *I-o* seu *Isis Phoronis soror*: *Phaëtontias soror Phaëtontis*.

2. à Regibus præterea & Conditoribus; ut Romulidæ *Romani* à *Romulo*, Dardanidæ, *Trojani* à *Dardano*, *Æneadæ* ab *Ænea* &c.

3. Multa denique à *Regionibus*, *urbibus*, *montibus*, *fontibus*, *fluviis*, aliisq; rebus fiunt, quæ formam quidem Patronymicorum habent, re autem Gentilia sunt, aut pro Possessivis, Adjectivisq; nominibus ponuntur; ut, *Asis*, *Lychistis*, *Italis*, *Ausonis*, *Sarmatis*, *Colchis*, *Scythonis*, *Thessalis*, *Sicelis*, *Sidonis*, *Ilias*, *Troas*, *Erimanthis*, *Mænalis*, *Pieris*, *Tritonis*, *Pegasis*, *Phasis*, *Phœbas* &c.

Met: 8. *Ægeas metiris aquas, & in Aside terra.*
Æn: 5 *Horridus in jaculis & pelle Lychistidis ursæ.*
Sil: I. 7. - - - *Cymmodoce Nympharum maxima natu Ilialidum.*
Fast: 2. *Captaq; erat lyricis Ausonis ora sonis.*
Trist: 1. *Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt &c.*

Patronymicorum masculinorum formatio.

à nominibus 1mæ decl: in A, As, Es.

Nomina *A*, finita assumunt *Des* syllabam, ut, *Ilia*, *Iliades*.

2. *As*

2. *As* terminata assumunt *De* syllabam ante S. ut, *Æneas*, *Æneades*, *Pheretias*, *Pheretiades*.

3. *Es* finita mutant *Es* in *ades*, ut, *Hippotes*, *Hippotades*, *Æolus*, *Hippotæ filius*.

A P P E N D I X

A, finita aliquando ipsum *A* mutant in *I*, ut, *Phyllis A*, *Phylli-Ides*.

2. *A*, terminata interdum *I*, ante *A* assumunt; ut, *Amuntas*, *AmyntIades*. *Philippus Amyntæ filius*.

ÆNEIDES, *Julus Æneæ filius* fit ex *Æneiades A*, sublató.

8. *Es*, finita sæpe I. ante *A* admittunt; ut *Anchises AnchisIades*, *Laërtes LaërtIades*.

Patronymica masculina à Nominibus 2dæ decl:

NOmina 2dæ decl: in Genitivo assumunt *des* syllabam penultimâ brevi; ut, *Æacus*, *Æaci*, *Eacides*: sic *Priamides*, *Æolides*, *Tantalides*, à *Priamo*, *Æolo*, *Tantalo*.

A P P E N D I X

1. Genitivus nominum in E US assumit *Des* syllabam penultimâ longâ, nam E, & I, vocales, in *I*, longum, vel EI, diphtongum contrahuntur, unde alii, *Atrides*, *Tydides* &c. alii verò *AtrEIdes* &c. Græco more scribunt.

Met: 13. *Convocat Atrides socios terrore paventes.*
Æn: 10. *Te precor Alcide, cæptis ingentibus adsis.*
Ov: ep: *Pyrrhus. Achillides animosus imagine patris.*

Longum præterea I, penult: habent, *Belides*, *Licurgides*: *Amphiarnides*.

2. Quæ à nominibus 2dæ decl: fiunt, interdum ante *des* syllabam *A*, literam recipiunt, *Bartus*, *BartiAdes*, *Asopus* (non *Æsopus*) *AsopiAdes* Talia maximè sunt, quæ in *I US* desinunt; ut, *Menòetius*, *MenòetiAdes* *Thestius*, *ThestiAdes*; *Nauplius*, *NaupliAdes*.

3. *Japetioniades* pro *Japetides*, à *Japeto* longiùs à norma recessit. Met: 4. *Japetioniades Atlas fuit &c.*

Patronymica à nominibus 3tiæ declinationis.

SI Nomina sint 3tiæ decl: Patronymica fiunt à Dativo, additâ *des* syllabâ, ut, *Agenor*, *Agenori*, *Agenorides*, *Cadmus filius Agenoris*. sic *Thestorides*, *Actorides*, *Æsonides &c.*

2. Nomina tamen in *As* finita, quorum Genitivus in *Antis*, literam *A*, ante syllabam *Des* petunt; ut, *Abas*, *Abantis*, *AbantiAdes*, sic *Atlantiades &c.*

Eodem fere modô formantur, quæ à Nominibus in *On*, fiunt, ut, *Telamoniades*, *Amphytrioniades Laomedoniades*, à *Telamon*, *Amphytrion Laomedon*.

A Scipione tamen non *Scipioniades*, sed *Scipiades* imminutô nomine nascitur, Æn: 8. *Scipiades duros bellô &c.*

Patronymicorum fœmininorum formatio.
As & Is finita quomodò formentur?

PAtronymica fæminina quæ in *As*, & *Is*, exeunt, fiunt à Patronymicis, masculinis, sublatâ *de* syllabâ: ut, *ThestiaDEs*, fit *Thestias*, *dis*; ab *Æetiades*, *Æetias*. à *Thaumantiades Thaumantias*; ab *Æolides*, *Æolis*: à *Tantalides*, *Tantalis &c.*

APPENDIX.

1. Quæ à Masculinis *i-ades*, finitis fiunt, tum in *i-as*, tum in *is*, exeunt; ut, *Atlantias* & *Atlantis*, ab *Atlantides*, *Æetias* & *Æetis*, ab *Æetiades &c.*

2. Quæ fiunt á Masculinis penultimam longam habentibus, semper desinunt in *eis*, solutâ diphtongô, *e*, tamen longô, v. g. *Æneis*, *Achilleis*, *Theseis* ab *Æneides*, *Achillides*, *&c.*

Trist: 1. *Et tamen ille tuæ felix Æneidos author.*
Jux: sat: 1. *Vexatus toties rauci Theseide Codri.*
Nonnunquam tamen *E*, corripitur.

NE finita fiunt à Genitivo fimplicium addita *Ne*, ut, *Neptunus*, *Neptuni*, *Neptunine*: fic *Adraftine*, *Nerine* &c.

2. Quodfi fimplex Nomen in *I-os* exeat; mutatur *os*, in *one*, ut, *Acrifios*, *Acrifione*, i, *Danae filia Acrifii.*

A muliebri, *Acrifione* Ovidius lib: 5. Met: finxit mafculinum *Acrifioniades Vertit in hanc harpen madefactam cæde Medufæ Acrifioniades.* Oratores Patronymicis rarò utuntur. Cic: 1. Off: *Digna Æacidarum genere fententia.*

DE METAPLASMO.

Seu figuris quibufdam Pòëtarum.

CAPUT XIV.

PRoprium Pòëtarum eft, Verbis, quibus Oratores utuntur, aliquid interdum detrahere: nonnunquam literas alias aliis permutare, aliquando è proprio loco in alienum transferre. Quod quidem cùm in foluta oratione vitium fit, barbarifmufque nominetur: in carmine tamen non barbarifmus, fed *Metaplafmus*, (i, *Transformatio*) appellatur, datur enim venia Pòëtis, qui plerumque coguntur metro fervire. Metaplafmi porro fpecies plures funt: en illas.

1. *Apponit Prothefis caput.* 2. *id quod Apherefis aufert.*
3. *Syncope de medio tollit.* 4. *quod Epenthefis addit,*
5. *Apocope demit finem:* 6. *quem dat Paragoge.*
7. *Tmefis verba fecat* 8. *Meta fed Thefis ordine fpreto.*
Transfert literulam. 9. *Antithefis falvò ordine mutat.*

1. *Prothefis* eft, cum Principio dictionis litera aut fyllaba additur, v. g. *Gnatus* pro *Natus*, *Tetuliffem* pro *tuliffem*.

2. *Aphærefis* eft, cum principio dictionis litera aut fyllaba detrahitur; v. g. *Ruo*, pro *Eruo*. *Temno*, pro *Con-*

Contemno, Fero pro Refero, Æn: 9. *Ferre libet subter densa testudine casus*, pro *Referre*: i, *enarrare*.

3 *Syncope* est, cum litera vel syllaba è medio dictionis subtrahitur; ut, *gubernaclum*, *sæclum &c.* pro *gubernaculum*, *sæculum &c.* vide l. 1. c. 9. schol: 2. &c. & pag: 225.

4 *Epenthesis* est, cum in medio dictionis litera aut syllaba interjicitur; ut, *Relliquiæ*, *Rettuli*, *Mavors*, *Navita imperator &c.* pro *Reliquiæ*, *Retuli*, *Mors*, *Nauta*, *Imperator &c.*

5. *Apocope* est, cum fini dictionis aliquid detrahitur; ut, *Peculi*, *oti*, *tuguri &c.* pro *peculii*, *otii &c.*

6. *Paragoge*, seu *Proparalepsis* est, cum fini dictionis aliquid additur, v. g. *deludier*, *admittier*, *fabularier &c.* pro *deludi admitti fabulari*.

7. De Thmesi vide supra cap: 24. pag: 392.

8. *Metathesis* (i. *Transpositio*) est literarum ordo immutatus; ut, *Thymbre*, *Pigre &c.* pro *Tymber*, *piger &c.* Virg: *Nam tibi Thymbre caput Evandrius abstulit ensis.* Nisi quis putet etiam *Thymbrus* in Nominativo dici.

9. *Antithesis* est, literæ commutatio; ut *Olli* pro *illi*.

DE PROSODIA
CAPUT XV.

QUod Græci *Prosodiam*, hoc Latini *Tyronem Accentum* & interdum *Tonum* vocant. Accentus autem est *Rector & moderator pronuntiationis*: eô enim vel attollitur (´) ut, *Acutô* vel deprimitur (`) ut *Gravi*,; vel partim attollitur, partim deprimitur syllaba; (^) ut, *Circumflexo*.

2. *Acutus* in penultima vel antepenultima. *Circumflexus* in sola penultima locum habet: *Gravis*, ubi uterque abest.

3. Nullius verbi Latini ultima syllaba (authore Quintiliano) aut acuitur, aut circumflectitur: quod de pronuntiatione intellige, nam inter scribendum *Acuti* aut *Circumflexi*, ad discernendas alias ab aliis voces adhibetur vulgo hodie, vide Introd: §. 4.

4. In dissyllabis (nam in monosyllabis Accentus hodie non agnoscitur) prior acuitur sive brevis sit, sive longâ; ut *arma virùm Roma videt*, In polysyllabis verò penultima, si longa est acuitur; ut *mortális solicitudo* &c. quodsi penultima brevis est, acuitur ante penultima; ut, *gemitus solicitus est.*

5. Cum Encliticæ, *Quæ*, *Ve*, *Ne*, ita jam pronuntientur, ut Acutum Accentum in ultimam, vel antepenultimam præcedentis dictionis syllabam rejiciant; v. g. *videsne itane* &c. præstiterit Acuti Accentùs notam his ipsis, quæ acuuntur, syllabis, quàm Encliticis inter scribendum superimponere.

A P P E N D I X.

Sunt qui Vocativos istos *Valeri*, *Virgili*, *Mercuri*, *Ovidi*, *Ambrosi* & similes penultimà acutâ efferunt; etsi hæc brevis sit. Sanè hunc morem suâ ætate viguisse docet Gellius, l. 13. c. 24. Alii malunt antepenultimam acuere, quam pronuntiationem suo tempore ridiculam fuisse declarat idem Gellius.

2. Verba planè Græca Græcorum accentu pronuntianda; ut *Paralipomenon* (*me* acuta) *Lithostratos* (*stra* acuta) Quæ verò Latinè etiam declinantur, Latinorum more pronuntianda sunt, ut, *Penelope*, *Hecate*, *Rhetorice*, *Ephesus* &c. antepen: acutâ *Cæsarea Laodicea*, *Thessalonica*, *Idolum* &c. penult: acutâ. Idem de Hebræis dicendum.

3. Si quæ erit in Hebræis vel Græcis vocibus, cujus verus Accentus propter insolentiam offendat vulgi aures, satiùs videtur in vulgi eventu id fieri (quod Cicero fecisse se testatur in Oratore,) *scientiam sibi reservare, usum populo concedere.* Quare *Melchisedech*,

Ab-

Abſalon &c. potiùs dicam antepenultimâ acutâ, etſi Hebræa pronuntiatio penultimam elevari poſtulet.

DE SYLLABARUM DIVISIONE.
CAPUT XVI.
Regulæ univerſales.

1. SI Conſonans una duntaxat fuerit, cum dividendum erit vocabulum, tranſponitur ad initium ſequentis lineæ; ut, *a mor.* II. Si eadem conſonans geminetur, & ſinem præcedentis & initium ſequentis lineæ ſeu verſûs obtinet; ut, *an nus, gal-lus.* III. Diphtongi nunquam dividuntur, niſi ſolvantur per Diæreſim, ſcribes igitur *Eu-chariſtia, Ev-angelium, Au rum &c.* IV. In Compoſitis vocibus Poſitio manet integra in ſine lineæ; ut, *Præter-eo, ob ivi, ex-igo, com edo, neg-ligo,* quaſi *nec lego.*

APPENDIX.

1. In iis, quæ intra compoſitionem interponunt aliquid, quod extra compoſitionem non habeant interpoſitum, illud potiùs adhæret præpoſitioni, v. g. *amb-eſus, red-oleo, red-eo, &c.* *vid: fol:* 174. *Scholio.* XI. Si prior pars compoſitionis deſinat in eam literam, à qua incipit poſterior: & deinde ex geminatis illis omittatur altera, ut in *Tranſcendo Diſto &c.* pro *Tranſſcendo* (quaſi *Tranſſcando*) *Diſſto &c.* convenientius videtur præpoſitionem in dividendo mutilam tolerare, quàm Verbum aut Nomen: præſtat igitur ſic dividere *Tran-ſcendo, Diſ-to,* III. *Suſcipio, Suſtineo, Suſpendo* & ſimilia cum ſuis derivatis etſi videntur compoſita ex *ſub* vel *ſuper,* communiter tamen ſic dividuntur *ſuſtineo, ſuſpendo &c.* ubi decori rationem duci arbitror. Quod cæteris quoque in verbis, iisque etiam vernaculis dividendis obſervandum. Unde divi-

dividam potiùs *wszyś-tek*, *szczęś-cie* &c. quam aliter. Imò studiose quoque divisionem ejusmodi vitare maluerim, etiam non plenâ lineâ derelictâ, quam in civilitatis leges delinquere IV. In iis, quæ in compositione aliquid amittunt, parti illi, quæ est integra, parcendum est, unde dividam *anim-adverto*, *anim-æquus* &c. ut *adverto æquus* integra servem. Sic item dividam *potest itidem* & *cætera* similia. eadem de causa. V. Si extra compositionem concurrant dissimiles consonantes, ut, in *aPTus reGNum ALTer* &c. videndum est, an ab hujusmodi Consonantibus incipiat aliqua vox Latina; & si incipiat utraque illa consonans dividendæ vocis trajicienda in sequentem lineam; sic si dividendum sit *atrox* sic dividam, *a-trox*, quia à consonantibus TR, incipiunt Latinæ voces *Traho Trado* &c. Usus autem Eruditorum obtinuit, ut in dividendis Latinis vocibus utramque consonantem rejiciant in sequentem lineam, si ab utraque alia consonante non Latina modò verùm Græca etiam vox incipiat, Consonantium ejusmodi catalogos texunt quidam, tu potiùs eruditos viros & accuratos Typographos observa.

DE INTERPUNCTIONE.
CAPUT XVII.

QUemadmodum interspiratione orationem distinguimus: ita interpunctione sive interductu significamus modos quosdam, quibûs eadem oratio scribenda distingvitur: Quare ut interpunctionis discrimina cognoscantur, orationis veluti partes cognoscendæ sunt.

2. *Circuitus* sive *ambitus*, Græce *Periodus*, est *apte conclusa verborum comprehensio*; (quæ, nisi *unimembris sit*) duabûs præcipuè partibûs constat: harum altera

Græ-

Græcè *Prothasis* altera *Apodosis*, Latinè *Propositio*, altera quasi *Redditio* dicitur.

3. Utraque pars, tum *Propositio*, tum *Redditio* constare potest pluribus *membris* & *incisis*, & Membra quidem Græcè *Cola* Incisa verò *Commata* nominantur.

4. Inter *Membrum* autem, & *Incisum* illud interest, quòd *membrum longiusculum est*, & *aliquid affirmat*; *vel negat*; Incisum *est breviusculum*, & *fere nihil affirmat, nihil negat*.

5. Interductus igitur seu interpunctio inter *Prothasim* & *Apodosim*, erit punctum aversô semiciculô impositum sic (;). quæ tamen interpunctio videtur semper adhibenda, cum ita Membrum à consequentibus pendet, ut nullo modo possit sensus in illo consistere, quod ipsa etiam voce suspendendum significamus.

6. Inter *Membra*, præsertim, si paulo majora sint, bina Puncta locantur, sic (:) *Incisa* & minora quædam *membra* fere aversâ lineolâ distinguuntur sic (,) hanc alii *virgulam* alii *Comma* vocant. At minima *Incisa*, quæ nec interspiratione solent distingui, scribendo quoque nulla interpunctione distinguentur.

7. Inter periodos denique seu Comprehensiones ipsas punctum locamus sic (.)

NOTA 1. Quæ comprehensiones novam *Periocham* inchoaverint, eæ primam literam habent majusculam. At si erunt in eadem sententia, in qua superiores comprehensiones, nullum erit literarum discrimen, nominibus tamen *Propriis* aliisque, de quibus Introd: § 4. exceptis quæ semper à majuscula inchoantur.

2. Est autem Periocha *certæ cujuspiam rei vel negotii perfecta complexio, quæ per se etiam consistere, atque à cæteris disjungi possit*.

3. Quod si periocha argumentum valde dissimile complectatur, aliquô etiam relictô spatiô à superioribus secerni solet.

4. Jam periodorum exempla, atque in iis singularum

rum, de quibus egimus, partium interpunctionem videamus.

Unimembris, *Omnem conditionem imperii tui, statùmque provinciæ mihi demonstravit Stratorius.* Cic:

Bimembris 1. *Si fuit in Rep: tempus ullum, cum ex, torquere arma posset è manibus iratorum civium boni civis authoritas & oratio;* (2) * *tum profecto fuit, cum patrocinium pacis exclusum est.* Id de Clar: Or.

Trimembris 1. *Nisi multorum præceptis, multisq; exemplis mihi ab adolescentia suasissem, nihil esse in vita magnopere expetendum, nisi laudem atque honestatem;* (2) *in ea autem persequenda omnes cruciatus corporis; omnia pericula mortis atque exilii parvi esse ducenda.* (2) * *nunquam me pro salute vestra in tot ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominum quotidianos impetus objecissem,* pro Archia.

Quadrimembris 1 *Si quàm audax est ad conandum C. Verres, tam esset obscurus in agendo;* (2) *fortasse aliqua in re nos aliquando fefellisset* (3) * *verùm hoc adhuc percommodè cadit;* (4) *quod, cum incredibili ejus audacia singularis stultitia conjuncta est* act: 2. in Verr:

*Asterismus hic * Prothesim ab Apodosi dividit, numeri 1. 2. 3. 4. Membra significant.*

5. Interdum oratio tota ita membratim cæsimve texitur; ut sæpe inter ipsa membra vel incisa unicum aut geminatum punctum collocetur: Cic: l. 16. ep: 10. *Nulla in re jam festinare volo, Nihil laboro, nisi ut salvus sis. Sic habeto mi Tyro, neminem esse, qui me amet, quin idem te amet. Nunc te nihil impedit, omnia depone, corpori servi, Vale mi Tyro, vale, vale, & salve, Lepta tibi salutem dicit, & omnes.*

6. De interrogandi nota vide introd: § 4. In dolore & admiratione alii lineam rectam pingunt sic (I) alii punctum satis esse opinantur, v. g. *O miserum! Quàm magna est domus Domini!* vel *O tempora! o mores!*

7. Pa-

7. Parenthesis, de qua l. 2. c. 24. quæ Latinis fortasse Interpositio dici posset, sententiam de duobus majusculis semicirculis () indicat Cic: l. 12. ep: 4. *Ego nullum locum prætermitto* (*nec enim debeo*) *non modo laudandi tui, sed ne orandi quidem*; & l. 13. ep: 4. *Pompejus quotiescunque me videt* (*videt autem sæpissimè*) *gratias tibi agit singulares.* At si non omnino diversa sit sententia, satis videtur, illam commatibus distinguere Cic: l. 13. ep. 41. *Addo etiam illud, quod tibi jucundissimum esse scio, me ipsum ex tua erga Lucejum benignitate, maximâ voluptate affici*, hic quod asterismis inclusimus, potuit () includi; sed non expediebat. Idem servandum, si geminæ tantùm ternævè voces interserantur, quales sunt, *ut opinor, ut ajunt, ni fallor &c.*

8. Apostrophô quoque Latini scriptores non raró utuntur. Est veró Apostrophus semicirculus aversus, literæ à dextris imminens, & significat aliquid rejectum esse; v. g. *Adeon, viden, men, tun, satin, opun, &c.* pro *Adeone? videsne? mene? tune? satisne? opusne? &c.* Apud Comicos hæc creberrima.

9. Hanc interpungendi rationem optimam ducimus, neque tamen alias reprehendimus.

CALENDÆ, NONÆ, IDUS.

CAPUT XVIII.

AD intelligendas Latinorum Scriptorum *Calendas, Nonas & Idus*, hos versiculos, quibus explicatur, quot dies habeat quisque mensis, edisce.

Triginta Aprilis, Junius, Septemque, Novemque,
Unô plùs alii, viginti Februus octo.
Bissextili annô super additur unus ad octo.
Et tunc bis Sextô Martis dic ritè Calendas.

2. Item

2. Item hos, qui, quot cuique Mensi Nonæ, Calendæ & Idus sint, docent.

Prima dies mensis cujusque vocanda, Calendæ.
Sex Majus Nonas *October Julius & Mars:*
Quatuor ast reliqui, Dabit Idus *quilibet octo.*
Post quas quot luces, totidem numerato Calendas,
Hisque diem primum Mensis superadde sequentis.

3. Primo cujusvis Mensis die, *Calendis* dicimus, Mox in Mensibus sex Nonarum, *Martio Majo, Julio, Octobri,* 2do die Mensis dicimus: 6tò *Nonas*, id est *6ta die ante Nonas* est enim concisa locutio, Deinde 5*to.* 4*to.* 3*tio. Pridie Nonas, Nonis.* In reliquis quatuor Nonarum Mensibus 2do die Mensis dicimus, 4to *Nonas*: mox 3*tio Nonas, Pridie Nonas, Nonis.*

4. Post Nonas in Mensibus 6. Nonarum, die 8vo, in reliquis die 6to dices: *Octavo Idus, i* (.) 8*vo die ante Idus*: mox 7*mo.* 6*to.* 5*to.* 4*to.* 3*tio. Pridie Idus, Idibus* Idus porro in Mensibus 6. Nonarum in 15*tum* in reliquis in 3*tium* diem semper incidunt.

5. Post Idus, quia Menses alii sunt longiores, in illis, qui sex Nonarum sunt, die sextodecimo dices; *Decimoseptimo Calendas* sequentem Mensem nominando. Totidem enim dies sunt ad Calendas sequentis mensis, ipsis calendis inter hos computatis. Deinde 16*to.* 15*to.* 14*to.* & ultra retro numerando, usque ad *Pridie Calendas*, qui semper est ultimus dies mensis. In *Januario* verò *Augusto & Decembri*, die 14*ta.* dic 19*no Calendas* sequentem mensem pronuntiando. Mox 18*vo.* 17*mo.* 16*to* & ultra retrocedendo, *In Aprili, Junio, Septembri, Novembri* dic 14ta die 18*vó Calendas*, sequentem mensem appellando, Deinde verò 18*vo.* 17*mo.* & ultra retro.

NOTA 1. Mense *Februario*, si sit *intercalaris annus*, semper die 14ta dices 15*to Calendas Martii*: Mox 15*to.* 14*to.* 13*tio &c.* Sed in anno communi semel tantum sic: die 14ta dices. 6to *Calendas,*

lendas,

lendas Martii Si verò *Intercalaris* annus ſit qui 4to quôvis annó recurrit, bis dicimus *6tò Calendas Martii* ſc: 24tò. & 24tò. *die Februarii* duobûs diebûs in unum computatis. Ex quo *Intercalaris* ille annus Biſſexti, ſeu Biſſextilis nomen obtinuit.

2. Non dicimus autem; *2do Nonas. 2do Idus, 2dò. Calendas*, ſed *Pridie, id eſt, priore die ante.* Pridie enim idem eſt quod *Priore die* Gell: l. 10. c. 24.


3. Menſis nomen non omnino in Genitivo adhibetur, nam eo Caſu quod *Calendarum* aut *Nonarum*, aut *Iduum* nomen effertur, Proprium quoque Menſis nomen efferri poteſt, v. g. *Calendas Januarii.* vel *Calendis Januariis, 4to Nonas Januarii,* vel *Januarias, 8vo Idus Februarii* vel *Februarias, Pridie Calendas Maji,* vel *Majas, ſic ubique in Pridie* loquendi modo Proprium Menſis *Subſtantivè* in poſteriore *Adjectivè* ſumitur.

4 Numero Calendarum, Nonarum, & Iduum ſæpe additur Præpoſitio *Ad,* eaque vel ſola vel cum ſubſtantivo *diem* v. g. ad V. Calendas Junias ad VI. Nonas Maji, ad VIII. Idus Novembris vel ad diem V. Calendas Junias, ad diem VI. Nonas Majas &c. vel pro *Ad* ſubſtantivo *Diem*, cui præponitur *Ante* v. g. Ante diem V. Calendat Junii, ante diem IV. Nonas Majas &c. Hæc porro omnia nihil aliud ſignificant, quam ſi ſimpliciter diceretur: *V. Calendas Junii, VI. Nonas Maji &c.* Cic: ad Att: l. 1. ep: 5. *Pater nobis deceſſit ad VIII. Calend: Decemb:* Plin: l. 3. c. 5. *Angeronæ ſacrificatur* ad diem XII. *Calendas Jan:* Cic: l. 16. ep: 5. *Ante diem VIII. Idus Novembr: has literas dedimus* Gell: l. 15. cap: 28. *Ante diem III. Nonas Januarias Cicero natus eſt.* Non igitur hæc ſemper ſignificat *Circiter* neque enim credibile eſt, ignoraſſe aut Ciceronem, quo die ſibi pater deceſſit, aut Plinium, quo die ſacrificatur Angerone &c.

5. Dicitur etiam: *Ex, ad*, vel *ex, ante diem* X. Calend: Junias, *ex, ad* IV. Nonas Majas, &c. &c. Id est, ex die, qui est ante diem X. Calendas Junias &c. Liv: l. 5 *ex ad V. Idus Octobr*: &c.

6. Porro *Calendæ* à Græco Verbo, *Calo*, i, *Voco*, dictæ sunt, quia primâ cujusque Mensis die, ii, quibus Sacra curæ erant, populus ad fastos, nefastosque dies cognoscendo, convocabant. Ideo *Calendas* multi per K. Græco more malunt scribere. Nonæ verò dictæ, quod ab *ipsis Nonis* ad *ipsas Idus* novem sint dies. Idus denique dictæ ab antiquo verbo *iduo*, i, *dividuo* quòd Mensem in duas fere æquales partes dividant.

AD M. D. G.



TA-

Tabella Calendarum, Nonarum & Iduum.

	Jan, Aug: December	*Mar: Ma: Jul: Oct:*	*Apr: Jun: Sep: Nov:*	*Februarius Communis*	*Februarius intercalaris*
1.	Calendis,	Calendis	Calendis	Calendis	Calendis,
2.	4. Non:	6. Non:	4. Non:	4. Non:	4. Non:
3.	3. Non:	5. Non:	3. Non:	3. Non:	3. Non:
4.	Pr: Non:	4. Non:	Pr: Non:	Pr: Non:	Pr: Non:
5.	Nonis:	3. Non:	Nonis,	Nonis,	Nonis,
6.	3. Idus,	Pr: Non:	8. Idus,	8. Idus,	8. Idus,
7.	7. Idus,	Nonis,	7. Idus.	7. Idus,	7. Idus,
8.	6. Idus,	8. Idus,	6. Idus,	6. Idus,	6. Idus,
9.	5. Idus,	7. Idus,	5. Idus,	5. Idus,	5. Idus,
10.	4. Idus,	6. Idus.	4. Idus,	4. Idus,	4. Idus,
11.	3. Idus,	5. Idus,	3. Idus,	3. Idus,	3. Idus,
12.	Pr: Idus,	4. Idus,	Pr: Idus,	Pr: Idus,	Pr: Idus,
13.	Idibus,	3. Idus,	Idibus,	Idibus,	Idibus,
14.	19 Cal:	Pr: Idus,	18. Cal:	16, Cal:	16. Cal:
15.	18. Cal:	Idibus,	17. Cal:	15. Cal:	15. Cal:
16.	17. Cal:	17. Cal:	16. Cal:	14. Cal:	14. Cal:
17.	16. Cal:	16. Cal:	15. Cal:	13. Cal:	13. Cal:
18.	15. Cal:	15. Cal:	14. Cal:	12. Cal:	12. Cal:
19.	14 Cal.	14. Cal:	13. Cal:	11. Cal.	11. Cal:
20.	13. Cal:	13. Cal:	12. Cal:	10. Cal:	10. Cal:
21.	12. Cal:	12. Cal:	11. Cal:	9. Cal:	9. Cal:
22.	11. Cal:	11. Cal:	10. Cal:	8. Cal:	8. Cal:
23.	10. Cal.	10. Cal:	9. Cal:	7. Cal:	7. Cal:
24.	9. Cal:	9. Cal:	8. Cal:	6. Cal:	6. Cal:
25.	8. Cal:	8. Cal:	7. Cal:	5. Cal:	5. Cal:
26.	7. Cal:	7. Cal:	6. Cal:	4. Cal:	4. Cal:
27.	6. Cal:	6. Cal:	5. Cal:	3. Cal:	3. Cal:
28.	5. Cal:	5. Cal:	4. Cal:	Pr: Cal:	Pr. Cal:
29.	4. Cal:	4. Cal:	3. Cal:		
30.	3. Cal:	3. Cal:	Pr: Cal:		
31.	Pr: Cal:	Pr: Cal:			

REVERENDI PATRIS
PETRI CANISII
SOCIETATIS JESU
THEOLOGI, CATECHISMUS.

Quid est fides? nisi credere quod non vides. Unde, & quomodo capitur Trinitas? rectè o homo interrogas! Ideò bene creditur, quia cito non capitur: nam si citò caperetur, non esset opus, ut crederetur, quia videretur. Noli intelligere: ut credas, sed crede, ut intelligas; intellectus enim merces fidei. S. Augustinus.

CAPUT PRIMUM.

De Fide, & Symbolo Fidei.

Quis dicendus est Christianus, atque Catholicus?

QUI Baptismatis Sacramentô initiatus, JESU Christi, veri DEI, atque Hominis, salutarem doctrinam in Ejus Ecclesia profitetur, neque sectis, vel opinionibus ullis, ab Ecclesia Catholica alienis, adhaeret.

Quonas de rebus primùm docendi sunt Christiani?

De Fide, Spe, & Charitate, Sacramentis, & officiis Justitiae Christianae.

Quid est Fides?

Est Donum DEI, ac lumen, quô illustratus homo, firmiter assentitur omnibus; quae DEUS revelavit, & nobis per Ecclesiam credenda proposuit, sive scripta illa sint, sive non sint.

Quae summa est Fidei, seu omnium credendorum?

Symbolum Apostolicum in duodecim distinctum articulos.



Qui sunt isti duodecim Articuli? Hi videlicet.

Credo in Deum, Patrem Omnipotentem. Creatorem Cæli & terræ. Et in JESUM Christum Filium Ejus unicum Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex MARIA Virgine, Passus sub Pontio Pilato, Crucifixus, mortuus, & sepultus. Descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit ad Cælos, sedet ad dexteram DEI Patris Omnipotentis. Inde venturus est judicare, vivos & mortuos. Credo in Spiritum Sanctum. Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum Communionem, Remissionem peccatorũ, Carnis resurrectionem, & vitam æternam, Am.

Quid sibi vult primus Symboli articulus?

Ostendit primam in Deitate Personam, Patrem scilicet, cælestem, & æternum. Cui nihil factu impossibile sit, vel difficile: qui Cælum, & terram, visibilia cuncta, ex nihilo produxit, producta hucusque conservat, & gubernat summâ bonitate & sapientiâ.

Quid verò secundus?

Et in JESUM Christum Filium Ejus?

Commonstrat secundam in Deitate Personam, JESUM Christũ scilicet, Filium Dei naturalem, unicum illũ ab æterno genitum, & Patri consubstantialem, Dominum ac Redemptorem nostrum. Qui nos perditos liberavit.

Quid verò tertius?

Qui conceptus est de Spiritu Sancto?

My-



Myſterium proponit Dominicæ Incarnationis. Quia idem DEI Filius de Cælis deſcendens, humanam naturam aſſumpſit, modò ſingularî prorſus, quia conceptus fuit ſinè Patre, ex virtute Spiritûs Sancti, & natus ex MARIA, Virgine illibata.

Quid verò quartus?

Paſſus ſub Pontio Pilato?

Myſterium tractat redemptionis humanæ. Nam idem verus DEI Filius ſecundũ humanã illam naturam aſſumptã, extremo vere paſſus eſt pro nobis, & peccatoribus omnibus redimendis. Unde, licet Agnus eſſet ſinè macula, tamen ſub Pontio Pilato Præſide in Cruce ſuffixus, in Crucé mortuus, & deinde ſepultus fuit.

Quid autem quintus?

Deſcēdit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis?

Myſterium Reſurrectionis Chriſti complectitur, qui ſecundùm animam quidem, Patres è limbo liberaturus ad inferos deſcendit; tertiô verô poſt mortem die, reſumptô corpore, vì propriâ factus eſt redivivus.

Quid ſextus Articulus?

Aſcendit ad Cælos, ſedet ad dexteram DEI Patris Omnipotentis.

Myſterium affert glorioſæ Aſcenſionis Chriſti. Qui poſt expletum redemptionis noſtræ opus, ad Patrem tranſivit ex hoc mundo, & cælos ſua virtute Tryumphator aſcendit, atq; in ipſa æterna Patris gloria, ſuper omnia eſt collocatus.

Quid septimus?

Inde venturus est judicare vivos & mortuos?

Demonstrat extremum judicii diem, quando Christus humana in carne visibilis, rursus de Cælo descendet, & tremendum aget judicium omnium proborum. & improborum, & reddet unicuique secundùm opera ejus.

Quid octavus?

Credo in Spiritum Sanctum?

Exhibet tertiam in Trinitate Personam, Spiritum Sanctum. Qui ex Patre Filióq; procedens, unus, verus, æternúsq; DEUS est, & regnat cum Patre, & Filio, & proinde cum utroque simul adoratur, & conglorificatur:

Quid nonus Articulus?

Sanctam Ecclesiam Catholicam.

Ecclesia docet, quatuor nobis esse credendã, *primùm*; Ecclesiam esse unam: nimirùm in uno Spiritu Christi JESU, in una Fide, Fideiq; & Sacramentorum doctrina, in uno capite, ac Rectore universalis Ecclesiæ, Vicario Christi scilicet, ac Divi Petri Successore. *Secundo*, Ipsã Sanctam esse, quia tùm à Christo, & capite, & Sponso suo, Cui per Fidem, & Sacramenta conjungitur, sanctificatur, tum à Spiritu Sancto perpetuò gubernatur. *Tertiò*. Eandem esse Catholicam, seu universalem, quæ totô orbe diffusa, Christi fideles omnes omniũ temporum comprehendit. *Quartó postremo*: In hac ipsa Ecclesia Communionem esse Sancto



ctorum, puta, non eorum totùm, qui in terris credentes peregrinantur, verùm etiam, qui carnis mortalitate exuti, vel regnant in cælo, vel illic regnaturi, in igne purgatorio à suorū peccatorum sordibus expiantur. Qui quidem, veluti unius corporis membra se invicem juvant mutuïs officiîs: meritîs, orationibûs, & Sacrosanctæ Missæ Sacrificiîs; Sacramentorumq; Ecclesiæ virtutem participant.

Quid porro decimus?

Remissionem peccatorum.

Offert præsentem DEI gratiam peccatoribus omnibus, ne quis de venia peccatorum suorum consequenda unquam desperet, modò in Ecclesia perseveret Catholica, & ritè ejusdem Sacramentîs utatur.

Quid autem undecimus?

Carnis Resurrectionem.

Mortuos omnes ad vitam excitandos asserit, & novissimū Judicii diem confirmat. Nam ante Christi tribunal in carne redivivi omnes apparebimus, ut recipiat unusquisque, prout gessit in suo corpore, sive bonum, sive malum.

Quid demum postremus?

Et vitam æternam.

Fidei & virtutis Christianæ præmiū, beatam immortalitatē ostendit, ut certè sciamus, post hanc vitam superesse aliam longè diversam, verè securam, beatam, ac sempiternam, quæ credentibus, & obtemperantibus Christo destinata sit. Quæ

Quæ summa est omnium Symboli articulorum.

Credo, & ore confiteor Dominum Deum; Quò nihil majus, aut sapientius, aut melius potest excogitari. Eum unum in essentia, seu natura Divina, & trinum in Personis esse, utpote Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctũ; ita ut Hi tres, unum sint, unus, & verus, æternus, immensus, & incomprehensibilis Deus, ex Quo, per Quem, & in Quo sunt omnia. Pater est Conditor universorum. Filius Redemptor hominum. Spiritus Sanctus Ecclesiæ, seu Christi fidelium Sanctificator, & Rector. Igitur huic Sanctissimae, & Individuae Trinitati, respondent Symboli tres partes præcipuæ, *Prima*, quæ de creatione est, *Patri*: *Secunda*, quæ de redemptione, *Filio*: *Tertia*, quæ de Sanctificatione, *Spiritui Sancto* accommodatur.

Quid est Ecclesia?

Est omnium Christi Fidem, atque doctrinam, profitentium congregatio, quæ sub uno, & summo post Christum Capite, & Pastore in terris gubernatur.

Qui ab Ecclesia prorsus alieni sunt?

Primùm: Judæi, & infideles omnes, atque à Fide apostatæ; *deinde* hæretici; ii scilicet, qui cum baptizati sunt, contra Catholicam Fidẽ, cum pertinacia tuentur errorem: *præterea* Schismatici, qui à pace, & unitate Catholica, ipsi se segregant. *Postremò*: qui à communione Sanctorum à participatione Sacramentorũ,

&

& ab Ecclesiæ suffragiis, Divinisque Officiis, per Ecclesiasticam potestatem legitimè excluduntur, unde excommunicati dicuntur. Qui omnes à Christi corpore, quod est Ecclesia, sejuncti sunt, proindéque spiritualis vitæ, ac salutis expertes manent: Sathanæ, mortíque perpetuæ, [nisi resipiscant,] obnoxii, ac vitandi quidem illi omnes Catholicis, sed imprimis Hæretici, & Schismatici, non minùs, quàm pestes quædam exitiales, fugiendi, & execrandi sunt.

Quæ demum est simplex, brevis, & recta Fidei regula, quâ Catholici ab hæreticis discernuntur?

Ea est; Christi Fidem atque Ecclesiæ authoritatem integram profiteri: illúdque ratum, ac fixum tenere, quod Ecclesiæ Catholicæ Pastores, atque Doctores, credendum definierint. Cæterùm si quis Ecclesiam non audiret, sit tibi, [inquit Christus ipse] *sicut Ethnicus & Publicanus*, non enim habebit DEUM Patrem, qui Ecclesiam noluerit habere Matrem.

CAPUT SECUNDUM.

De Spe, & Oratione Dominica.

Quid est Spes?

EST Virtus Divinitûs infusa; per quam certa cum fiducia nostræ salutis, & æternæ vitæ, bona expectantur.

Unde modum rectè sperandi, & petendi discimus?

Ex Oratione Dominica, quam Christus ipse Do-

Dominus, & Magister noster, ore suo Sacrosancto tradidit & præscripsit.

Recita per partes Orationem Dominicam.

I. Pater noster, qui es in Cælis Sanctificetur Nomen Tuum.

II. Adveniat Regnum Tuum.

III. Fiat voluntas Tua, sicut in Cælo & in terra.

IV. Panem nostrũ quotidianũ da nobis hodie.

V. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

VI. Et ne nos inducas in tentationem.

VII. Sed libera nos à malo.

Quid sibi vult initium hujus Orationis?

Pater noster, qui es in Cælis.

Præfatiuncula est, quæ nos memores reddit summi beneficii, quô DEUS Pater per Christum nos sibi in filios cooptavit: atque ut hoc dulci, Patris nomine provocemur, tum ad eum redamandum, tum ad precandum, magna cum fiducia.

Quid explicat prima petitio?

Sanctificetur Nomen Tuum.

Proborum filiorum justum est, & liberale desiderium, qui optant semper, & ubique, in se, aliisque promoveri cognitionem, timorem, honorem, amorem, & cultum æternæ Majestatis, & quidquid demum ad summi, optimique Patris gloriam spectat.

Quid secunda petitione agimus?

Adveniat regnum Tuum.

Peti-



Petimus gloriam cælestis, æternæque felicitatis nobis donari; ut citò cum Christo in sempiternum regnemus.

Quid tertia? Fiat voluntas Tua.

Petimus Divinæ gratiæ nobis opem adesse, ut Patris voluntatem in terra, sicut Beati omnes in Cælo sincerè, alacriter, & constanter adimpleamus.

Quid quarta?

Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

Petimus suppeditari nobis, quæ ad vitam sive corporis, sive animæ fovendam, & sustinendam spectant, ut *victum & vestitum: Verbum DEI, & Ecclesiæ Sacramenta.*

Quid quinta?

Et dimitte nobis debita nostra.

Petimus veniam, ac remissionem peccatorum, parati vicissim remittere, quod in nos alii peccaverint.

Quid penultima?

Et ne nos inducas in tentationem.

Petimus in hac tanta vitæ imbecillitate, Divina virtute fulciri, atque adversùs mundum, carnem, dæmonémque defendi, ne quôcunque modó tentationi succumbentes, peccato consentiamus.

Quid septima, & suprema petitione?

Sed libera nos à malo.

Petimus DEI benignitatem, quâ Ipse nos liberet, & vindicet à miseria, tum corporis,

tum

tum animæ, five in hac vita, quoad saluti nostræ congruit, sive in futura. Et additur *Amen*. Hoc est, fiat, sive, fiet, ut spem, desideriùmque monstremus, accipiendi ea, quæ septem his petitionibûs continentur.

Quæ summa est priorum orationis hujus petitionum?

Priores 4. ostendunt, quæ hic bona sperare, ac petere debeamus, inter quæ primum, ac summum est Divinæ Majestatis honor, & gloria, proxima nostra felicitas: huic accedit Deo debita obedientia. Postrema, est corpori, animæque sustentatio necessaria. Hæc summatim continentur in prioribus quatuor.

Quæ summa reliquarum petitionum?

Tres posteriores continent mala, quæ deprecari debemus, & sunt peccata, quæ nobis regnum DEI præcludunt, tum tentationes, quæ, nisi ope Divina protegamur, sua vî ad peccandum nos pertrahunt, ac postremò, hujus, ac futuræ vitæ calamitates. Docet igitur Dominica precatio, simul bona petere, & mala deprecari.

Quomodò recitas salutationē Angelicā V. Matris?

Ave MARIA, Gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta Tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui JESUS. Sancta MARIA, Mater DEI, ora pro nobis peccatoribus, nunc, & in hora mortis nostræ, Amen.

Unde modus Deiparā Virginē salutandi profluxit.

Primùm. Ab exemplo Angeli Gabrielis, &



Sanctæ Elisabethæ; *deinde* ex usu ipso, & consensu Ecclesiæ Catholicæ.

Quem verò fructum adfert hæc salutatio?

Sacrosanctæ Virginis Dominicæ incarnationis gratiam, & æquè salutarem nobis refricat memoriam: ac prætereà monet, ut gratiosæ Virginis favorem, atque apud Deum intercessionem nobis conciliemus.

Quid discimus ex hac salutatione?

Eximias dotes, ac laudes incomparabiles Virginis: ut, quòd Dei donis, ac virtutibûs amplissimis referta sit, quòd eadem Virgo, & Mater, inter omnes omnium temporũ mulieres benedicta, quòd Regis Regum Christi Dei, & Domini nostri Parens, ac proinde Inventrix gratiæ, ac Genitrix vitæ nobis existit.

CAPUT TERTIUM

De Charitate & Decalogo.

Quid est Charitas?

Est Virtus à Deo infusa, qua Deus propter se diligitur, proximus autem propter Deum.

Quot sunt Charitatis præcepta?

Duo principalia. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota mente tua, ex totis viribus tuis. Hoc est primũ & maximum mandatũ, *secundum verò simile huic:* Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. In his præceptis universa lex pendet & Prophetæ.

Quò indiciò se prodit, & agnoscitur Charitas erga proximum?

Cha-

Charitas patiens eſt, benigna eſt, Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non eſt ambitioſa, non quærit, quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſuperat, omnia ſuſtinet.

Cur præcepta Decalogi decem proponuntur?

Etſi duo ſunt Charitatis præcepta, in quibus plenitudo legis verſatur, tamen præcepta Decalogi idcirco adjiciuntur, ut perſpicuè magis omnes intelligant, quæ ad Charitatem, tum DEO, tum proximo exhibendam pertinent.

Quæ ſunt præcepta Decalogi?

I. Ego ſum Dominus Deus tuus. Non habebis Deos alienos coram me: non facies tibi ſculptile, ut adores illud.

II. Non aſſumes nomen Domini DEI tui in vanum. Non enim habebit in ſontem Dominus eum: qui aſſumpſerit nomen Domini DEI fruſtra.

III. Memento, ut diem Sabbathi ſanctifices.

IV. Honora Patrem tuum, & Matrem tuam.

V. Non occides.

VI. Non mæchaberis.

VII. Non furtum facies.

VIII. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

IX. Non concupiſces uxorem proximi tui.

X.



X. Non domum, non agrum, non ſervum, non ancillam, non bovem, non aſinum, & univerſa, quæ illius ſunt.

Quid vult primum præceptum.

Non habebis Deos alienos?

Prohibet, & damnat cultum falſorum Deorum, artem magicam, vel divinatoriam, obſervationes ſuperſtitioſas omnem denique cultum impium: è diverſo autem requirit, ut unum Deum Optimum, Maximum, credamus, colamus, & invocemus.

Licetne Sanctos colere, invocare?

Licet: non ad eum quidem modum, quô jubemur Deum colere & invocare, tanquam Crearorem, & Redemptorem, & Largitorem bonorum, at longê inferiore gradu, nimirùm veluti dilectiſſimos Dei amicos, noſtróſque apud ipſum Interceſſores, & Patronos.

Adverſaturnè huic præcepto uſus Imaginum Chriſti, ac Sanctorum?

Nequaquam: quia præcepto huic; non facies tibi ſculptile, cauſa mox additur, ut adores illud, videlicet Ethnicorum more, qui falſorum Deorum, ſtatuas, ſimulacra, & idola ſua impiè colunt. Nos autem in imaginibus Chriſtum, & Sanctos, quos repræſentant, pio à majoribus tradito more veneramur.

Quid ſecundum prohibet.

Non aſſumes nomen Domini DEI tui in vanum?

Vetat abuſū Divini nominis, irreverentiam,

quæ

quæ committitur à perjuris, blasphemis, per Deum, Sanctos, vel creaturam aliquã absque gravi causa, veritate ac reverentia jurantibus.

Quid imperat tertium præceptum?

Vult Sabbathum, seu diem festum in Ecclesia piis operibûs celebrari, quod fit, adeundo templum, & audiendo Missam. Laborare verò hoc tempore, & occupationibus deditum esse servilibus, planè interdicit.

Quid injungit quartum?

Ut his, qui secundùm Deum vitæ nostræ sunt authores, reverentiam, obedientiam, opemque præstemus, ac omni demum officii genere, illis ipsis satisfaciamus. Deinde jubemur, ut Magistratus, tum Civiles, tũ Ecclesiasticos, Parentum & Majorum locò habeamus, illorum dicto lubentes pareamus, & revereamur potestatem, atque authoritatem.

Qua ratione potestatem, & authoritatem Ecclesiasticam reverebimur?

Videlicet, si sacris & Æcumenicis Conciliis, si præceptis Apostolorum, ac Patrũ institutis, ac decretis, ac probatis majorum consuetudinibus, denique si summis Ecclesiæ Pastoribus, ac Pontificibus tribuerimus, quàm singularem illis debemus, observantiam, obedientiamque; ubi vel maximè peccant, qui cultum Divinũ vellunt, atque contemnunt, tam qui Sacerdotum jura, & templa violant, sacra profanantes.

Quid sibi vult quintum. Non occides?

Pro-



Prohibet vim extremam, cædem, & injuriam omnem, quæ corpori, & vitæ proximi adferri possit, ad hæc, iram, odium, rancorem, indignationem: & quosuis affectus, ad proximi læsionem quôvis modô spectantes, excludit & penitus resecat.

Quid vetat sextum. Non mœchaberis?

Fornicationem, adulterium, ac obscœnos illegitimósque concubitus, tum quidquid honestati, verecundiæ, ingenuóque pudori, adversatur. Nam, & qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mæchatus est eam corde suo.

Quid præceptô septimô cavetur.
Non furtum facies?

Omnis rei alienæ illicita contrectatio & usurpatio, ut sit in furto, rapina, usura, lucris injustis, dolis malis & iniquis contractibus, & distributionibus, quibus Christiana Charitas læditur, & proximus circumvenitur.

Quid octavô agitur.
Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium?

Interdicitur testimonium falsum, mendacium, perjuriũ, & omnis linguæ contra proximũ abusus: ut est in susurronibus, detractoribus, maledicis, adulatoribus, ac perjuris.

Quid postrema duo præcepta:
Non concupisces uxorem, nec rem proximi?

Vetat concupiscentiam uxoris, ac rei alienæ,

quo-

quoniam, quod alienum eſt, haud ſolùm injuſtè, & pro libidine noſtra occupare non licet; ſed ne voluntate quidem ad illud appetendum ferri debemus ita, ut noſtris rebûs contenti, abſque omni invidia, æmulatione & cupiditate vivamus.

Quæ ſumma, quiſve finis præceptorum Decalogi?

Nimirùm ut DEUS, & proximus ſincerè diligantur: cujus rei ſymbolum fuit in duas tabulas Decalogi à Deo facta diſtinctio. In priori quidem tabula tria docentur, quæ ad charitatem Dei, in ſecunda verò ſeptem; quæ ad dilectionem proximi ſpectant, explicantur.

Quâ ratione præcepta primæ tabulæ Charitatem DEI edocent?

Quoniam tollunt, & prohibent vitia cultui honorique Dei maximè contraria, idololatriâ, apoſtaſiam, hæreſim, perjuriû, ſuperſtitiones, admonent autem verum, purùmque Dei cultum corde, ore, ac opere, fideliter exhibendum eſſe. Quod ubique ſolus verus Deus cultu latriæ colitur, & adoratur.

Quomodò præcepta ſecundæ tabulæ charitatem proximi explicant?

Eo ipſo, quo noſtrum ergà proximum officium ordine complectuntur: videlicet ut non ſolum majores honoremus, ſed etiam opere, verbis, ac voluntate prodeſſe omnibus, & nocere nemini ſtudeamus, ſive corpus proximi ſive perſona juncta conjugiô, ſive bona fortunæ conſiderantur.

Quæ



Quæ ſuma præceptorũ de proximo diligendo?

Hæc ipſa: nimirum, quod tibi non vis fieri, alteri non feceris; Omnia verò quæ unque vultis, ut faciant vobis homines, & vos facite illis: Hæc eſt enim lex & Prophetæ

Suntne præter Decolrgum alia præcepta?

Sunt utique, nec ſolum utiliter illa, verùm etiam neceſſariò obſervanda, præſertim Ecclefiæ præcepta, cui veluti Sanctiſſimæ Matris Sponſæque Chriſti aures & mentes præbere Catholici Filii omnes debemus.

Quot ſunt præcepta Eccleſiæ?

Præcipua quinque numerantur.

I. Statutos Eccleſiæ dies feſtos celebrato.

II. Sacrum Miſſæ Officium diebûs feſtis reverentet audito.

III. Indicta certis diebûs jejunia, & à quibuſdam cibis abſtinentiam obſervato.

IV. Peccata tua Sacerdoti proprio, aut alteri, cum ejus facultate, ſingulis annis confitetor.

V. Sacroſanctam Euchariſtiam, ad minimũ ſemel in anno idque circa feſtũ Paſchæ ſumito.

Quem fructam affert horum obſervatio præceptorum?

Hæc atque id genus alia Eccleſiaſtica; tum inſtituta, tum præcepta, primùm fidem, humilitatem, & obedientiam Chriſtianã exercent, deinde cultum Divinum, honeſtam diſciplinam, & publicam tranquillitatem alunt, conſervant, & ornant, atquè mirifice conferunt,

ut decenter & ordine cuncta in Eccleſia peragantur, præterquàm, quod æternam vitam mereamur, ſi illa ex charitate obſervemus.

CAPUT QUINTUM.

De Sacramentis.

Quid eſt Sacramentum?

EST inviſibilis gratiæ ſignum viſibile, ad noſtram ſanctificationem divinitùs conſtitutum: Aliud eſt enim, quod in Sacramento videamus externum, occultam verò & ſpiritualem gratiam, quæ res dicitur Sacramenti, accipimus. *Quot ſunt Sacramenta?*

Septem quæ à Chriſto Domino inſtituta, ab Apoſtolis tradita, & in Eccleſia Catholica ſemper conſervata, ad nos uſque pervenerunt, ſunt autem hæc: Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pænitentia, Extrema Unctio, Ordo, Matrimonium.

Quare Sacramenta veneranda, & ſummo in pretio habenda ſunt?

Primum quidem, quia à DEO & Chriſto Domino in lege nova inſtituta, deinde, quia gratiam Dei nobis neceſſariam, eamque uberrimam, non modò ſignificant, verum etiam ceu vaſa quædam ſacra Divini Spiritûs continent, & ritè ſuſcipientibus conferunt: ad hæc, quoniam adversûs peccatum præſtantiſſima ſunt remedia, ceu Divina medicamina noſtri Samaritani, poſtremò, quia nobis gratiam habentibus eam ipſam conſervant, augent, & amplificant. Cur



Cur ad Sacramenta Ceremoniæ solemnes exhibentur.

Multis profectò, & gravibus de causis. Primùm: ut Sacramentorum administrationem spectantes admoneantur nihil his profanum, sed arcana quædam, & Divinis plena mysteriis geri, quæ singulorum reverentiam exigant. Deinde, ut ad Sacramenta ipsa accedentibus cultum promoveant interiorem, quem Deus præcipuè postulat, & cujus signa testimonia, & exercitia sunt ceremoniæ. Præterea, ut Sacramento ministrantes majori cum dignitate & fructu munus suum obeant, veteris Ecclesiæ institutis, Sanctorùmque Patrum vestigiis fideliter inhæreant. Constat etenim hujusmodi ceremonias plerasque inde à temporibus Apostolorum, per continuam successionem ad nos usque in Ecclesia perseverâsse. His demum retinetur honesta religiosaquè disciplina, his fovetur publica tranquillitas, quæ sæpe rituum externorum aut immutatione, aut innovatione graviter interturbatur.

Quid est Baptismus?

Primum maximèquè necessarium legis novæ Sacramentum, quod semel in aqua confertur, quô spiritualiter renascimur, peccatorum plenâ remissione perceptâ in filios Dei adoptamur, hæredèsque vitæ cælestis adscribimur.

Quid est Confirmatio?

Est Baptismatis collatum ab Episcopo Sacra-

cramentum, in quo per Chrisma, & verba Sacrosancta confertur gratia, robur spiritui additur, tum ad firmiter credendum, tum ad nomen Domini, quàm est opus, liberè confitendum.

Quæ sunt præcipua de Eucharistia doctrinæ capita, scitu necessaria?

Quinque. Primum est ejus veritas. Alterũ est panis & vini in Christi Corpus & Sanguinem conversio. Tertium adoratio debita. Quartum ejus oblatio. Quintum, & postremum, ejusdem Sacramenti sumptio.

Quæ est veritas Sacramenti Eucharistiæ?

Nimirum hæc: Christum verum Deum ac Hominem, verè ac integrè hôc Sacramentô contineri, & nobis adesse, ubi Sacerdos ritè ordinatus, panem & vinum verbîs illîs arcanîs & à Christo traditîs consecravit.

Quæ sit conversio per verba illa, quibus hoc Sacramentum Sacerdos consecrat?

Ea, ut per ipsa, operante Christo Panis & Vinum, in Corpus & Sanguinem Dominicum convertatur; ac transubstantietur, atque ita panis & vinum esse desinat in Eucharistia.

Quæ Sacramento huic debetur adoratio?

Eadem sanè, quæ Christo Domino ac æterno Deo debetur; quippe quem illic præsentem agnoscimus, ideòque religioso, tum corporis, tum animi cultu, ut par est, hoc Sacramentum supplices veneramur.

Qua-



Quare censetur hoc Sacramentum Oblatio?

Quia est legis novæ Sacrificium, & oblatio munda, cruentis legis Judaicæ Sacrificiis incruenta succedens, quæ pro vivis ac defunctis fidelibus, in Missa offertur, ac celebratur. Unde fit: ut Eucharistia non solum à fideli populo sumatur, sed etiam pro peccatis à Sacerdotibus in Dominicæ Passionis ac mortis continuam commemorationem quotidie immoletur, semperque oblata fuerit in Ecclesia DEI.

Quid in Sacramenti hujus sumptione servandum?

Quod fides & Authoritas Sanctæ Matris Ecclesiæ docet, videlicet Christiano laico satis esse sub una specie panis totum Christum accipere, & ex hac sumptione consequi, ut, qui non indignè acceperint, ingentem DEI gratiam ac æternam quoque vitam obtineant, qui verus ac integer Sacramenti hujus fructus existet, eoque fiet efficacior, quò sæpius sacra & salutaris illa communio dignè agitur.

Quid est Pœnitentia?

Est secunda post naufragium tabula & necessarium relapsis Sacramentum, in quo remissio peccatorum reis petitur, & à Sacerdotibus tribuitur.

Quot sunt partes & actiones Pœnitentiæ?

Tres: contritio, vel dolor animi peccata sua detestantis, & ad vitam meliorem aspirantis. Confessio, seu peccatorum suorum coram Sacerdote facta explicatio & satisfactio, denique vindicta punitioque criminum de se ipso sumpta, ad præstandos fructus dignos pænitentiæ.

Quid

Quid est extrema Unctio?

Est Sacramentum, quô ægroti per Oleum Sacrum & Verba Christi, in magnis morbi molestiis relevantur, ut faciliùs ex hoc mundo demigrent, vel corpora etiam eorum, si ita expedit, sanitati restituantur.

Quid est Ordo?

Est Sacramentum, quô Sacerdotibus aliisque ministris Ecclesiæ potestas confertur; ad Ecclesiastica munia ritè decentèrque obeunda.

Quid postremum, id est, Matrimonium?

Est Sacramentum: quô Vir & mulier legitimè contrahentes, individuam vitæ societatem ineunt, gratiâque Divinâ donantur, tum ut soboles honestè & Christianè suscipiatur, ac educetur, tum ut fædæ libidinis, & incontinentiæ peccatum evitetur.

Estnè inter Sacramenta discrimen?

Est sanè; Baptismus enim, Confirmatio, & Ordo semel collata nunquam iterantur, sicut cætera. Item Baptismus necessario suscipitur ab omnibus, Eucharistia á ratione utentibus, & à relapsis Pænitentia. Arbitrium est autem, uti reliquis modó nullum contemnas, aut, cum illud sumendi tempus est, negligas.

CAPUT QUINTUM.
De Officiis Justitiæ Christianæ.

Quæ sunt Officia Justitiæ Christianæ?

HÆc duo: declina à malô sive peccato, & fac bonum, sive Officium Justitiæ.

Qui

Qui poteſt homo cavere peccatum & bonum facere ſeu præſtare juſtitiam?

Non id per ſe quidem, ſed Chriſti gratiâ, ac ſpiritu inſtructus Chriſtianus poteſt, ac debet, quantùm hujus quidem vitæ ſtatus admittit, juſtè vivere, & legem implere.

Quotuplex eſt peccatum?

Duplex, Originale, & Actuale.

Quid eſt Originale?

Quod ab ortu nobis congenitum, per Baptiſmum in Chriſto condonatur.

Quid eſt actuale?

Dictum, factum, vel concupitum, contra, vel præter legem Dei, aut Eccleſiæ.

Quotuplex eſt actuale?

Duplex: mortale, ſic dictum, quia mortem animæ præſentem adfert. Anima enim, quæ peccaverit, ipſa morietur. Et veniale, cui venia facile tribuitur, & ſine quo ne juſti quidem vivunt.

Quibûs gradibûs ad peccatum deducimur.

His tribus: ſuggeſtione, delectatione, conſenſu, ſeu deliberata voluntate peccandi.

Qui ſunt ſupremi gradus peccantium?

Eorum, qui ſcientes ac volentes ex mera peccant malitia, qui etiam de peccato ipſo gloriantur; & qui bene monentibus obſtrepunt, ac ſalutaria coſilia prorſus contemnunt.

Quare peccatum fugiendum.

Quia Dominum DEUM offendit, ſummum bonum

num eripit, & summum adfert peccanti malum; tum Divinam tollit fruitionem, nunquam recuperandam, pænas ærumnasque homini accersit sempiternas.

Quæ dicuntur peccata capitalia?

Jlla, ex quibus veluti capitibus & fontibus, omnia alia peccata proficiscuntur.

Quot sunt peccata capitalia?

Septem: Superbia, avaritia, luxuria, invidia, gula, ira, acedia.

Quâ ratione vitari & vinci hæc peccata possunt?

Si JESU Christi gratiæ cooperamur, peccatorũ damna & pericula considerantes, & virtutes septẽ his peccatis contrarias exercentes.

Quæ virtutes peccatis capitalibus adversantur?

Hæ septem: Humilitas, Largitas, Castitas, Benignitas, Temperantia, Patientia, Devotio, seu sedula pietas.

Quæ peccata in Spiritum S. committi dicuntur?

Ea, quæ suâ malitiâ sic Divinam excludunt gratiam, ut nequè in hoc sæculo, nisi ægrè admodùm, neque in futuro remittantur.

Quot sunt peccata in spiritum Sanctum?

Sex: Præsumptio de Misericordia Dei, vel de impunitate peccati, desperatio, agnitæ veritatis impugnatio, fraternæ charitatis invidia, obstinatio, & Impænitentia.

Quæ peccata in cœlum clamare dicuntur?

Quæ per se vehementer abominanda sunt, & apertè humanæ charitatis Jura violant, unde

de vindictam clamare perhibentur, & horrendis sæpe modis in hac vita Divinitùs vindicantur.

Quot sunt peccata in cælum clamantia?

Hæc quatuor: Homicidium voluntarium, peccatum Sodomiticum, Oppressio pauperum viduarum, atque pupillorum, demum Merces operariorum defraudata.

Quæ peccata dicuntur aliena?

Ea, quæ ab aliis quidem committuntur, sed nobis interim authoribus, vel quoquò modò adjutoribus, aut saltem non impedientibus, ut idcirco etiam nobis imputentur.

Quot modis aliena peccata nobis imputantur?

Novem his modis, Consiliò, jussione, consensu, irritatione, laudatione, seu adulatione, reticentiâ culpæ alienæ, conniventiâ, rei alienæ participatione & prava facti alieni defensione.

Quæ dicuntur opera carnis?

Ea, quæ homines secundum carnem viventes, & à DEI Filiis spiritualibus degenerantes committere solent.

Quæ sunt opera carnis?

S. Paulus ea recenset in hunc modum, Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum servitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, invidiæ, homicidia, ebrietates, commessationes, & his similia, quæ prædico, sicut vobis prædixi, quoniam, quit talia agunt, regnum DEI non consequentur.

Est.

Estnè satis Christiano malum fugere, & à peccato declinare?

Nequaquam, sed prætereà bonum agere, virtutes exercere, necesse est. Alioqui scienti bonum & non facienti, peccatum est.

Quid est faciendum Christiano?

In genere quidem quidquid boni lex naturalis Divina, vel humana præcipit, ostendit, in specie verò pro sua quisque vocatione præstare officium & acceptæ Dei gratiæ cooperari cum gratiarum actione debet. Omnis enim arbor, quæ non facit fructum bonum, exscindetur, & in ignem mittetur.

Quæ sunt præcipua bonorum operum genera?

Ea, quibûs sobriè, justè, pièque vivitur in hoc sæculo: & per quæ tandem justi magis magisquè justificantur, & Sancti in dies sanctificantur.

Quotuplicia sunt hæc opera?

Triplicia: utpote, jejunium, Eleemosyna, seu misericordia, & Oratio, de quibus sic legimus, Bona est Oratio cum jejunio, & Eleemosyna.

Quis est fructus bonorum operum?

Habent ea promissionem ac mercedem hujus ac æternæ vitæ, Deum placant, gratiam conservant, & augent, denique Christiani nominis vocationem certam faciunt, atquè consummant.

Quid est Jejunium?

Est certis diebûs juxta morem & præscriptum Ecclesiæ à carnibus abstinere, & salutem unicâ

cibi

cibi refectione diem contentum vivere frugaliùs. Sed si generatim hoc nomen accipias, jejunium est corporis quædam castigatio pié suscepta, ut, vel caro spiritui subjiciatur, vel obedientia exerceatur, vel DEI gratia impetretur.

Quid est Oratio?

Est mentis in Deum elevatio, per quam vel mala deprecamur, vel bona nobis aliisque petimus, vel Deo benedicimus.

Quid est Eleemosyna?

Est beneficium, quô alterius miseriæ ex commiserationis affectu subvenimus.

Quotuplex est genus Eleemosynæ, & misericordiæ?

Duplex: alia quippe sunt opera misericordiæ corporalia, alia verò spiritualia: quoniam ad corporalem, vel ad spiritualem miseriam proximi sublevandam spectant.

Quot sunt opera misericordiæ corporalia?

Septem, Esurientes pascere; potum dare sitientibus, operire nudos, captivos redimere, ægrotos invisere, hospitiô peregrinos suscipere, mortuos sepelire.

Quot sunt opera misericordiæ spiritualia?

Sunt & ipsa septem: uti, peccantes corrigere, ignorantes docere, dubitantibus rectè consulere, pro salute proximi DEUM orare, consolari mæstos, ferre patienter injurias, offensam remittere.

Quæ sunt virtutes omnium præcipuæ?

Post Theologicas quidem illas, de quibus di-

dictum est, Fidem, Spem, & Charitatem, præcipuæ sunt Cardinales, & quæ Christianos comprimis decent.

Quæ dicuntur Cardinales virtutes?

Quæ tanquam fontes aliarum & cardines, omnem honestæ vitæ rationem continent.

Quot sunt virtutes Cardinales?

Quatuor; Prudentia, Justitia, Temperantia, Fortitudo, quibus in Christo consequitur homo, ut providè justè, temperatè ac fortiter in omni vita degat, ac placeat DEO.

Quæ dicuntur dona Spiritûs Sancti?

Septem illa, quæ super Christum requievisse, Propheta testatur: & quæ ab ipso ceu fonte omnis gratiæ in alios derivantur, ut donum sapientiæ, donum intellectûs, scientiæ, fortitudinis, pietatis, ac timoris Domini.

Quænam illa, sunt quæ fructus Spiritûs S. vocantur?

Ea, quæ pii secundùm Spiritum viventes operantur, & per quæ spirituales à carnalibus dignoscuntur.

Quot sunt fructus Spiritûs Sancti?

A Paulo Apostolo enumerantur 12. Charitas, Gaudium, Pax, Patientia, Longanimitas, Bonitas, Benignitas, Mansuetudo, Fides, Modestia, Continentia, Castitas.

Quæ dicuntur Beatitudines Evangelicæ?

Illæ, propter quas in Evangelio etiam hi, qui miseri porsus, ac infelices videntur, beati & felices pronuntiantur.

Quot

Quot ſunt Evangelicæ Beatitudines? Octo: quas ita Chriſtus in monte tradit:

I. Beati pauperes Spiritu, quoniam ipſorum eſt regnum Cælorum.
II. Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.
III. Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.
IV. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur.
V. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.
VI. Beati mundo corde, quoniam ipſi DEUM videbunt.
VII. Beati pacifici, quoniam Filii DEI vocabuntur.
VIII. Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum Cælorum.

Quæ dicuntur Evangelica conſilia?

Videlicet: quæ per Evangelium, non tanquam ad ſalutem neceſſaria, ſed veluti ſuſcipientibus magis expedita, atque utilia, à Chriſto non præcipiente quidem, ſed conſulente proponuntur.

Quot ſunt Evangelica conſilia?

Principalia tria ſunt, nimirum: Paupertas voluntaria, Caſtitas perpetua, & Obedientia integra, quæ propter DEUM homini religioſe exhibetur.

Quæ hominis noviſſima dicuntur?

Ea, quæ homini ad extremum accidunt, ut Mors, Judicium, infernus, Cæleſtis gloria, de quibus ita docet Spiritus Sanctus; in omnibus operibus tuis memorare noviſſima tua, & in æternum non peccabis.

ACTUS

ACTUS VIRTUTUM
Ad DEIQUE PARENTEM
Ante & poſt Confeſſionem aut Sacram Communionem, & quotidie recitandi.

ACTUS FIDEI.

PRima & infallibilis Veritas, DEUS meus, qui nec falli, nec fallere poteſt: captivo intellectum meum in obſequium fidei, & credo propter tuam ſolam veracitatem omnia & ſingula, quæ in Eccleſia Catholica revelaſti.

Credo Domine, adjuva incredulitatem meam, Domine adauge nobis fidem: Da fidem vivam, quæ per dilectionem operatur.

ACTUS SPEI.

DEUS meus, miſericordia mea, ſpes mea ab uberibus matris meæ, in te omnis ſpes mea, ſpero in te & à te, Te ipſum. Spero per te & per merita JESU Chriſti Domini noſtri veniam, gratiam, gloriam; & omnia bona temporalia & æterna. Spero quia bonus es nobis, Omnipotens, quia fidelis es in promiſſis. Spero in Te, quia major eſt bonitas tua, quàm malitia mea, miſericordia tua ſuperexaltat judicium. Spero, quia ſi Filium tuum Unigenitum nobis donaſti, quomodò non omnia nobis cum eo donabis? non timebo mala, quoniam Tu mecum es. Dominus firmamentum meum, & refugium, & liberator meus. O! Domine in te confido, non erubeſcam.

ACTUS AMORIS DEI.

DEUS meus & omnia ſummum & infinitum bonum amo te toto me, & tota meâ potentiâ appetitivâ ſine ulla diviſione cordis mei in creaturas, quia es ſummum bonum, continens modó optimó omnem poſſibilem bonitatem, in quamcunque poteſt ferri amor meus. Amo te ſupra omnes divitias & honores, ſupra omnem ſapientiam & excellentiam creatam, ſupra vitam & me ipſum, quia tu es ſummum bonum ſupra omne bonum ORA-

ORATIO
ANTE STUDIA
Ad Æternam Sapientiam.

O! Æterna Sapientia! quæ ex ore Altiffimi prodiifti attingens à fine ufque ad finem fortiter, difponens omnia fuaviter, veni ad docendum nos viam prudentiæ.

ORATIO ANTE STUDIA.
Ad Beatam Virginem Mariam

O! Sedes Sapientiæ, Beatiffima Virgo MARIA, o! Tabernaculum Spiritus Sancti! ô Liber feptem fignaculis gratiæ Spiritûs Sancti obfignate! fcribe intùs & foris divini amoris penicillô, in quo funt omnes thefauri fapientiæ, & fcientiæ Dei reconditi. O! Dulciffima Sponfa Spiritûs Sancti, fac, quæfo, per Immaculatam Conceptionem tuam, ut linguam meam erudias, atque labiis meis gratiam tuæ benedictionis infundes. Impetra mihi intelligendi acumen, addifcendi facilitatem, retinendi capacitatem, interpretandi fubtilitatem, loquendi gratiam copiofam.

SUSPIRIA
SANCTI ALOYSII GONZAGÆ.

O! Chrifte pedens in arbore, Amore vulneratus!
Pendes amoris victima, Quid Chrifte mi rependam?
Lates minutô maximus, Sub panis involucro,
Mihiq; te das ferculum, Quid Chrifte mi rependam!
2. Me fic amantis gloriæ, Vitam fanguinemq;
Si millies impendero, Proh! quantulum rependam?
Hæc folà Pofthac vita fit, Sudor, laborq; folus,
Amare te pro viribus, Moriquè fic amando.
3. Et Te Mariam Virginem; Cum Filio Parentem,
Dum fpiro (teftor fidera) Te diligam Maria,
Sed Mater, ut clientulum juves periclitantem.
Per Filii Te vulnera; obteftor, & cruorem.

H Y M N U S
De SANCTO ALOYSIO GONZAGA.

O! Flos amice, Numini, O gemma tuliparum!
Infense flos Cupidini; Splendor decus rosarum.
O! castitatis lilium Gonzagæ; digne cælo!
Da, da, tuorum insignium Nos æstuare zelô.
Da, da, superna quærere, Ridere cuncta vana:
Terrena, da contemnere, Vitare da profana.

O R A T I O
Ad SANCTUM ALOYSIUM GONZAGAM.
Patronum Scholarum omnium Societatis JESU.

O! Sanctissime ALOYSI, in tuam ego me commen-do tutelam, ne despicias tui amantissimum. Te dulcissime ALOYSI obsecro, ut omne, quod Divinis, & tuis in me displicet oculis, te auxiliante emendem. Auxiliare o! desideratissime ALOYSI, ut tuarum virtu-tum, sim sedulus & constans imitator, tu mihi in illis sis incrementum norma, & Magister. Infunde o! ALOYSI suavissime aliquas tuæ devotionis in cor meum guttulas, ut remotis impedimentis divinæ va-cem contemplationi. O! Angelice juvenis ALOYSI impetra mihi à Domino & Virgine MARIA, ut pu-mente, vitaq; tibi simili, illi & tibi gratus reliquum vitæ meæ tempus transigam. Nec me deseras o! aman-tissime ALOYSI in mortis hora, sed tua mihi adsis dul-cissimâ præsentia, defendens & conservans me ab o-mni periculo animæ, ut B. V. M. Angelo Custode, Te, omnibusq; Sanctis comitatus: tua illorumq; interces-sione purus ab omni macula effectus, lætus Divin-me sistam tribunali, tecumque mihi dilectissimo & cum aliis omnibus Sanctis Creatorem meum laudem in æternum, Amen.

Ad Majorem DEI Gloriam.

